UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sermones prestantissimi viri Ro||berti de Litio: ordinis Minoru[m] sacre theologie professo||ris: pontificis Aquinatis

Caracciolo, Roberto

Lugd., Anno d[omi]ni. M.cccccxiij. vi. no.Maij.

Sermones quadragesimales celeberrimi viri Roberti de Litio sacre pagine p[ro]fessoris episcopi Aquinatis: ex seraphico Minorum ordine de penitentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70607

Visual Library

Sermones quadragesimales celeberrimi viri Roberti de Litio sacre pagine professoris episcopi Aquinatis: ex seraphico Minorum ordine de penitentia.

Tabula

¶ Tabula omniū sermonū in hoc volumine contentorum.
¶ Dñica in septuagesima. de facilitate bonor operum. Sermo.j.
Feria scōa: de qualitate cōditionibus seu regula bonor operū. Sermo.ij.
Feria tertia: de his q̄ mouere habent pctōres ad obediēdū deo. Sermo.iij.
Feria q̄rta: de infinita mia dei. Ser.iiij.
Feria quinta: de cōplacētia dei qñ peccatores cōuertunt ad pniam. Ser.v.
Feria sexta: de inflāmato ⁊ ardentissimo amore dei erga pctōres. Ser.vj.
Sabbato do.in.lx. de dilatione penitentie. Sermo.vij.
¶ Dñica in sexagesima: de fructuoso et vtili verbo dei. Sermo.viij.
Feria scōa: de verbo dei ⁊ eius auditione. Sermo.ix.
Feria tertia: de seueritate diuine iustitie. Sermo.x.
Feria quarta: de seueritate diuine iustitie ꝓtra origenistas. Sermo.xj.
Feria quinta: de grauitate pene dānatorum. Sermo.xij.
Feria sexta: de grauitate pene damnator. Sermo.xiij.
Sabbato do.i.l. de grauitate pene dānatorū. Sermo.xiiij.
¶ Dñica in quinquagesima: de potentia dei. Sermo.xv.
Feria scōa: de timore dei. Ser.xvj.
Feria tertia: de ieiunio. Sermo.xvij.
Feria q̄rta cinerū: d ieiunio. Ser.xviij
Feria quinta: de vsu ⁊ laudib? sanctissime oronis. Ser.xix.
Feria sexta: de cōditionib? q̄ requirūtur in oratione. Ser.xx.
Sabbato.j.do.in.xl. de impedimētis orationis. Sermo.xxj.
¶ Dñica prima i q̄dragesima in mane: de rpe bene dispēsando. Sermo.xxij.
Post prādiū: de vita hois. Ser.xxiij.
Feria scōa: de veritate tremendi iudicij. Sermo.xxiiij.
Feria tertia: de formidabilib? iudicij signis. Sermo.xxv.
Feria quarta: de ordine ⁊ cōditionib? iudicij. Sermo.xxvj.
Feria quita: de necessitate sanctissime cōfessionis. Sermo.xxvij.
Feria sexta: de sanctissima cōfessione. Sermo.xxviij.
Sabbato do.ij.i.xl. de fructuosa ⁊ vtili cōfessione Sermo.xxix.
¶ Dñica.ij.in.xl. in mane. de feridissimo luxurie vitio. Sermo.xxx.
Post prandiū: de execrando adulterij vitio. Sermo.xxxj.
Feria scōa: de fuga pctī. Sermo.xxxij.
Feria tertia: de superbie vitio. Ser.xxxiij
Feria quarta: de piculoso ambitionis vitio. Sermo.xxxiij.
Feria quita: de vitio vane glorie. Sermo.xxxv.
Feria sexta: de inobediētia. Ser. xxxvj.
Sabbato.ij.do.in.xl. de vitio cōtentionis. Sermo.xxxvij.
¶ Dñica.ij.in.xl. in mane. de ira dei. Sermo.xxxviij.
Post prandiū: de discordie vitio. Sermo.xxxix.
Feria secūda: de diuitijs. Sermo.xl.
Feria tertia: de execrando symonie vitio. Sermo.xlj.
Feria quarta: de cogitationib? malis vitādis. Sermo.xlij.
Feria quinta: de religiosa votor emissione. Sermo.xliij.
Feria sexta: de mia ꝓmissionis exhibēda. Sermo.xliiij.
Sabbato.iij.domi.in.xl. de simulato adulationis vitio. Sermo.xlv.
¶ Dñica.iij.in.xl.i mane: de sacro cultu dierū festorū. Sermo.xlvj.
Post prādiū: de pietate defunctis exhibēda. Sermo.xlvij.
Feria secūda: de purgatorio ⁊ atrocissimis eius penis. Sermo.xlviij.
Feria tertia: de iudicio curioso ⁊ temerario. Sermo.xlix.
Feria quarta: de sacratissimis ecclesie indulgentijs. Sermo.l.
Feria quinta: de viduitate seruanda: ⁊ eius laudibus. Sermo.lj.
Feria sexta: de diuinitate domini nr̄i

Tabula

stri iesu christi. Sermo. lij.
Sabbato do. in passione: de aduentu antixpi. Sermo. liij.
¶ Dñica in passione in mane: de honore parētū. Sermo. liiij.
Post prādiū: de maledictionibꝫ diuersarū creaturarū. Sermo. lv.
Feria scda: de inuidie vitio. Ser. lvj.
Feria tertia: de detractiōis vitio. Sermo. lvij.
Feria quarta: de periurij vitio. Sermo. lviij.
Feria quinta: de Maria magdalena. Sermo. lix.
Feria sexta: de horrendo homicidij vitio. Sermo. lx.
Sabbato do. palmarum: de sacratissima communione. Sermo. lxj.
¶ Dominica palmarum: de cōtemptu mundi. Sermo. lxij.
Feria secunda: de mysterijs sacramēti eucharistie. Sermo. lxiij.
Feria tertia: de veritate sacramenti eucharistie. Sermo. lxiiij.
Feria quarta: de sacramento eucharistie. Sermo. lxv.
Feria quinta in cena dñi: de exemplis a xpo nobis exhibitis. Sermo. lxvj.
Feria quinta in cena domini de missa. Sermo. lxvij.
Feria qnta in cena domini: de baptismo. Sermo. lxviij.
Feria sexta in parasceue: de passiōe domini nostri iesu xpi: ⁊ eius doloribus. Sermo. lxix.
Sabbato sancto: de morte dñi nostri Jesu xpi. Sermo. lxx.
¶ Dominica resurrectionis: de ipsa resurrectione domini nostri iesu christi. Sermo. lxxj.
Feria secūda: de resurrectionis dominj tpalitate qlitate ⁊c. Sermo. lxxij.
Feria tertia: de resurrectiōe generali oim defunctorum. Sermo. lxxiij.
De ascēsiōe saluatoris. Sermo. lxxiiij.
De spiritusancto. Sermo. lxxv.
De trinitate. Sermo. lxxvj.
De sacro eucharistie. Sermo. lxxvij.

¶ Finis presentis tabule.

Sacre theologie magistri necnon sacri eloquij preconis celeberrimi fratris Roberti de Licio ep̄i Aquiñ.ordinis minorum ꝓfessoris:opus quadragesimale ꝑutilissimum: qđ de penitentia dictū est:feliciter incipit.

Dñica in septuagesima de facilitate bonoꝝ operum:seu bene operandi propter quā pcōres ad penitentiam redire debēt. Sermo primus.



Multi sūt vocati:pauci vo electi. Habētur hec verba Matthei.xx.c. et in euāgelio hodierno. Propter nimiā charitatē suā qua diligit deus rationales creaturam: nō desinit vocitare miseros pcōres post lapsum atq; ruinā peccati vt ad eū redeāt per penitentiā. Monet eos ⁊ expectat blāde multipharia multisq; modis attrahit:et allicit illos vt nō desperēt:sed currāt cōfidēter ad fontem clemētie sue. Pleriq; vo negligunt renuuntq; obedire voci eius suauissime eristimātes opera bona in quibus penitēres exerceri oportet: nō solū difficilia ⁊ dura:sed oīno impossibilia. Quo errore firmato in eoꝝ mēte licentiā in malo perseuerādi suscipiūt:indieq; deteriores fiunt. Quapropter eristimaui rē fructuosissimā facere si aperuero quāta sit ad bñ operandū rectecq; viuendū facilitas et suauitas. Uñ in hoc sermone ad ercitāda corda dura peccatoꝝ quos devocat vt per penitētiā electoꝝ numero ascribant de facilitate bonorū operum ero ꝙba facturus:qm̄ sapiētissimus mūdi redēptor in themate tā ꝓposito explicat manifeste tarditatē penitentiū quibus salus esse nō pōt:asserēs multos fore vocatos: paucos vo electos:q; pauci sunt fortes aīo ad virtutū opera aggrediēda:quibus facilitatē actuū virtuosorū ostēdendā duxi maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter causam originalem.
Scō propter adiutoriū diuinale.
Tertio propter premiū eternale.

Qz facile est vnicuiq; operari bonum ꝓpter cām originalē que est hoīs volūtas libera que nō cogit. Capitulū.j.

Primo ostēdo facile esse vnicuiq; opari bonū ꝓpter cām originalē. Nā si recte ꝓsidere mus vnde est ꝙ aliqui boni: aliq; mali sint: nōnulli recte:nōnulli vo pniciosissime viuāt:inueniemus pfecto id puenire ab vniuscuiusq; libero arbitrio et spōtanea volūtate. Hoc asserunt oēs sapiētes:siue pbi:siue sancti. Unde Aristo.ij.Ethic.c.vj. ait. Justū operari oīe volūtariū est. Et in.iij.Ethic.c. ij. Uirtus volūtariū est. Et nihilominus ⁊ maliciā voluntariū est. Et ibidē. Beatus (inq̄t) nullꝰ nolēs est. Et Sen̄.li.de moribus ait. Oīe peccatū actio est volūtaria. ⁊ idē ad Lucillū. Valētior omni fortuna animus est:et in vtrāq; partem ipse res suas ducit:beatecq; ac misere vite sibi cā est. ⁊ Salustꝰ in iugurtino. Dux atq; imperator vite mortalium animus est. Vinc Aug̃.li.v. de ciui.dei ⁊.c.dicit. Sunt nostre volūtates in nobis:⁊ ipse faciūt quicq̄d volēdo facimꝰ siue bonū siue malum. In libro vo de libero arbi. peccatū asserit vsq; adeo fore volūtariū ꝙ si nō esset volūtarium nullum esset peccatū. Qđ dictum etiā sacri canones sepe confitent̄ sicut patet. xlv. dist.c.de iudeis.⁊.xv.q.j.merito. ⁊.c.illa.⁊.c.non est.⁊.xxij.q.v.c. sicut enim.et xxiij.q.iij.c. Nabuchodonosor.vbi dicitur: Uasis ire nunc̄ deus redderet interitū si nō spōtaneum inueniretur homo habere peccatū. Et idē habetur ex̄ de sen.exco.c.cū volūtate.l.dist.c.si qua femina.c.si quis.c.quātum.c.hi qui.c.sepe cōtingit.⁊.C.ad.l.corne.de siccariis.l.j.⁊.ff.de furtis.l.qui in iure.in prin.et hoc retulit Tullius in.ij.rheto.noue in quiēs. Voluntatem in oībus rebus spectare conuenit. Et Sene.ad Lucillum. Actio ait recta non erit nisi recta fuerit

voluntas. Et hoc etiã autor Gratian⁹ insuper ꝓfirmat qõ dicim⁹ de peni. di. ij. c. si em̃. §. liberi arbitrij. Nec ad virtutẽ nec ad vitia necessitate trahimur sed voluntate. Viero. aũt in q̃stionib⁹ ad Velbidiã sic pulchre loquit. Voles suo arbitrio derelicti sunt: neq; em̃ bonum necessitate faciũt: sed voluntate: vt credẽtes coronã accipiãt: increduli supplicijs mancipentur. Et iterũ ibidẽ ait. Deus equali cunctos sorte ghauit ⁊ dedit arbitrij libertatẽ vt faciat vnusquisq; qõ vult siue bonum siue malum. Jntãtũ autẽ dedit hoĩbus libertatẽ vt vox impia disputet ꝺ creatorẽ suum et causas volũtatis illius perscrutet. hec ille. q̃ oĩa sapiens breui sñia collegit. Eccl. xv. vbi ait. Deus ab initio constituit hoĩem ⁊ reliquit illũ in manu consilij sui. et paulo post subdit. Apposuit tibi aquã ⁊ ignẽ. Ad qõ volueris porrige manũ. Qõ aũt homo liberi sit arbitrij: ꝓbat sanctus Tho. j. parte sum. q. lxxxij. ar. j. q̃m nisi sic esset frustra essent ꝓfilia exhortatiões ⁊ ꝑcepta prohibitiones ꝑmia ⁊ pene. Jnsup idipm colligit a sufficiẽti agẽtium diuisione. Quedã em̃ sunt q̃ agũt absq; iudicio: sicut lapis mouetur deorsum absq; cognitione. Quedã agunt in iudicio: sed non libero: sicut alia bruta. Judicat quidẽ ouis vidẽs lupum eũ esse fugiẽdum naturali iudicio ⁊ non libero. qr non ex collectiõe: sed ex naturali instinctu. Et sil'r est de quolibet brutor animalib⁹. Sed homo agit iudicio: qr per vim cognoscitiuam iudicat aliq̃d esse fugiẽdũ vel ꝓsequendũ. Et qr iudiciũ illud nõ est ex naturali instinctu in particulari operabili: sed ex collectione rationis. ideo agit libero iudicio potẽs in diuersa ferri. Ratio quippe circa cõtingentia habet viam ad opposita. vt ptz in dialecticis syllogismis ⁊ rhetoricis persuasionibus. Particularia autẽ operabilia sunt q̃dã ꝓtingẽtia: ⁊ iõ circa ea iudiciũ rõnis ad diuersa se hz et non est determinare ad vnũ. Et ꝓ tãto est necesse ꝙ hõ sit liberi arbitrij eo ipso ꝙ est ratiõalis. hec Tho. Que vo sit dria inter libeꝝ arbitriũ hoĩs aut angelor vel beator: siue ipsi⁹ summi dei. nõ est ꝓpositi nostri cũ intẽdã tm̃ clare patefacere cũctis: qõ ꝓbatũ est periam dicta: videlz ꝙ q̃ volunt bñ operari ⁊ boni esse id facile pñt: qr ex eor volũtate id depender. Qui vo mali sunt et mala facere non formidant. ideo sic faciunt qr sic volunt. ⁊ ex ꝓsequẽti si ꝓpter pctã dãnant mali: et ꝓpter iusticie opa saluant boni nullus dãnatur neq; saluatur inuitus. Sed nõ immerito ꝓpterea q̃ dicta sunt circa tria dubitare ꝓtingit. Primo circa liberi arbitrij violẽtiã. Scõo circa liberi arbitrij excellẽtiã. Tertio circa li. arbi. pñam. Primo dubitatur circa li. arbi. violentiam vtrũ. s. liberũ arbitriũ cogi possit aut violentari. ⁊ quibusdã videt ꝙ sic: primo a ꝓpria natura. scõo ab alia creatura. tertio a creatrice diuina essentia. Primo vr̃ q̃busdam nõ bene intelligentib⁹ ꝙ liberꝝ arbitriũ in q̃busdã cogi possit ⁊ violẽtari ab eor ꝓpria natura ꝓpter vehemẽtes quasdã passiões ⁊ naturalẽ ꝓcupiscẽtiã: q̃b⁹ q̃si videnr impelli ad malicia inuolũtarij. sicut ꝑ de q̃busdã q̃ nulla disciplina: nulla correctione: nulla monitiõe: timore: punitione: castigationeq; emẽdanr. Quare videnr talib⁹ adeo annexa vitia ⁊ pctã vt etiam si velint abstinere nõ possint. Ego vo dico cũ giraldo odonis sup. iij. Ethi. ꝙ nulla naturalis cõcupiscentia quãtũcũq; intẽsa ꝑ natiuitatẽ vel peratẽ necessitat vel cogit hoĩem ad esse malũ ⁊ vitiosum inuolũtarie: eo ꝙ perrõnẽ vnusquisq; supare põt quascũq; passiões etiã potẽtissimas inclinates ad malũ. Et hoc ꝓstat nõ solum ex scripture sacre testimonijs sz etiã ex dictis atq; exemplis moralium ꝓbor. Sunt Sen. verba ad Lucillũ di. Erras em̃ si existimas nobiscũ vitia nasci: supuenerunt: ingesta sunt: nulli nos vitio natura ꝓcliat: nos illa integros ac liberos

genuit. hec ille. qualiter aūt hi q̄ maliciosissimi vident esse si volunt boni fieri pñt. ostēdit Uale. maxim⁹ li. vj. ruō. de mutatione morū ⁊ fortune. Ibi eñ de lucio sylla sic loquit: Luci⁹ sylla vsq̄ ad questure sue comitia vitam libidine vino ludicre artis amore inq̄natā pduxit. Quapropter. C. mariū ꝯsulē moleste tulisse traditur ꝙ sibi asperrimū in africa bellū gerenti tā delicatus q̄stor sorte obuenisset. Eiusdē virt⁹ quasi preruptis ⁊ disiectis neq̄cie qua obsidebatur claustris catenas iugurte īiecit manibus. Mitridatē cōpescuit: sociales belli luctus repressit. Cinne dñationē fregit: eūq̄ in africa q̄ se q̄storem fastidierat ipam illā ꝓuinciā ꝓscriptum ⁊ exulem coegit petere. Ibidē narrat de Temistocle pb̄o q̄ adolescēs tāta fuit pollut⁹ infamia ꝙ se ab eo pr̄ abdicauit ⁊ mater ꝓpter filij turpitudinē laqueo se suspendit. Euasit demon robustiore etate pb̄s clarissim⁹ et athenarū princeps. Apparet ergo ⁊ claruz est ab hoīe volēte supari posse oēm malā inclinationē prauāq̄ ꝯsuetudinē. Scd̄o videt alijs nō recte sapiētibus ꝙ liberū arbitriū cogi possit atq̄ cōpelli ab alia creatura vtputa ab influentia celestiū corpoꝝ siue a malicia demonuz. Sed de corporib⁹ celestib⁹ quēadmodū nihil possint supra libeꝝ arbitrium ad illud cogēdū diffusi⁹ suo loco dicā: nunc audire sufficiat q̄d de diabolo sit tenēdū. Posset nāq̄ q̄s dicere ꝙ quādocūq̄ aliq̄s potēs ⁊ sapiēs p̄liat cuz debili ⁊ insipiēti: ꝙ de necessitate vicit ⁊ superat illū: ⁊ per ꝯñs cogit ⁊ violentat eū. iuxta dictū pb̄i. ix. ethi. Qui habiles sunt ingenio natural'r sunt dñi: quiv̄o lubrici corpore naturaliter sunt serui. sed diabolus potētior ⁊ sapiētior hoīe importune tentat illū vt mala faciat: ergo sequitur ꝙ de necessitate hominē vincat et superet: eiq̄ superato atq̄ deuicto vim inferat ac violentiā. De sapientia siquidem siue astutia hostis antiq̄. Aug. loq̄tur in lib̄. de natura demonū di. diabolū hr̄e mille nocēdi modos. Qd̄ etiā notatur in decretis xxvj. q. iiij. in. c. sciendū. De ptāte etiā ei⁹ loquit Job. xlj. c. di. Nō est ptās sup terrā q̄ cōparet ei. qd̄ Job. Apoc. xij. declarauit cū dixit: Uhe terre et mari. quia descendit ad vos diabolus habēs iram magnam id est ptātē. Quod importuna aūt ⁊ frequēs sit ꝯtra nos eius pugna petrus apl'oꝝ princeps. j. epl'a. c. v. clamās. audiat: Sobrij estote ⁊ vigilate: qr aduersari⁹ vester diabolus tanq̄ leo rugiēs circūit querēs quem deuoret. Ergo vr̄ ꝙ nullus etiā volens cauere sibi possit a malo ⁊ operari bonū: cū diabolus indistincte oēs oppugnet. His ita rñdeo ꝙ diabolus nō tētat hominē quātū pōt quātū scit ⁊ quātū vult: sed quātū a deo nobis benigno ꝑmittitur. At vt gentiū doctor Paul⁹. j. Coꝝ. x. c. meminit. Fidel' de⁹ est qui nō patitur vos tentari supra id qd̄ potestis: sed faciet etiā cū tentatione prouētū vt possitis sustinere. Propterea debilis est hostis et non vincit nisi volentem. Tertio instant aliqui ꝙ liberū arbitriū cogi possit ab ipsa creatrice diuina essentia: ex eo ꝙ Job. vj. scribit: Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum: sed tractus est motus violentus: vt dicit pb̄s: ergo liberum arbitrium violentatur. Et Prouerb. xx. habetur. Sicut diuisiones aquarū: ita cor regis in manu dñi est: quocunq̄ voluerit immutabit illud: al's inclinabit. Sed talis immutatio est quedam coactio: ergo de⁹ cogit liberū arbitrium. Preterea deus potest omnia facere: quia est omnipotens: ergo potest ⁊ cogere ac violentare liberum arbitrium. Propter hec declaranda notanda sunt tria ꝑm dominum Bonauē. in. ij. distin. xxv. par. ij. q. iiij. Primo notandum ꝙ de libe. arbi. possumus loqui dupliciter: scilz quātum ad actum exteriorem: et quātum ad actum interiorem. Si loquamur primo modo respectu talis actus

pōt interuenire coactio: pōt em̄ q̄s cō-
pelli vt ipso nolēte genua corā idolo fle
ctat. Si aūt loquamur quātū ad actuz
interiorē qui scilz est velle eligere ⁊ con
sentire: sic nullo modo pōt cogi nec ab
agente creato: nec a deo creatore. Scdo
notādū ꝙ cū dr libe. arbi. a deo nō pos-
se cogi: dupliciter pōt intelligi. Aut ita
ꝙ deus nō possit auferre libertatē ⁊ su
perinducere coactionē: ⁊ hoc falsum est
qr pro immēsitate potētie sue nō soluz
pōt cōditionē mutare nature: sed natu
rā ipsam creatā in nihilū etiaz vertere.
Alio mō pōt intelligi ꝙ deꝰ non posset
liberū arbitriuz cogere salua ꝓprietate
libertatis et eius natura: et hoc modo
verū est ꝙ impossibile est deū liberum
arbitriū violētare posse: ꝓ eo ꝙ impli-
cat in se duo cōtradictorie opposita ex
hoc em̄ ꝙ liberū est si aliquis vult libe-
re vult: ⁊ ex hoc ꝙ volūtariū est si aliq̄d
vult voluntarie vult ⁊ seipso mouente
vult: qr ſm Aristo. iij. Ethi. c. iij. Volun-
tariū vtiq̄z videt esse: cuius principium
in ipso est. Ex hoc aūt ꝙ libe. arbi. cogi-
tur si quid vult seruiliter vult: ⁊ si quid
vult inuite vult: et si quid vult ab alio
vult: qr iuxta sniam Aristo. iij. Ethi. c. j.
Violētum est cuius principiū est extra
nil cōferēte vim passo: tale existēs in q̄
nihil cōfert operās vel patiēs. Ergo li-
berū arbitriū a deo cogi: nō est aliud q̄
actum eius simul ⁊ semel esse liberum ⁊
seruilem: esse voluntariū ⁊ nō volunta
rium: esse a se et nō a se. Si ergo est im-
possibile qd̄ claudit in se vtrāq̄z partem
cōtradictionis: non tm̄ est impossibile
creature sed ipsi optimo deo: qr illud
posse non est posse ⁊ sic respondendum
est ad tertium obiectum. Tertio notan
dum ꝙ differt dicere voluntatē induci:
voluntatē mutari: et voluntatem cogi.
Tunc em̄ induci dicitur qn̄ aliqua per-
suasio ei fit qua disponitur vt ad aliqd̄
appetibile inclinetur: que si valde intē-
sa est nomen coactionis sortitur: q̄uis
nō sit vera coactio. Tunc autē volūtas
mutatur qn̄ ipsa nolēte vnū potēti vir-
tute affectio immittitur ei in contrariū
et de nolēte fit volēs: et ꝙ vna affectio
expellitur ⁊ cōtraria inducitur: sicut cū
deus amatorē tēporaliū facit tempora-
lium cōtemptorē. ⁊ de hoc dicit Dauid
in ps̄. lxxvj. Hec mutatio dextere excelsi
⁊ hoc dicit esse quedā cōpulsio ⁊ tractio
diuina. Tūc v̄o voluntas dr cogi qn̄ in-
telligit ipsam inuitā aliq̄d velle: ⁊ repu
gnāte actu volūtatis deliberatiuo alie
na v̄tute mouēte ⁊ repugnātia manēte
ad aliq̄d inclinare nolēdo. Volūtas er-
go induci pōt ab agente creato: mutari
v̄o ab alio nō pōt nisi ab agēte increa-
to: ⁊ ꝓ hac mutatione sumit tractio il-
la de qua dictū est opponēdo: cogi autē
volūtas a nullo pōt. ⁊ hoc Bern̄. tenuit
in li. de libe. arbi. cū dixit. Volūtas pro
ingenita sui nobilitate nulla cogit ne-
cessitate. Scdo dubitat circa libe. arbi-
trij excellētiaz: qm̄ hoc qd̄ hoi cōcessum
est ab opifice summo ad decorem ⁊ glo
riam: quidā ꝓbare nitūtur ei cedere ad
dānum dedecus ⁊ detrimētū. Arguunt
quippe sic. Optimuz est optima queq̄z
facere: vt ait Diony. in li. de diui. nomi.
sed deus est optimus ergo debuit ho-
minem optimū facere: sed in vertibili-
tate arbitrij non fecit eum optimū: qm̄
melius esset homini peccare non posse
q̄ peccādi facultatez habere: ergo deus
rectū minime condidit hominem. His
ergo respondeo ſm Alexan. de ales. ij.
parte summe. ⁊ do. Bona. di. xxiij. ij. li.
ar. j. q. j. ad. j. ar. ꝙ optimū dupliciter dr
scilz simpliciter ⁊ in ordine. deus omnia
que fecerat vidit et erant valde bona
idest optima. Gen̄. j. Nō simpliciter sed
in ordine et in comparatione ad totum
vniuersum in quo nihil est superfluuz:
nihil diminutum: nihilq̄z inordinatuz:
Formica optima est: nō simpliciter ⁊ in
se: quia leo melior est illa atq̄z nobilior
in genere animalium brutorum ⁊ irra-
tionabilium: sed in cōparatione ſm or-
dinē vniuersi sicut leo optimus est: quo
tamen dignior est angelus in sua natu
ra. Oia tamen ista et cuncta que fecit

deus ꝺm ordinem considerata optima sunt: ⁊ optima esse dicūtur. Scꝺm hūc igitur ordinem deus condidit hominē optimum quando ei libertatem dedit arbitrij: eo ꝙ finis hominis est ipa beatitudo. Ad beatitudinem ꝺo consequēdam voluit deus hominem dispositum fore aliquo suo merito interuenīēte vt sic homo beatificabilis ampliore gloria refulgeret et dei liberalissimi iusticie satisfieret. Accedit itaq; libe. arbi. conditio ad dei viuentis preconium: qui iuste saluat benefaciētes: ⁊ delinquentes eternaliter punit. Facit et ad hominis laudē qui potuit mala facere et non fecit erquo Lact. in vj. lib. diui. insti. ait: Nulla laus est nō facere qꝺ facere non possis. Hiero. ꝺo diffusius comprobat ⁊ que dico in epistola ad demetriadam virginem quam sic alloquitur: Jā prouidendum est ne forte illud remordeat te in quo temere imperitū vulg⁹ offendit vt ideo non vere bonum factum hominem putes: eo ꝙ his facere malum potest nec ipsa natura astringatur ad immutabilis boni necessitatem. Nam si diligenter rem tractes ⁊ ad subtiliorē intellectum animū cogas: hinc tibi melior ac superbior hominis status apparebit: vnde putaꝫ inferior. Jn hoc enim gemini itineris discrimine in hac vtriusq; libertatis parte rationalis aīe decus positum est. hic inquā totius nature nostre honor consistit: hic dignitas: hic premium: hinc denicq; optimi quicq; laudē merentur: nec esset hominis vlla virtus in bono perseuerantis si his ad ima transire non posset. hec ille. Tertio dubitatur circa liberi arbitrij penitentiam. Utrum scilicz peccatores omnes ꝙdiu in statu sunt vie ad penitentiam possint redire: qꝺ si non faciant an suo libero arbitrio et voluntati male fit imputandum. Et respondeo ꝺm veritatem rei affirmatiue ꝙ sic. Ad qꝺ induco Augusti. docto. egregij sententiam inuincibilem qui in lib. de libe. arbi. exempla affert in medij pharaonis ⁊ nabuchodonosor di. Nabuchodonosor penitentiā meruit fructuosam nōne post innumeras impietates flagellat⁹ rex iste vere penituit et regnū qꝺ perdiderat rursus accepit. Pharao autem ipsis flagellis durior est effectus et perijt. Dic mihi rationem reddat qui diuinum consilium nimiū alto et sapienti corde diiudicat: cur medicamentum vnius medici manu confectū: alij ad interitum: alij ad vitam valuerit et salutem: nisi qꝛ xpi bonus odor alijs est odor vite in vitam: alijs odor mortis in mortem. ij. Cor. ij. Quātum ad naturā ambo hoies erant quātū ad dignitatem ambo reges. quātum ad causam ambo captiuum dei populum possidebant. quātū ad penā ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos: nisi ꝙ vn⁹ manū dei sup se sentiēs recordatione proprie iniquitatis ingemuit. Alter ꝺo libero contra dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio. hec ille. Et notatur. c. superius alleg. Nabucho. xxiij. q. iij. in quibus verbis innuit Augu. ꝙ pharao a deo percussus. r. plagis humiliare se noluit: et suo arbitrio penitentiam spreuit. Nabuchodonosor ꝺo vt ꝺr Dañ. iiij. post septēnem sui castigationes qua fuit mutatus quasi in bestiā leuauit oculos ad celum ⁊ se deo humiliās ⁊ ꝓ suis iniquitatibus ingemiscens peccatorum veniam. ꝺm Nico. de lyra. et regni fastigium simul adept⁹ est. Necq; alia cā potuit assignari quare ad deum conuertit cor suum nisi qꝛ voluit volens Nabuchodonosor: ⁊ nō inuitus post peccatum salutem est assecutus: volens pharao mentem indurauit et perijt. Sunt similia exempla discipulorum xpi Petri negantis et proditoris iude: quorum alter post peccatum flendo et lachrymando xpi misericordiam inuenit. in apostolatū restitutus factus est apostolorꝫ princeps regni celorū clauiger: et in empyreo celo dignus assistere ihesu xpo filio dei. Alter autē scilꝫ Judas desperatione vict⁹ laqueo se suspē-

dit. Quis eū ad desperationē ad suspēdium et suimet crudelez occisionem induxit nisi eius propria voluntas. Sed penituit inquies iudas: vt patet in euāgelio Matth. xxvij. vbi dicitur: ꝙ penitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotū et seniorib⁹ dicēs: Peccaui tradēs sanguinē iustū. Mat. xxvij. ergo videtur ꝙ dānari nō debuit. Sed Job. os aureū. de peni. di. iij. in. c. iudas: respondens dicit: Judas penituit sed male: q̄ laqueo se suspendit. dicit etiā in. c. nemo. ij. de peni. dis. j. Nemo potest bene agere penitentiaz: nisi sperauerit indulgentiam. Dinc leo papa ī sermone quodā iude sic alloquitur: Sceleratior omnibus o iuda et infelicior extitisti quē nō penitentia reuocauit ad dñm: sed desperatio traxit ad laqueum. Fuit itaq̄ falsa penitētia iude quā consecuta est desperatio: nec dubium est ꝙ si ad pedes dñi cucurrisset inuenisset⁊ eum siue in medio derisorum et percutientium decorem faciem eius ac caput angelicis spiritibus tremebundū siue colūne inherentem ⁊ in ea dure ligatū ac propter flagella terrā suo sanguine madefacientez: siue inter duos latrones pendentem in cruce nudatum vulneratum et totum cōfusum: ⁊ humili corde indulgētiā postulasset: nunq̄ ei fuisset negata. Paratissimus erat xp̄s qui pro peccatoribus patiebatur: pro peccatoribus sanguinem suum fundebat: pro peccatorib⁹ mouebatur in cruce. Judam si penitentiam veram agere voluisset ad se pio amore susciperet ⁊ indulgere gratiamq̄ impartiri. Est de hoc dictum Gratiani de peni. distin. j. c. his potestatis. vbi ait: Arbitror ꝙ etiam iudas potuisset tanta miseratione dñi non excludi a venia si penitentiam non solum apud iudeos: sed apud xp̄m gessisset: quare voluntati eius ascribenda est desperatio illa que super omnia peccata displicet misericordissimo deo. Quid petri animuz mouit vt post tam grande peccatum ab eo cōmissum non desperaret: sed confideret in bonitate incarnati dei dulcissimi sui magistri. Certe gratia eius fuit quā ipse petrus volēs acceptauit: volēs non recusauit. Egressus inquit euāgelista: foras fleuit amare. Luce. xxij. Quid flebat: q̄d dicebat: q̄d cogitabat in corde: q̄d sonabat in ore: Video aīa mea et considera petrū flentē ⁊ lachrymātem: q̄ negauerat christum humano timore deuictus, dicebat forte. O quāta est iniq̄tas mea o q̄ graue peccatum negaui me scire iesum quē vidi quem amaui: qui me dilexit. Vidi eū sup aquas ambulare: mortuos suscitare: cecos illuminare: ⁊ mundare leprosos: et iureiurādo dixi me eū non nouisse. Heu me magister mi dulcissime negaui nosse te quē aspexi oculis propriis trāsfiguratū in mōte: ⁊ captus pulchritudine ⁊ splendore claritatis tue dixi. Faciā hic tria tabernacula. O pyssime saluator mūdi: o fons indeficiēs oīs māsuetudinis: tu me ad tuaz societatē vocasti: tu mihi reuelasti secreta tua: tu mihi familiarē te et affabilez exhibuisti: tu lauisti humiliter pedes meos exemplū humilitatis me docens: tu innumera mihi bñficia contulisti et ego negaui te. O bone iesu peccaui: iniq̄ egi: tu vo misericors indulge peccatis meis: ⁊ non despicias penitentē. O q̄libēter peperat ei xp̄s cui tū nullam intulit violentiā. Sume et tu peccatrix anima exemplū: et si volueris cum petro gratiosum tibi propitiumq̄ dominum iesum xp̄m habebis. Si vo peccata tua dimittere volueris: tuam dānatuam accusa durissimam voluntatem. Intellerit hoc Augu. postq̄ ad lucem gratie dei venerat: qui in libro confes. dicebat ad eum. Vocasti me ⁊ non erat qui responderet tibi dicenti mihi. Surge qui dormis et exurge a mortuis: ligatus enim eram non alieno ferro: sed mea ferrea voluntate. O quātus est numerus peccatorum qui catena diaboli trahuntur ad inferna volentes. O miseri; o negligētes; o vobisipsis crudelissi

me belue: surgite a mortuis: soluite vincula vitiorum vestrorum: et ad deum reuertamini: nec vos terreant opera bona que facile est exercere dūmodo adsit ipsa voluntas.

Q facile est operari bonū ꝓpter auxilium diuine gratie que adiuuat oēs illā volētes: licz neminē cogat. Cap. ij.

Secūdo ostēdo facile esse vnicuiq; operari bonū propter adiutoriū diuinale. Parat⁹ equidē de⁹ est adiuuare gr̄a sua oēs volētes et cupiētes facere bene. Verūtamen solent pleriq; de ipsa gratia benedicta dubitare hominem adiuuante: maxime circa tria,

Primo circa necessitatem.

Secundo circa liberalitatem.

Tertio circa impeccabilitatem.

Primo dubitāt aliqui de gratia ipsa circa necessitatē. Utrū sit necessaria homini ad bene operandū ita ꝙ absq; illa non possit operari bonū. Et pro vna parte stat sentētia theologoꝝ q̄ in scd̄o sentētiarū attribuūt oēm motū voluntatis ⁊ liberi arbitrij ad benefaciendū gratie: dānantq; pelagianos hereticos qui dixerūt liberū arbitriū solū ⁊ per se sufficere homini ad opera bona. Hinc et magister sententiarū. xxviij. dist. ij. li. inducit Aug. lib. j. retractationum di. Heretici pelagiani sic liberū asserūt voluntatis arbitrium: vt gratie dei nō relinquant locum quā ꝟm merita nostra dari asserunt. At et prefatus Augu. in plerisq; locis pelagianos vtiliter expugnat ostēdens gratie necessitatem. vñ ad Bonifacium papam di. Non potest homo aliquid boni velle nisi iuuet̄ ab eo qui malū nō pōt velle. Et in lib. de p̄destinatione sanctoꝝ. Primus inquit est cogitare bonum ꝙ credere: et ipsum cogitare bonū ex deo est. Et idē in lib. de correctione et gr̄a. Sine gratia dei nullum prorsus siue volēdo siue agēdo faciūt hoīes bonū. Et idē ad valētinū. Cogitare vel agere ꝟm deū nulla ratione sine gratia dei possumus. Et idez in Enchi. Gratia preuenit vt velimus bonū. Et idē in lib. de ecclesiasticis dog. Monet ad querēdū salutē libertas arbitrij: sed mouēte pri⁹ deo. Et idē in soliloquijs ad deū loquēs. Uelle etiā qd̄ bonum est nō possum nisi tu velis. Hoc idē dicit Bern̄. in li. de libe. arbi. cū ait: Tria in nobis operat̄ de⁹: cogitare: scilz bonū velle: ⁊ perficere. Primū sine nobis: scd̄m nobiscū: tertiū ꝑ nos. Ad idez ⁊ illud Isidori in lib. differētiarū. Gratia est diuine mīe donū per qd̄ bone voluntatis est exit⁹. Et de hoc magister in textu sic scribit: Bona volūtas comitat̄ gratiā: nō gratia voluntatez. Et doctor gentium Paulus. ij. Coꝝ. iij. eandē sententiam approbans inquit: Nō sumus sufficiētes cogitare aliq̄d a nobis quasi ex nobis. Ex quib⁹ oībus colligimus vsq; adeo gratiam fore necessariam ad explenda virtutis opera: vt etiam sine illa nec cogitare nec velle ea quis possit. Ex parte altera contrarium ostendi potest et ratione et experimēto. Ratione sic. Magis se habet vnūquodq; ad illud ad qd̄ naturaliter est ordinatū ꝙ ad illud ad qd̄ naturaliter non est ordinatum: sed homo naturaliter ad bonū ordinatus est: nō autem naturaliter ad malum: ergo magis se hz homo ad bonum q̄ ad malum: si itaq; potest facere malum per se: poterit etiam facere bonum per se: ergo gratia non est necessaria ad hoc ꝙ operet̄ bonuz. Insuꝑ oīs creata natura pōt in suum actum ⁊ illū educere absq; adminiculo gratie: sicut ignis lucet et calefacit: canis latrat: celum mouetur: aque fluunt: ⁊ cetera huiusmodi in quibus gr̄a nō est: ergo aut hō poterit absq; gr̄a per naturā in suū actū ⁊ illū educere: aut peioris cōditionis erit ꝙ cetere creature: sed hoc est falsum: ergo per naturaz pōt homo suum actuz educere: sed actus eius est viuere ꝟm rationem rectam ⁊ operari bonum: vt patet ex. j. Ethi. ergo videtur ꝙ gr̄a nō sit ei necessaria. Experimēto hoc adhuc clarissimū est, q̄nquidē inuēti sunt

tot gētiles idolatre ⁊ infideles q̄ virtu
tis opa miro modo sunt ꝓsecuti. Quis
neget bonā fuisse iusticiam bruti: fideli
tatē marci reguli: cōstātiā Mucij: pau
pertatē valerij publicole: ꝯtinētiā Sci
pionis: ⁊ pb̄oꝝ morales actꝰ. Non opꝰ
nunc est eoꝝ recēsere gesta: de quibꝰ tñ
in historijs multa legimus laudabilia
⁊ memoratu digna. Operati sunt ergo
illi opa bona plurima: ⁊ tñ in eis nulla
erat gr̄a. Pro huius difficultatis solu
tione afferā in mediū responsionē dñi
Bonauen. q̄ in scd̄o sniaꝝ di. xxviij. ar.
ij. q. iij. distinguit triplex bonuꝫ qd̄ hō
pōt opari. primū moralis cōditionis.
scd̄m dispositiōis. tertiū ordinatiōis.
Primū bonū est cū actꝰ trāsit sup ma
teriā debitā: nō tñ ordinat̄ ad finē vlti
mū ad summū bonū ad btītudinē siue
ad ip̄m deū: sicut cū q̄s non ꝓpter deū
nec vt p̄ceptis eius obediat: sed tm̄ qꝛ
ratio dictat subuenit misero ⁊ indigen
ti: fideliter seruata restituit: iusticiā in
ferioribꝰ administrat: ⁊ hmōi. vt testat̄
pb̄s in li. pol'. di. ꝙ hō est aīal politi
cū. qꝛ indiget pluribꝰ diuersaꝝ opatio
nū. iō natura ꝑmisit nos sil' habitare
vt alter alteri subueniret. ⁊ iō dic̄ pb̄s
Solitariꝰ hō aut deus aut bestia. Ad
talia bona potest libeꝝ arbitriū absq̄
gratia exire cooperāte sibi deo sicut co
operatur alijs creaturis. nā sine p̄mo
agente nullū agens potest agere. Se
cūdū bonū d̄r dispositionis: ⁊ est illud
quod fit ꝓ amore dei: licꝫ extra charita
tē. qd̄ quidē de congruo disponit ad fi
nē vltimū: vt dicetur in sequēti sermo
ne. In tale bonū non potest liberū ar
bitriū absq̄ munere gratie gratis da
te per qd̄ illuminetur dirigatur ⁊ exci
tetur vt velit aliquid facere qd̄ sit deo
placitum. Tertiū bonū dicitur ordina
tionis. quod scilꝫ ordinatur in finem ⁊
fit in charitate. ⁊ in hoc non potest li
berum arbitriuꝫ lapsum absq̄ auxilio
gratie gratū facientis. Ex hac ergo di
stinctione respondeo ad obiecta in cō
trariū ꝙ licꝫ homo possit operari bo
num morale: sicut fecerunt gentiles et
philosophi absq̄ gratia dei: non tamē
bonū meritoriū siue sit meritoriū meri
to congrui siue merito condigni: et sic
etiā soluuntur rationes opposite que
concludunt de bono morali non meri
torio. Secundo nonnulli dubitant de
gratia ipsa circa liberalitatē: vtrū scilꝫ
deus det gratiā ipsam faciēti quod est
in se ex necessitate aut ex liberalitate:
Et ꝙ ex necessitate arguēdo pōt osten
di sic. Primo qꝛ Aug. super illud. ij. ad
Tim̄. ij. Negare seip̄m non pōt. ait. Cū
sit iustꝰ nō pōt negare suā iusticiā: ergo
cum sit bonus ⁊ misericors non potest
negare suam bonitatē ⁊ mīam: qꝛ pro
nior est ad largiendū de mīa ⁊ bonita
te q̄ ad puniendum de iusticia. si ergo
non potest suam iusticiā negare facien
tibus malum: multo magis nec suam
mīam illis qui requirūt eā: sed qui fa
cit quod in se est requirit bonitatē eiꝰ
⁊ misericordiā: ergo de necessitate dat
illi. Secundo qꝛ Aug. sup illud Rom̄.
v. Iustificati ex fide pacē habeamus:
ait. Deus recipit confugientes ad se:
aliter in eo esset iniquitas: ergo im
possibile est ꝙ non recipiat fugientes
ad se: qꝛ impossibile est ꝙ in eo sit ini
quitas. sed faciens quod in se est con
fugit ad ip̄m: ergo necesse est ꝙ ipsum
recipiat. sed ipsum recipere est ꝑ infu
sionem gratie: ergo ⁊c̄. Tertio impossi
bile est summam veritatē mentiri: sed
necesse habet implere illud quod dicit
sed dicit ꝙ conuertēti ad ip̄m conuer
tet se. Zach. j. Conuertimini ad me et
ego conuertar ad vos. ergo cum faciēs
quod in se est conuertatur ad ip̄am ve
ritatē primam: necesse est ꝙ deus con
uertatur ad illū: sed hoc nō est nisi per
gratiaꝫ: ergo ⁊c̄. Soluitur hec questio
s̄m Alex. in. iij. volumine. sum. trac. de
gratia. q. lxix. mē. v. ar. iij. ꝙ deus dat
gr̄am suā sola liberalitate. Et cū cōclu
ditur ex his que dicta sunt ꝙ dat illam
de necessitate distinguenda est duplex
necessitas. Prima vocatur coactionis

ꝛ prohibitionis: qua aliqua res cogit vel prohibetur esse vel non esse: et hec nullo modo cadit in deo. Secūda necessitas dicitur immutabilitatis: que deo conuenit: ꝛ sic dicimus necesse est deū esse immortalē: nō ꝙ aliqua vis cogat eū esse immortalē. et necesse est nō esse iniustū non ꝙ aliqua vis ꝓhibeat eū esse iniustū: sed qm̄ nulla res potest facere vt non sit immortalis seu vt sit iniustus. non dat igitur deus gratiam de necessitate coactionis ꝛ prohibitionis: quoniā deus non potest cogi: sed bene de necessitate immutabilitatis. q; immutabiliter se habet diuina bonitas ad donum gratie omni volenti recipere faciēdo quod in se est sicut sol īmutabiliter dat lumen suū oī volēti suscipere. s. dispōsito ad hoc ꝛ se habenti in recta dispositione ad solē: que oīa reducūtur ad illā affluētissimā liberalitatē dei q̄ quantū ex se est creature rōnali cooperat vt bona sit vt bñ operet vt demiq; salua fiat. O indeficiens pelagus charitatis diuine: q̄ tanta est vt oīb⁹ se offerat: neminē abijciat nisi eā nolentēꝛ respuentē. Vnde Cyprianꝰ in epla ad Donatū sic suauissime loquitur. Profluēs largiter spūs nullis finibus premit: nec vllis coherētib⁹ claustris intra certa merarū spacia refrenatur: manat iugiter: exuberat affluēter: nostrū tñ pect⁹ sitiat ꝛ pateat: quantū illic fidei capacis afferimus: tātū inde grē inundātis haurim⁹. hec ille. Quā ergo excusationē hre poterūt qui bene operari nolūt: qñ deū sciūt ad se adiuuādū paratū. Qō negari nō pōt cū in promptu sint tot sctōrū exēpla q̄ carnē suā crucifixerūt cū vitijs ꝛ ꝓcupiscentijs: ieiunādo: orādo: vigilādo: oberrādo in solitudinibus ꝛ ferocissimos cruciatus etiā vsq; ad mortē ferēdo. Vomines fuerūt martyres: hoīes cōfessores: hoīes etiā ꝛ delicate virgines que seipas mūdū ac tyrānos oēs ꝛ dira tormenta superare potuerūt. Eiusdem nature erant cuius nos sumus: tū q; obtulerunt corda sua dño: inuenerūt adiutorium abundantis gratie eius: qua mediante ꝛ assistente illis reliquerunt posteris totvirtutum exempla. O vere dānabilis multorum malicia qui suam fragilitatem accusant: ex qua recusant operari bonū: superaddētes ꝙ deꝰ saluat quos vult sine aliqua eor dispositione sine consensu. Sed audiāt Aug⁹ in lib. de li. ar. d. Qui fecit te sine te nō saluabit te sine te. Nec contraria sunt eiusdē verba que in eodē lib. scribit cū asserit. Virtutē deus in nobis sine nobis operatur. q; ꝑm Alexādrū de ales. Unus idēq; sensus ꝓtinetur in oībus. nā cū Aug. dī. Deꝰ operat virtutē ꝛc. notat duo ad salutē hoīs cōcurrētia. Causam effectiuam q̄ est ipa grā dei: ꝛ causam susceptiuā seu dispositiuam: q̄ est ipsa volūtas ꝓsentiens ꝛ non repugnās. Ān verba Aug. sic exponuntur. Virtutē deus in nobis ꝓsentientibus opat sine nobis efficiētib⁹. Idipm cōplectitur primū dictū: qō sic exponit. Qui fecit te sine te efficiēte non saluabit te sine te cōsentiēte. Tertio alij dubitant circa impeccabilitatem ytrū ex p̄sentia gre possit hō in hac vita esse sine pctō. Et ꝑm Aug. in li. de pfectione iusticie: heretici q̄dā arguebant dicentes vult deꝰ vult nos esse sine pctō aut cū pctō: nō vult ꝙ simus cū pctō. q; hoc incōuenies est: ergo vult ꝙ simus sine peccato in p̄senti vita ergo aut possumus esse sine pctō: aut deꝰ vellet aliquid qō nō posset eē qō est īcōueniēs magnū. Et post multa recitata ꝑfatus doctor Aug. firmiter dī. ꝙ nullꝰ in hac vita pōt esse sine pctō veniali de cōi lege: ꝛ hoc ꝓpter fomitē peccati qui est inclinās ad malum ꝛ auertens a bono propter qō exclamat apls Roma. vij. dicens. Quod nolo malum hoc ago. et iterum. Video aliam legē in membris meis repugnantem legi mentis mee. Ad dictum ꝫo heretico⁹ respōdet idē Aug. ꝙ homo potest esse sine peccato mortali in vita ista per gratiam potest

etiã esse sine peccato in gloria. Quãtũ ꝟo ad p̃sentẽ statũ licz posset q̃s vitare pctã venialia in particulari: ⁊ pro aliquo interuallo tp̃is: non tñ in vniuersali nec oĩ tp̃e. iõ Joh. j. cano. c. j. inq̃t. Si dixerimus qm̃ pctm̃ non habem⁹ ipsi nos seducim⁹: ⁊ ꝟitas in nobis nõ est. Et sapiẽs Prouerb. xx. Quis põt dicere: mũdũ est cor meũ: purus sum a pctõ. quasi dicat nullus. Et Ro. iij. Est aũt deus verax: oĩs aũt hõ mẽdax. Et Greg. in pastorali. Nemo est q̃ ita viuat vt aliquatenus non delinquat. et in aut. de monach. §. triẽnij. col. j. Humana natura labit̃ ad delicta. Sz propterea non est diffidendũ de bonitate dei. qr venialia peccata charitatẽ non excludunt ⁊ gratiã ab aĩa nõ eijciunt: neqz ianuam claudunt regni celoruz. De quoꝝ qualitate ⁊ conditione in tractatu de peccatis plenius erim⁹ dicturi: nunc ꝟo satis esse debet ꝙ deus benedictus tantã gratiam nobis cõfert quanta sufficit ad pctã mortalia deponendũ ⁊ euitandum: quantaqz necessaria est ad virtuosos actus exercendos: ideo salubre est consilium vtileqz remedium ⁊ documentũ vt persepe inuocemus deum: eiqz mẽtem offeramus intentione recta.

Qr facile debet esse vnicuiqz operari bonum propter indeficiens premiũ eterne vite quod datur benefacientibus. Capitulum. iij.

Tertio oñdo facile eẽ vnicuiqz opari bonũ ꝓpter p̃miũ eternale. Promittit̃ em̃ oĩb⁹ bñ operantib⁹ premiũ eterne vite: de quo quãdoqz in tribus accidit dubitare.

Primo in condignitate.

Secundo in difficultate.

Tertio in superioritate.

Primo solet dubitari in condignitate. Utrũ scilz aliquis posset de ꝯdigno mereri vitã eternã. Et videtur p̃mo ꝙ non: qr apl's Roma. viij. ait. Non sunt condigne passiones huius tp̃is ad futurã gloriã que reuelabitur in nobis. ⁊ idẽ ad Titũ. iij. c. Nõ ex operibus iusticie que fecimus nos: sed ꝟm suã misericordiã saluos nos fecit ꝑ lauacruz regenerationis et renouationis spiritussancti quã effundit in nobis abunde per iesum xp̃m saluatorem nostrum vt iustificati gratia ipsius heredes simus vite eterne. Secundo arguitur per dictũ glo. Roma. vj. super illo ꝟbo gr̃a dei vita eterna: q̃ sic ĩquit: Posset recte dicere. Stipendium iusticie vita eterna: sed maluit dicere gr̃a dei vita eterna: vt intelligerem⁹ deuz in eternã vitam pro sua miseratione nos perducere nõ meritis nostris. Ex his verbis apparet ꝙ homo non mereatur ex condigno vitã eternam: qr illud qd̃ ex cõdigno q̃s meret̃ nõ est ex miseratione dei

Tertio obijcit̃ qr illud meritũ nõ videt̃ esse cõdignũ qd̃ nõ equat̃ mercedi: sed nullus presentis vite actus põt eq̃ri vite eterne q̃ cognitionẽ ⁊ desideriũ nostrũ excedit. Excedit etiã charitatez vel dilectionẽ vite: ergo nõ põt hõ mereri vitã eternam de cõdigno. In oppositũ adhuc posset obijci: qr illud qd̃ reddit̃ ꝟm iustũ iudiciũ videt̃ esse merces cõdigna: sed vita eterna redditur a deo ꝟm iustũ iudiciũ. iuxta illd̃ apli. ij. Timo. iiij. In reliquo reposita est mihi corona iusticie: quã reddet mihi dñs in illa die iustus iudex: ergo videt̃ ꝙ hõ mereat̃ vitã eternã ex cõdigno. Respõdeo ad istã q̃stionẽ ꝟm Tho. j. ij. q. vlti. ꝙ opus meritoriũ hoĩs dupliciter cõsiderari põt. Uno mõ ꝟm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio. Alio mõ ꝟm ꝙ ꝓcedit ex gratia spũssctĩ. Si cõsideret̃ ꝟm substantiã operis ⁊ ꝟm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio sic nõ põt esse cõdignitas propter maximã inequalitatem: sed est ibi cõgruitas ꝓpter quandã equalitatem ꝓportionis. Uidet̃ em̃ congruũ vt hoĩ operanti ꝟm suã virtutem deus recompenset ꝟm excellẽtiã bonitatis sue. Si autẽ loquamur de opere meritorio ꝟm ꝙ ꝓcedit ex gratia spiritussancti: sic est meritoriũ vite eterne ex cõdigno: quia

tunc valor meriti attenditur ꝑm virtutem spiritussancti mouentis nos in vitam eternaz: ꝑm illud Job. iiij. Fiet in eo fons aque saliẽtis in vitam eternã. Attenditur etiam preciũ operis ꝑm dignitatem gratie per quã homo cõsors factus diuine nature adoptatur in filium dei cui debetur hereditas ex ipso iure adoptionis: ꝑm illud apl'i Roma. viij. Si filij ⁊ heredes. Ad primaz ergo autoritatẽ apl'i dicendum ꝙ loquitur de passionibus sctõꝝ ꝑm eoꝝ substantiam. Ad autoritatem ⁊ ad dictũ glo. respondeo ꝙ intelliguntur quantum ad primam causam perueniendi ad vitam eternam que est miseratio dei. Meritũ aũt nostrũ est causa subsequens. Ad tertium dicenduz ꝙ gratia spiritussancti quam in presenti habemus: ⁊ si non sit equalis glorie in actu: est tñ equalis in virtute sicut est semen arborum in quo est virtus ad totũ arborẽ. Similiter ꝑ gratiam inhabitat hoĩem spũssanctus qui est sufficiens causa vite eterne: vnde dicitur pignus hereditatꝫ nostre. ij. Coꝝ. j. Secundo solet dubitari de premio vite eterne in difficultate. Utrum qui cum maiori difficultate operat̃ bonum magis mereatur ⁊ ampliore dono glorie remuneret̃ a deo. Et omissis obiectionibus que pro vtraq; parte fieri possent dico cuz doc. seraphico Boñ. in libello quodã qui apologia pauperum aduersus calũniatorẽ intitulat̃ ab ipso ꝙ triplex est difficultas. Prima ex genere operis sicut difficilius est oĩa vendere et pauperibus erogare q̃ minimũ aut minutũ de suis bonis erogare pauperibus. Et difficilius est pati mortem pro xp̃o q̃ absq; ipsa quoscunq; alios labores. Talis difficultas simpliciter auget meritum: qr magis meretur qui maius operatur bonum. Et de hac dicit Hiero. ad Exuperãtium hec verba. Nudum christum nudus sequere durũ grãde difficile sed magna sunt premia. Secunda difficultas ad bene operandum est circũstantia extrinseca originẽ trahens: sicut difficilius est abstinere a cibis et ieiunare vbi multi sunt conuiuantes ⁊ comedentes q̃ in solitudine. Et hec difficultas per accidens auget meritum: quando scilz quis tales occasiones ab abstinentia retrahentes euitare non potest. Sed si quis huiusmodi tentatiões declinaret nollet nõ propter ea: quia difficilius operatur bonum: magis mereretur. Hinc Hierony. aduersus Uigilantium qui ei dicebat: cur pergis ad heremum: respondit vt te non videam: vt te nõ audiam: vt tuo furore non mouear: vt tua bella nõ patiar: ne me capiat oculus meretricis et pulcherrima ad illicitos deducat amplexus. Respondebis hoc non est pugnare: sed fugere. Sta in acie: aduersarijs armatus obsiste: fateor imbecillitatem meam: nolo spe pugnare victorie: ne perdam aliquãdo victoriaz si fugero gladium euitaui. Tertia est difficultas ex vitio persone agentis proueniens: sicut difficilius est seruare castitatem ei qui diu libidini deseruiũt q̃ illi qui cõtinenter vixit: et talis difficultas meritum non auget. qđ Hierony. expresse testatur in epistola ad Eustochiũ ad quẽ sic scribit. Soror tua Blesilla etate maior: sed proposito minor: septimo mense post acceptum marituz viduata est. O infelix humana cõditio et futuri nescia nam virginitatis coronam et nuptiarũ perdidit voluptatem: et q̃q̃ secundum pudicitie gradum teneas quas illã existimas per momenta sustinere cruces spectantem quotidie in sorore qđ in se videt amisisse: et cum difficilius experta careat voluptate: minorem tamẽ cõtinentie habere mercedem. hec ille. Tertio dubitare solet circa bonũ eterne vite in superioritate: an superiꝰ sit copiosius ⁊ affluẽtius bonũ quibuslibet temporalibus bonis. Et quia de illo diffusius tractaturi erimus loco suo: pro presenti sufficiat audire sic dicẽtẽ Greg. in homel'. Si ꝯsideremus fratres charissimi q̃ ⁊ quãta sunt q̃ nobis promittunt̃

in celis: vilescunt animo oia que habē tur in terris. Terrena nāq; substantia superne felicitati comparata pōdus est nō subsidiū tpalis vita eterne vite com parata mors est potius dicenda q̄ vita Ipse enim quotidianus defectus corru ptionis q̄d est aliud q̄ quedā ꝓpritas mortis. Que autē lingua dicere vel q̄s intellectus capere sufficit illa supne ci uitatis quāta sint gaudia angelor̄ cho ris interesse cuz btissimis spiritib⁹ glie cōditoris assistere p̄sentē dei vultū cer nere: incircūscriptū lumē videre: nullo mortis metu affici: incorruptionis ppe tue munere letari. hec ille. Overe bonū desiderabile: bonū amabile: bonū quie tum: bonū pfectū: bonū ab oi malo se paratū q̄ deus pyssimus parat labora tibus ꝓ suo amore. O bonū indeficiēs: bonū excedēs quecūq; tpalia cōmoda: t quelibet huius scli blādimēta: q̄ ne gligētes pctōres t miseri ꝓ momenta nea huius tpis breuissima ꝓsperitate amittūt. Quid dici pōt magis ingratū q̄ dei iugū refugere ad q̄ sequit tā co piosa merces. O surdi: o stulti: t tardi corde ad credendū nō sit vobis difficile operari bonū: nō vos terreat actus vir tutū. Estote fortes: estote cōstantes ad benefaciendū t audite vocē benigni ie su clamātis i euāgelio Mat. v. c. Mer ces vestra copiosa est in celis. Ad quam nos ꝓducat ipse filius dei: qui cū patre t spiritu sctō viuit t regnat per eterna seculorum secula. Amen.

Feria.ij. post dñicā in septuagesima de qualitate cōditionis: seu regula bo nor̄ operuz: quibus pctōres scētes q̄d eos oporteat facere ad penitentiaz ani mantur. Sermo.ij.

Multi sunt voca ti: pauci vo electi. Jte ruz vbi.ō. Existimaui ne cessarium esse his qui vo lunt benefacere scire qua liter habeant in bonis operibus regu lari; quoniam dubia et perplexitates que super id possent oriri: faciūt q̄dq; ignorantes viā dñi t salutis ꝓprie: a re pto propositio bono deficere. Quare in presenti sermone de conditionibus bo norum operum dicere statui vt sic nul lus excusare se possit di. nescire quid si bi esset agendū. Declarabimus itaq; q̄ operari bene volentibus expediat no scere: vt ex hoc magis excitet vnusq̄sq; ad opera virtutis amplectenda: qm̄ ad illa vocat deus peccatores: qui nisi no uerint illorum ordinem de elector̄ nu mero esse minime possunt. Jccirco ad tria cōsiderāda de bonor̄ operū necessi tate t qualitate sermo est extendendus.

Primū ꝺt extrinseca operatio.

Scōm exēplaris imitatio.

Tertium charitatiua informatio.

Qz ad bn̄ operādū cū facultas adest necessarius est actus extrinsecus: nec sufficit intētio sola. Lapīm.j.

Primo cōsiderādū circa re gulā necessariā bonor̄ ope rū ꝺt extrinseca opatio. Pro cui⁹ declaratiōe q̄rit. Utrū bene operādū necessari⁹ sit act⁹ extrinsec⁹. Et videt q̄ nō. t q̄ sola intentio bene operandi sufficit ad salu tez. Probatur per sctōrum dicta. Jnqt enim Greg. in homel. Nunq̄ vacua est manus a munere cuz arca cordis reple ta fuerit bona volūtate. Et Ber. de hoc ait. Jntentio sufficit ad meritum: bona actio requiritur ad exemplum. Et glo. super illud ps. xxxj. Dixi confitebor: ad uersum me. votum ꝓ operatione iudi catur. Et Aug. xxij. q. v. c. si quid. Deus interrogat cor nō manū. Et Job. Chry so. xxij. q. v. c. qui periurare. Deus nō ex operibus iudicat sed ex cogitationibus t ex corde. t de peni. di. j. c. si cui. §. seq. Volūtas remunerat nō opus. Et. xv. q. vj. c. si a sacerdotibus. Magis ispector cordis est deus q̄ operis. Et voluntas pro facto reputatur: sicut patet in. c. ho micidiorum. in. c. omnis. in. c. nunquid. t. c. noli. in. c. homicidium. t in. c. si pro pter ea, de peni. di. j. Vis t similib⁹ au

¶ Primo obediētia est efficax ad impetrandū bonū tpale. s. prosperitatē ⁊ rerū tēporalium abundantiā. Qđ mostralis deus Deut. xxvj. c. sic declarauit di. Si in preceptis meis ambulaueritis ⁊ mandata mea custodieritis ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuias tēpor⁹ suis. Terra gignet germen suū et pomis arbores replebūtur. Apprehendet messium tritura vindemiam: et vindemia occupabit sementem: ⁊ comedetis panem vestrū in saturitate: ⁊ absq; pauore habitabitis in terra vr̄a. Dabo pacē in finibus vestris: dormietis ⁊ non erit qui exterreat. Auferam malas bestias ⁊ gladius non transibit terminos vestros. Persequimini inimicos vestros: ⁊ corruent coram vobis. Persequentur q̄nq; de vestris centū alienos: et cētum de vobis decē milia. Cadēt inimici vestri gladio in cōspectu vestro. Respiciā vos et crescere faciam et multiplicabo: ⁊ firmabo pactuz meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterū: ⁊ vetera nouis superueniētibus prosciētes. Ponā tabernaculum meū in medio vestri: ⁊ nō abijciet vos aīa mea. Ambulabo inter vos: ⁊ ero deus vester: vosq; eritis populus meus. hec ibi. Ve sunt ꝓmissiones quas audiuimus a deo factas in q̄b⁹ tpalia bona offerunt possidēda obseruatibus dei mandata. Sed ecōtra inobediētib⁹ in dicto. c. sic deus oꝑs comminatur di. Si spreueritis leges meas et iudicia mea contēpseritis et nō faciatis ea q̄ a me ꝓstituta sunt ⁊ ad irritū perducatis pactū meū: ego q̄z hec faciā vobis. Uisitabo vos velociter in egestate ⁊ ardore qui cōficiat oculos vestros ⁊ cōsumat aīas vestras: frustra seretis semētē: q̄ ab hostib⁹ deuorabit. Ponā faciē meaz cōtra vos ⁊ corruetis coram hostibus vr̄is: ⁊ subijciemini his q̄ oderūt vos: fugietis nemine psequēte. Sinautē nec sic obedieritis mihi adhuc

ad corruptiones vestras septulū ꝓpter
pctā vr̄a: ⁊ cōteram suꝑbiā diuitie vr̄e:
daboq; vobis celū desuꝑ sicut ferruz et
terrā eneā. Cōsumet̄ incassum labor ve-
ster: nō ꝓferet terra germē suum: nec ar
bores poma prebebūt. Si ambulaueri-
tis ex aduerso mihi: nec volueritis audi
re me addā ad plagas vestras vsq; in
septuplū ꝓpter pctā vestra. Emittāq;
in vobis bestias agri q̄ consumāt vos ⁊
pecora vestra: ⁊ ad paucitatē cūcta redi
gāt: deserteq; fiant vie vr̄e. Q̄ si nec sic
volueritis recipe disciplinā: sed ambu-
laueritis ex aduerso mihi: ego q̄z ꝯ vos
aduersus incedā: ⁊ ꝑcutiaz vos septies
ꝓpter pctā vr̄a: inducāq; suꝑ vos gla-
diū vltorē federis mei. Cūq; ꝯfugeritis
in vrbes mittā pestilentiā in medio ve-
stri ⁊c̄. ¶ Scd̄o obediētia est efficax ad
impetrādū bonū spūale dei. s. gratiam:
amicitiā: ⁊ beniuolētiā. Hec fuit illa de
cora v̄tus: ꝓpter quā abraā meruit au-
dire angelū sibi di. Per memetip̄m iu-
raui dicit dn̄s: qr fecisti rem hāc ⁊ nō pe
percisti filio tuo vnigenito ꝓpter me:
benedicā tibi ⁊ multiplicabo semē tuū
sicut stellas celi: ⁊ velut arena que est in
littore maris. Possidebit semē tuū por-
tas inimicoꝝ suoꝝ: ⁊ bn̄dicent̄ in semi-
ne tuo oēs gētes terre: qr obedisti voci
mee. Grāde admirādūq; obsequiū deo
prestitit abraā vt ei obediret: sed maio-
ra consecutus est diuine liberalitatis
beneficia. Tentauit siquidem deus illū
sicut scribitur Gen̄. xxij. idest experien-
tiam fecit ꝑm Nico. de ly. nō propter se:
sed propter aliorum exemplum vt filiū
suum dilectum ⁊ vnigenitum immola
ret in monte. Qd̄ vtiq; grauissimū erat
imperium. Primo qr iniūgebatur ei vt
re sibi charissima se priuaret. Secundo
ꝙ filium suum occidi ⁊ mori violenta
morte pateret̄. Tertio qr ad hoc exequē
dum ⁊ cōmittendum suis ꝓprijs mani
bus astringebatur. Quarto qr filius il
le vnigenitus erat neq; alium ex libera
vxore filium habebat. Quinto qr mira-
culose illum genuerat senex iam centū
annoruz cum vxore vetula ⁊ sterili. Se
xto qr magna ꝓmissio facta erat abrae
de ipso. Septimo qr ipse isaac solaciuz
erat matri sue ⁊ baculus senectutis pa
tris. Octauo qr debebat eum nō solum
occidere: sed etiam in igne vrere. Nono
qr noluit deus eum statim audito pre-
cepto illud perficere: sed triduo perseue
rare quousq; venirent ad montem: ad
quem potuissent citius properare. Sed
ideo deo volente vsq; in tertium diem
ibidem non peruenerūt vt sic magis lu
cesceret firmitas voluntatis Abrae ꝑm
Nico. de ly. Unde ⁊ glo. Gen̄. xxij. c. ait:
Non est iussus abraam statim occidere
filium: sed per triduuz ducere ad immo
lationis locum: vt longitudine tempo-
ris tentatio augeretur: ⁊ crescentibus
curis paterna viscera cruciarentur. Ac
cepto itaq; precepto tam difficili abraā
non excusauit: nec p̄cepti causam inter
rogauit: neq; in eius executiōe filij blā-
dientis dulci p̄sentia mutatus est a ꝓ-
posito. Ibant simul erantq; cū eis duo
famuli domus qui ligna inciderant ꝓ
holocausto ⁊ die tertio remanētibus il
lis cum asino: tulit abraam ligna ⁊ im-
posuit super isaac filiū suū: qui ꝑm Jo
sephum agebat tunc annum. xxv. Ipse
v̄o Abraam portabat in manibus suis
ignem ⁊ gladium. O q̄reuerenter cum
pergerent duo simul dicebat Isaac pr̄i
suo: ecce ignis ⁊ ligna vbi ē victima ho
locausti? O q̄ardenter respondebat ei
pater seipsum superans: seip̄m vincēs.
Dominus prouidebit sibi victimaz ho-
locausti fili mi: volūtate sensualitatis
forte secum tacite colloquente atq; di-
cente: Tu es victima quez ego proprijs
manibus interficiam: quem aduram su
per altare vt satisfaciam deo nostro. O
quale spectaculuz: o quale virtutis exē
plum: mente inspicere illos postq̄ vene
runt in montem: postq̄ ibi cōstruxerūt
altare: postq̄ deniq; super illud ligna
composuere. Inquit enim Josephus in
primo antiq̄tatū li. ꝙ abraā añq̄ filiū
ligasset aduocauit illū ad se: dixitq; illi

O puer qua innumeris votis optaui a deo mihi cōferri: ⁊ dū peruenisses adv tam nihil est qđ p alimēto tuo nō feci neq; me felicioꝛē magis arbitrabar q̄ cū te ad hanc videꝛē etatē succeſſoꝛem mei principatus relinquere. Cōgaudebam: qꝛ dei volūtate tuus pater ſum factus denuo p̄m eius placitū te reponā. Vanc fortiter porta mortē: deo nāq; te cedo qui mihi p oia placidus fuit ⁊ ſuffragatoꝛ. Natꝰ ergo moꝛere: nō cōi mō hac vita egrediēs: ſed a pꝛe ꝓprio oblatus cunctoꝝ ob legitimū ſacrificiū. Reoꝛ eñ qꝛ te dignū iudicauerit nō egritudine nec bello: nec qualibet alia paſſione que ſolet hoībus accidere: hac vita liberare: ſed cū igni ⁊ ſacrificijs tuam aiam ſuſcipe ⁊ apud ſe retinere. Eritq; decetero mei curā habēs ſenectutem regens qua gr̄a te maxime nutriebā. Audiris his iſaac humili voce pr̄i reſpōdit O pr̄ mi colēdiſſime rē audio grādē ac durā. Aſſeris te pr̄em meū velle me propꝛijs manibus interficere ⁊ igne aduꝛere vt obedias deo. Doleo nempe gratiſſime iuuētutis mee floꝛem amittere: doleo patris mei me diligētis experiri in me gladiū ſeuiētis. Doleo inſup talimō deſerere dilectā matrē ⁊ te patrem meū cui parauerā in hac ſenectute ſua in oībus ſubuenire. O chare genitoꝛ: o pr̄ amātiſſime credebā me eſſe baculuꝫ ſenectutis tue: ⁊ ecce mihi dicis vt foꝛtiter ferā mortē p te mihi inferendā. O inaudita res. O admirandū nouū quo viſcera mea cōmouenť: aīa turbatur: ⁊ coꝛ vndiq; veraſ anguſtia. Uerūtñ pater mi dulciſſime: qꝛ ſic placet deo ita fiat. Et ſi nunq̄ h̄ fieri ille mādaſſet ⁊ tu tm̄ iubereꝭ: adhuc pr̄optiſſimus obedirem: nō fugiā a tua preſentia: nō me defendā. Et hmōi verbis ꝓſtrauit ſe i terra: pr̄emq; adhuc alloquebatur di. Vabes me filiū tuū ad vota pater: ſtringe manus meas ⁊ pedes meos funiby interfice me ſicut tibi ⁊ deo nr̄o placet. O quid erat videre venerādū ſenē illū mirādo feruoꝛe ligare manus ⁊ pedes filij eleuantemq; euaginatū gladiū vt illū perimeret. O inaudita obedientia patris ⁊ filij. O vtriuſq; ardentiſſima volūtas ad obſequendū deo. O denicq; immēſa diuine largitatis beneficia eiſdem collata. Multo q̄dem ſuſceperūt ambo āplioꝛa dona a liberaliſſimo deo q̄ fuerit illud ad obediendū cōmendabilis feruoꝛ volūtatis. Tertio obedientia eſt efficax ad impetrādū bonū eternale. Diximus eñ in precedentibus ſermonibus quēadmodū deus benedicꝰ largitur eterne vite premiuꝫ oībus ſeruātibus eius mādata: ſed tanta eſt humana neq̄cia q̄ magis hoīes diabolo obedirevolūt q̄ deo. Clamat deus. Nō habebis deos alienos. Et diabolus dicit: Sint tibi dij tui temporalia bona que magis q̄ deū diligas. Noli ſcripturis credere. Noli debita vota cōplere: ſupſtitiones: incantationes: ⁊ diuinationes ſectare. Cultū dei negligas ⁊ cōtemnas. Sacris locis atq; pſonis reuerentiam nullā exhibeas. Eccleſiaſticas leges atq; cenſuras deſpicias: vocicq; mee obedias: vt deum minime colas. Clamat deus. Nō aſſumes nomen dei tui in vanuꝫ. Et diabolus dicit: Sis pꝛiurus: blaſphema ſepius: maledic nomen ſanctū dei: ⁊ oīm ſanctoꝝ ſuoꝝ ac matris eius: nomenq; meū in oībus tuis operibus frequētius cōmemoꝛa: ⁊ dei nomen in turpibus cantilenis admiſce. Clamat deus. Sabbata ſanctifices. Et diabolus dicit: Diebus feſtiuis nulla ſit in te memoꝛia dei: nulla recoꝛdatio ſalutis ꝓpꝛie ⁊ eternoꝝ bonoꝝ. Eccleſias fugias ⁊ predicationes euangelij: ad quas ſi acceſſeris nullā modeſtiā ſerues. Vano aſpectu mulieres ⁊ viros circunſpice: veſtibus honeſtis illis diebus vtere: ludo: choꝛeis: atq; tripudijs tempus erpendas: ⁊ pꝛo lucro temporali ſi quid operis facere poteris facias. Clamat deus. Honoꝛa patrē ⁊c. Et diabolus dicit. Parentibus tuis infeſtus ſis: diſciplinam eoꝝ ⁊ correctionem fuge: pietatem: reuerentiā: ⁊ obe-

dientiam eis denega: cōtumelijs illos affice: ⁊ si potes verbis verbera adde: atq; de domo illos expelle. Clamat deus. Nō occides. Et diabolus dicit: Iniuriam noli sufferre: sume de inimicis vindictā: da locum ire: percute: interfice: ⁊ que non potes manu: persequere corde. Clamat deus. Non mechaberis. Et diabolus dicit: Nullū sit pratum qō nō pertranseat luxuria tua. Nō erubescas adulterari: fornicari: incestū: mollicies: sacrilegium: sodomiā nefandissimam ⁊ innominabilē perpetrare. Clamat deus. Nō furtum facies. Et diabolus dicit: Rape: deprędare: furare quātum potes. Nulla sit tibi cōscientia p̄pter lucrū de periurijs: de mendacijs: de fraude: de simulatiōibus: de iniustitia: de vsuris: de extorsionibus: de malis contractibus: ⁊ de excōicationibus. Clamat deus. Nō dices falsū testimonium cōtra proximum tuum. Et diabolus ait: Loquere sine mensura in dedecus alioꝝ detrahe vicinis: extraneis: sacerdotibus: religiosis: p̄latis: dñis: virginibus: viduis: ⁊ coniugatis. Clamat deus. Nō cōcupisces vxorē p̄rimi tui. Et diabolus dicit: Oēs mulieres quas vides cōcupisce: ⁊ voluptuosa mēte desidera. Clamat deus. Nō cōcupisces rē p̄rimi tui. Et diabolus dicit: Appone cor tuum ad alioꝝ bona: desidera mortem p̄pinquoꝝ tuoꝝ: vt eorū bona ad manus tuas perueniant. Et tñ sine cōparatione magis auditur vox diaboli q̄ dei. O extrema demētia. O stultitia pernitiosissima seruire diabolo p̄ eternis incendijs: ⁊ relinquere deum liberalem ⁊ munificentissimum: qui seruis ⁊ amicis suis pollicetur gaudia paradisi ad que nos perducat christus dei filius qui viuit ⁊ regnat p̄ infinita scla. Amē.

Feria quarta post dñicam in septuagesima de infinita misericordia dei que ipse p̄ pyssimus dulcissime vocat animam ad penitentiam: omnes etiā pessimos peccatores: promittens eis liberaliter indulgētiā ⁊ remissionē. Ser. iiij.

VOx dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea spōsa. Hic peccatricis ad penitentiā redire dispositē verba sunt ista originaliter. Cañ. v. Pyssimus oīm pater deus offert pctōribus vt occasionem habeant ad eū reuertendi vberrimum fontem: ⁊ indeficientem ⁊ inbauribilem misericordie sue. Neq; vnq; tā grandis peccator inuentus est qui ad eum confugere volens non fuerit benigne misericordissimeq; susceptus. Hec est illa misericordia que fiduciam p̄stare debet cunctis pctōribus ne vnq̄ desperēt. Hec est illa decora ⁊ formosa regina que semper astat a dextris dei in vestitu deaurato circundata varietate. Hec est que blanda voce humili sermone delinquentes admonet: vt ad fontē aque viue deū p̄pitium atq; benignū currant sitientes. Et q̄m multoꝝ corda molliri nolunt: ⁊ duriora saxis indies obstinantur in malo: statui in hoc sermone verba facere de iocūdissima voce misericordie dei qua ipse dilectus animarum sponsus illas in peccatis errātes liberalissime aduocat: vt de erratis cōpuncte veniā ⁊ indulgētiā suscipiāt. Q̄ō bene sensit anima peccatrix dispositā iam preterita mala corrigere: ⁊ decetero a futuris cauere di. in verbis notatis ī themate. Vox dilecti mei qui creauit me: qui me fecit: qui me redemit: q̄ mihi pollicetur gaudia paradisi pulsantis per intrinsecas inspiratiōes: per extrinsecas monitiones: per spūales illuminationes: per sacramentoꝝ dispositionē. Aperi mihi. s. cor tuū o soror mea o anima mea ad meam imaginem ⁊ similitudinem facta. O sponsa mea quā desponsaui mihi in fide cum sacrum suscepisti baptisma: ⁊ ego tibi meam gratiam sum largitus. Aperi inquaꝝ mihi vt audias me exhortante te quatenus penitentiam agas: ⁊ pctōꝝ tuoꝝ veniā indulgētiāq; a misericordia mea abū-

de suscipias. In quibus verbis de voce misericordie dei aiam vocantis tria mysteria ꝓponimus cõtemplãda.

Primum ōr reuelationis.

Scõm ampliationis.

Tertium accelerationis.

¶ De ꝓconijs ⁊ laudibus misericordie dei q̃ ꝓtõribus demõstrant in scripturis figuris ⁊ exẽplis. Capl̃m.j.

PRimũ mysteriũ cõtẽplãdus ōr reuelationis in quo exq̃rere licet qualiter dei misericordia qua ꝓtõres allicit reuelata ⁊ preconisata est. Et ad hoc dico: q̃ misericordia ipsa maxime manifestat in tribus.

Primo in scripturis.

Scõo in enigmatibus ⁊ figuris.

Tertio in exemplis.

¶ Primo manifestat ⁊ reuelat ꝓconiũ misericordie dei in scripturis q̃ vident esse lr̃e quasi q̃dã familiares ⁊ domestice ex cãcellaria celi ad miseros ꝓtõres er parte viuẽtis dei misse ac destinate. Jõ reuerẽter atq̃ iocũde illarũ lectio a cũctis est audiẽda. Dicãt igit ꝓphete ⁊ scti q̃d ferũt de misericordia dei. Moyses ad deũ loquẽs Exo.xxxiij. inq̃t sic. Dñator dñe deus misericors ⁊ clemens patiens ⁊ multe miseratiõis. Et Deut. iij. Reuerteris ad dñm deũ tuũ ⁊ audies vocẽ eius: q̃r deus misericors dñs deus tuus. Et Sap. Ecci.ij. Pius ⁊ misericors est deus ⁊ remittit in die tribulationis ꝓtã. ⁊.c.xvij. Magna misericordia dñi ⁊ ꝓpitiatio illius cõuertentib⁹ ad se.⁊.c.xviij. Quis adyciet enarrare misericordiã eius.⁊.lj.c. Xerex aiã vr̃a in misericordia ei⁹.⁊ Sap.xj. Misereris oĩm q̃m oĩa potes.⁊.xv. Tu aũt dñe suauis ⁊ verus es patiẽs ⁊ in misericordia disponẽs oĩa. Et ꝑ Esa.lv. dñs ait: Derelinquat impius viam suã: ⁊ vir iniquus cogitationes suas. ⁊ re. ad. d. ⁊ mi. e. ⁊ ad. d. n. q. m. est ad ignoscẽdũ. ⁊ lvij. Jnuocabis ⁊ dñs exaudiet: clamabis ⁊ dicet: Ecce adsuz: quia misericors suz dñs deus tuus, ⁊, luij. Jn misericordia sempiterna misericors suz tui dicit redẽptor tu⁹ dñs. Et Joel.ij. Cõuertimini ad dñm deũ vestrũ: q̃r benignus ⁊ misericors est patiẽs ⁊ multe misericordie ⁊ ꝓstabilis sup malicia ppli. Et Jonas.iiij. Scio inq̃t q̃r tu deus clemẽs ⁊ misericors es patiẽs ⁊ multe miserationis. Et dauid pſ. cxix. Laudate nomen eius q̃m suauis est dñs in eternũ misericordia eius. Et pſ. lvj. Magnificata est vsq̃ ad celos misericordia tua. Et pſ. lxxxv. Tu dñe suauis ⁊ mitis ⁊ multe misericordie oĩbus inuocãtibus te. ⁊ pſ. l. Miserere mei deus ꝑm magnã misericordiã tuã. ⁊ pſ. cxxix. idez habet. Et Petrus.j.epla.j.c. Bñdictus deus ⁊ pater dñi nr̃i ihesu xr̃i q̃ ꝑm magnã misericordiã suã regenerauit nos in spem viuã. ⁊ Pau. Ephe.ij.c. Deus diues est in misericordia. ⁊. ij. Cor.j. Bñdictus deus ⁊ pater dñi nostri ihesu xr̃i pr̃ misericordiarus ⁊ deus totius cõsolationis q̃ cõsolat nos in oĩ tribulatione nr̃a. ⁊ cis tharista spũscti virgo gl̃iosissima. Lu. ij. Et misericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies timẽtibus eum. ⁊ Lu. vj. Estote misericordes sicut ⁊ pr̃ vester celestis misericors est. ⁊ Piero. de peni. di. j. c. Qt diuinitatis natura, ait: Diuinitatis natura clemẽs ⁊ pia: magisq̃ ad indulgẽtiã q̃ ad vindictã ꝓna: q̃r nõ vult mortẽ pctõis: sed vt magis conuertat ⁊ viuat. Et idẽ Piero. in. c. vide. de peni. di. j. Vide benignũ dñm misericordiã cũ veritate miscentem. ⁊ Ambr. li. de peni: Deus misericordiã suã oĩbus ꝓmisit: ⁊ relaxãdi licentiã sacerdotibus suis sine vlla exceptione concessit. ⁊. xxvj. q. vj. c. his qui. Misericordie dei nec mẽsuras possumus ponere: nec tpa diffinire. Et q̃bus oĩbus apprehẽdimus deũ nostrũ benignũ esse: misericordẽ ⁊ pium. Scõo manifestat ⁊ reuelat ꝓconiũ misericordie dei ĩ enigmatibus ⁊ figuris: loquebat sepe dñs ihesus in parabolis ꝑm morem palestinorum: vt dicit Nico. de lyra. Quoniaz sic clarius potuit veritas elucescere maxime idiotis ⁊ rudib⁹ ꝓ

ut testatur Diony.in.c.cele.hierar.⁊ iō ad suam ⁊ patris eius misericordiā notificandam vsus est triplici enigmate: seu metaphora in parabola per eum dicta. ¶ Prima fuit de egroto patiēte: de qua Mat.ix.vbi audiens murmurationes phariseorum qui ei detrahebant: qr cum publicanis ⁊ peccatoribus manducaret ait: Non est opus valentibus medicus: sed male habentibus. Eūtes autem discite quid est misericordiaꝫ volo ⁊ non sacrificium. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores. ¶ Secūda parabola est de pastore perditam ouem requirente: de quo Lu.xv.scribitur: ꝙ dimissis nonagintanouez alijs omnibus in deserto sollicitus pastor ob errantez vnam ouem.i.deus peccatricem animā perquisiuit diligenter: inuentamqꝫ custodiuit intactam: imposuitqꝫ super humeros suos gaudens remittēdo.s. sibi penitenti potentia sua omnia peccata atqꝫ delicta. ¶ Tertia parabola est de filio prodigo ad patrē postꝙ̄ omnia dissipauerat reuertente. per quez vt Hiero. inquit ad Damasum papam de filio ꝓdigo: peccator homo ꝟe penitens intelligitur: quem cum vidisset alōge pater misericordia motꝰ occurrit illi: cadēsqꝫ supra collum illius osculatus est eum: nihil illi improperauit: nō tristem vultum aut turbulentam faciem ostendit: non asperis verbis contristauit: sed ꝙ̄ letanter in domum eum introduxit: afferri fecit vestimenta ⁊ anulum conuiuium solenne preparauit: choreasqꝫ cātus ⁊ sonorum melodias in domo esse iussit: qr recuperauerat filium mortuuz ⁊ perditum: per quez intelligimus peccatorem compunctum cui deus se gratiosissimuz exhibet. ¶ Tertio manifestatur ⁊ reuelatur preconiuz misericordie dei in exemplis. Quotquot enim inuēti sunt peccatores qui ab illo veniā postularunt oēs fuerunt exauditi: sicut pz in veteri ⁊ nouo testamento. Dauid eq̄dem per penitentiam adulterij simul ⁊ homicidij a misericorde deo veniaz impetrauit. De cuius penitentia Hieronymus ad Sabinianum diaconū lapsum ita scribit: Totam penitentiaz ostendit pš.l.quādo ingressus est dauid ad vxorem Urie ⁊ a Nathan propheta correptus respōdit dicēs. Peccaui statimqꝫ meruit audire ⁊ dñs abstulit peccatum tuum a te. Adulterio enim inerat homicidium: ⁊ inde conuersus ad lachrimas. Miserere mei (ait) deꝰ ꝟm magnā misericordiā tuā. Magnum enim peccatum magna indigebat mīa. vnde subiungit ⁊ dicit. Multum laua me ab iniquitate mea ⁊ a peccato meo mūda me Qm̄ iniquitatem meam ego cognosco ⁊ delictū meū contra me est semper: tibi soli peccaui. Rex em̄ aliū nō timebat ⁊ malū corā te feci vt iustificeris in sermōibus tuis ⁊ vincas cū iudicaris. Cōclusit deus oīa sub pctō: vt oībus misereat: tantūqꝫ ꝓfecit vt dudū pctōr ⁊ penitens trāsierit in magistrum: vt dicat: Docebo iniquos vias tuas. hec ille. Et idē ad occeanū de dauid loquens inq̄t: Dauid sctī ⁊ mansuetissimi viri homicidiū pariter ⁊ adulteriū septē dierū emēdauit fames. Jacebat in terra volutabat in cinere: ⁊ oblitus regie maiestatꝫ lumē q̄rebat in tenebris illūqꝫ tantū respiciēs quē offenderat lachrymabili voce dicebat: Tibi soli peccaui ⁊ malū corā te feci: ⁊ redde mihi leticiā salutaris tui: ⁊ spū principali confirma me. Atqꝫ ita factū est vt qui me docuerat virtutibus suis quō stans non caderē doceret ꝑ pnīam quō cadēs resurgerē. hec ille. Que oīa notant.ij. Reg.xij. Est ⁊ de niniuitis exēplū: de q̄bus hr̄ li. Jone ꝑ totū. ⁊ de peni.di.j.in.c. Sicut achab. §. Niniuite. vbi dr̄: Niniuite quos dñs in euangelio cōmendat: pnīam egerūt in predicatiōe Jone: ⁊ ex misericordia domini indulgentiam consecuti subuersionis interitum subterfugere meruerūt. hec ibi. Et vt breuiter perstringam exēpla adduco illud dictum Bernar. super cantica sermone.xx.ad iesum de sua misericordia loquētis vbi ait: Omnino ꝓ

pter mansuetudinem que de te predicatur: curremus post te dñe iesu audiẽtes ꝙ pauperẽ nõ spernas: pctõrẽ non horreas: nõ horuisti ꝯfitentẽ latronẽ: non lachrymantẽ peccatricẽ: non chananeã supplicantẽ: nõ deprehẽsam in adulterio: nõ sedentẽ in theloneo: nõ supplicãtem publicanũ: non negãtem discipulũ: nõ persecutorẽ discipulorũ: nõ ipos crucifixores tuos: hec ille. Expergiscimini igit̃ o peccatrices anime. Audiuistis o peccatores vocem dei qui misericordiã suã infinitã vobis declarauit. Nolite obdurare corda vestra: et deponite peccata atq; delicta. Accedite ad eum ⁊ veniã obtinetis: qꝛ ipe est deus misericordiaꝝ qui ꝑ Ezechielem prophetam.c.xviij.inquit: Si aũt impius egerit penitentiam ab oĩbus peccatis suis que operatus est: ⁊ custodierit oĩa precepta mea: ⁊ fecerit iudiciũ ⁊ iusticiã vita viuet ⁊ nõ moriet̃. Omniũ iniquitatũ eiꝰ quas operatus est non recordabor. In iusticia sua quã operatus est viuet. Nunquid volũtatis mee est mors impij: quasi dicat nõ. ⁊ infra. Nolo mortem morientis: scilicꝫ peccatoris: sed vt conuertatur et viuat. Reuertimini et viuetis.

¶ De amplitudine ⁊ magnificẽtia mĩe que remittit omnia peccata grauia replicata et antiquata peccatoribus penitentibus. Capitulum.ij.

Secundum mysteriũ contẽplãdũ circa mĩam dei peccatores vocantis ad penitẽtiã d̃r ampliatio: in quo patefaciẽdũ esse duxi qũo ampla lata ꝓfunda ac copiosa sit ipsa misericordia dei benedicti: que licꝫ in se sit infinita: quia sic nihil aliud q̃ ipse deꝰ est ꝟm illud Aug̃.de fide ad Petruꝫ. Quicquid est in deo est ipe deus tamen etiam in suo effectu considerata tam grãdis inuenitur ꝙ omnia nostra superat peccata atq; vincit. Tria enim sunt in peccatis horrenda ⁊ timẽda valde: q̃ tñ a mĩa dei superantur.

Primum grauitatis conditio.
Secundum frequens iteratio.
Tertium diuturna detentio.

¶ Primũ qd̃ in peccatis consideratur horrendũ d̃r grauitatis ꝯditio: qñ scilꝫ pctm̃ ex sua ꝯditione ⁊ ex suo gñe graue est ⁊ nefandum. Uerũtamẽ tãta est mĩa dei ꝙ nullũ est pctm̃ adeo execrãdũ de quo si quis pnĩam egerit indulgentiam recipiat. Quinimmo clementissimus deus mĩa tua illud penitenti plene remittit. Hinc Chryso. de peni. dist.iij.in.c.Talis.ait: Talis mihi crede talis est erga homĩes dei pietas ꝙ nunq̃ spernit pnĩam si ei sincere ⁊ simpliciter offeratur: etiã si ad summũ q̃s perueniat malorũ ⁊ inde tamẽ reuerti velit: suscipit em̃ deus illum libenter et amplectitur. Et hoc est qd̃ dicitur de peni.di.iiij.c.in actione. Cor cõtritũ ⁊ hũiliatũ deꝰ nõ despicies. ps̃.l. ¶ Sed circa hoc dubitat̃ de pctõ in spiritum sanctũ vtrũ deus misericors remittat illud penitentibus. Et videt̃ ꝙ non: qꝛ pctm̃ in spm̃sctm̃ est irremissibile. Unde Aug̃.in lib̃.de fide ad Petrũ ait: Hi q̃ peccãt in spm̃sctm̃: neq; hic neq; in futuro remissionẽ peccatoꝝ accipiũt. Et idem in lib̃. de sermone dñi in monte. Peccare in spiritũsanctũ est ꝑ maliciã ⁊ inuidiã fraternã impugnare charitatem post acceptã spũssancti gratiam: quod pctm̃ neq; hic neq; in futuro remitti dicimus. Hoc ipm̃ magister sententiarũ confirmat.xliij.dist.ij.li.ergo videtur ꝙ dei mĩa nõ supat oẽ pctm̃. ¶ Respondet ad hoc Alex.de ales ĩ.ij. q.cxliij. mẽ.vj. ⁊ in.iij.sum.q.j. mem. ij.art̃.ij.vbi tractat de irremissibilitate peccati. Adde ꝙ peccatũ d̃r tripl̃r irremissibile.s.negatiue: ꝑuatiue: ⁊ ꝯrie Negatiue d̃r irremissibile quod nullo modo põt remitti: sicut pctm̃ luciferi aliorumq; dãnatoꝝ. Priuatiue d̃r irremissibile peccatum quod nõ habet aliquid dignuꝫ vt remittat̃: ⁊ sic oẽ pctm̃ est irremissibile: qꝛ nullũ pctm̃ mortale hꝫ per aliq̃d qd̃ sit remissione dignuꝫ.

Contrarie v̄o d̄r irremissibile: q̄ hz cō
trariā dispositionē ad gr̄am sine q̄ pec
catū nullo modo pōt remitti: ⁊ sic est ir
remissibile pctm̄ in spm̄sctm̄: q̄ dire
cte est cōtra effectū spūssancti q̄ quidē
dicit̄ gratia penitētialis. ¶ Sunt autē
huius pctī sex species vt ptz p Aug̃. in
Ench̄. ⁊ de fide ad petrū: ⁊ de sermone
dn̄i in monte: ⁊ de baptismo paruuloꝝ
scilz desperatio p̄sumptio euidētia fra
terne gr̄e obstinatio: finalis impenitē
tia: ⁊ īpugnatio veritatis agnite quaꝝ
specierū numer⁹. v̄m Bon̄. in dist. xliij.
ij. li. ar. iij. q. j. sic assignant̄. Oē pctm̄ ī
spm̄sanctū est cōtra penitētialē gr̄am:
tunc em̄ aut est ꝯtra ip̄am rōne sui aut
rōne antecedētiū: aut rōne subsequen
tiū. Si rōne antecedētiū cū ad pn̄iam
antecedant tanq̄ due mole spes et ti
mor: ꝯtra timorē est p̄sumptio: ꝯ spem
est desperatio. Si rōne ꝯsequētiū cum
ad pn̄iam cōsequatur emēdatio q̄ cōsi
stit in duobus: videlz in vera ꝯfessione
⁊ bona satisfactione: sic sumuntur due
spēs: quaꝝ vna est impugnatio v̄itatis
agnite: altera detestatio boni. Si ra
tione sui sic est obstinatio que cōprehē
dit etiā finalē impenitētiā. Dicit̄ ergo
peccatum in spm̄sctm̄ irremissibile ma
gis q̄ alia peccatoꝝ genera: q̄ v̄m ma
gistrum vix aut raro aut difficulter re
mittit̄ p eo q̄ nō tm̄ repugnat gr̄e: sed
etiā dispositioni ad veniā ⁊ gr̄am susci
piendam. Remissibile v̄o est v̄m Bon̄.
vbi. s̄. ar. ij. q. ij. tū rōne diuine potētie
remittentis: tū q̄ hō potest de illo pe
nitere excepto finalis impenitētie: que
etiā dupl'r sumitur. Uno mō pro ꝓpos
to nō penitēdi. Alio mō p ꝯtinua p̄ma
nētia in malo. Impenitētia primo mo
do sumpta est pctm̄ irremissibile cōtra
rie nō negatiue: eo q̄ claudit viam ad
gr̄am ⁊ impedit ingressum spūssctī: tm̄
possibile est vt de illa hō peniteat ⁊ re
missibilis fiat. Impenitentia scd̄o mō
dicta nullo modo pōt remitti. Hec aūt
nemini est attribuēda vsq̄z ad illud in
stās in quo dici de aliquo posset q̄ fi
naliter sit impenitens. Hinc Leo papa
de peni. di. vij. c. Nemo. ait: Nemo de
sperandus est dn̄ in hoc corpore ꝯstitu
tus est. Idē d̄r. xxxij. q. ij. c. et ancillam
xxiiij. q. iij. c. Corripiantur. Patet ergo
oē pctm̄ p penitētiā liquefieri ad con
spectū mīe dei: q̄ nihil tātū abomīabit̄
quātū īpenitētiā ⁊ desperationē. Hinc
Hiero. ad rusticū monachuz ait: Nihil
sic offendit deuz sicut cor impenitens.
Solū desperationis crimē est qd̄ veniā
conseq̄ nō pōt. Scd̄m qd̄ in pctīs ꝯsi
derat̄ horrēdū ⁊ periculosum est pctōꝝ
frequens iteratio: qn̄. s. frequētius ite
rātur: tn̄ tāta est mīa dei q̄ si q̄s incipe
ret peccare a prima hora diei: et pacto
pctō statim penitētiā ageret: ⁊ penitē
tia facta subito laberet̄: ⁊ post lapsum
iteꝝ surgeret ⁊ post resurrectionē iterū
caderet ⁊ post casum denuo cōtritionē
haberet: semp deū īmobiliter ꝓpitiū
inueniret ad remittēdū. Hinc Aug̃. de
peni. dist. iij. in. c. adhuc p̄fidi instāt. in
fine ait: Qm̄ quotidiana ē offensio opz
q̄ quotidiana sit remissio. Cur docuis
set dn̄s orātes dicere dimitte nobis de
bita nostra: nisi ip̄e p nobis misericors
p̄seueraret qui nos ab hac petitiōe nō
vult deficere? Et Leo papa de peni. di.
j. Multiplex mīa dei. inq̄t: Multiplex
mīa dei ita lapsibus humanis subue
nit vt nō solum per baptismi gratiam
sed etiā per pn̄ie medicinā spes vite re
perietur eterne vt q̄ regenerationis do
na violassent ꝓprio se iudicio ꝯdēnan
tes ad remissionē criminū peruenirēt.
Et Lactan. in lib̄. di. insti. ad glo. sic lo
quitur: Nemo pōt esse tā circūspectus
tā prudēs qui nō aliqn̄ labatur. Idcir
co deus imbecillitatē nostrā sciēs ap
paruit homini portum salutis: vt huic
necessitati cui fragilitas nr̄a subiecta
est medicina penitentie subueniat. Et
Hiero. ad Rusticū monachū. de peni.
di. iij. Septies. ait: Septies in die ca
dit iustus ⁊ resurgit. Si cadit qn̄o iu
stus? si iustus quomodo cadit? Sed iu
sti vocabulū nō amittit q̄ p penitentiā

semp resurgit. Et nō solum septies: sed etiā septuagiessepties delinquēti si cōuertatur ad pnīam peccata donantur. Hoc xp̄s petrum docuit. Matth. xviij.

¶ Sed nōnulli heretici temere asseuerunt duo falsa ⁊ merito reprobāda. Primū ꝙ si hō cadat a pnīa ꝙ nō v̄e penituit. Cōtra qd̄ dictū Alex. de al'. in. iiij. volumine summe. q. lxiij. mē. j. ij. ⁊. iij. adducit distinctionē de v̄itate pnīe: dicēs ꝙ dupl'r pōt sumi. Uno mō vt penitētia v̄a dicat' q̄ verū hz virtutis actū q̄ est detestari malū cōmissum ⁊ ꝓ illo tp̄e nullū cōmittere ⁊ ꝓponere nō committere de futuro in quo statu si q̄s decederet salu⁹ esset. Et ab hac pōt hō cadere ⁊ in pctā labi. Alio mō vt dicatur pnīa vera q̄ perducit in finē vt finalis ⁊ ꝯtinuata: ⁊ ab hac nō est cadere. Sz adhuc heretici ad sui erroris robur autoritates ⁊ dicta sctōꝝ adducūt. Et primo illud Amb. in sermone q̄dragesime di. Pnīa est mala preterita plangere: ⁊ plāgēda iteꝝ nō cōmittere: ergo q̄ iteꝝ peccat verā pnīam non fecit. Scd̄o ad idem allegāt Greg. sic di. Qui ita alia pctā deplorat vt iterū alia committat: adhuc penitētiā agere aut ignorat aut dissimulat. Insup ad hoc ꝓpositū habent Isid. in lib. de summo bono sic loquētē: Irrisor est nō penitens q̄ adhuc agit qd̄ penitet: nec videtur deū poscere subditus: sz subsannare supbus. Et his cōcordat Aug. in li. soliloquioꝝ qn̄ dicit: Inanis est pnīa quā sequēs culpa inquinat: Que autoritates ⁊ alie similes habent' ī decretꝫ: de peni. di. iij. De q̄bus ꝓ solutiōe Gratian⁹ ibidē. c. Incassum. §. sed verba. ait: Q̄ illa verba autoritatū nō ad diuersa tp̄a: sz ad idē tp̄s referuntur: vt scilz eo tp̄e quo quis deflet mala q̄ cōmisit ⁊ pnīam facit nō peccet ⁊ scelera nō cōmittat. Qd̄ aūt in diuersis tp̄ibus possit q̄s facere penitētiā verā. ⁊ post illā iterum possit peccare: ꝓbatur rōne eo ꝙ pnīa habet esse in libero arbitrio ꝟm statū vie: qd̄ vertibile est: ⁊ pōt a bono in malum: et a malo in bonuz sepius exire. Hoc etiā apparet euidēti exēplo. Nam niuiuite ꝓpter verā pnīam gr̄am cōsecuti sunt: sed post ad vomitū redeūtes deū ꝓuocarunt ad iracūdiam: ⁊ eoꝝ ciuitas: vt Herodotus scribit a rege medorū subuersa est: apd̄ hebreos regnāte Josia. Est ⁊ de hoc exēplū cōueniēs peccātis Dauid: qui pnīa quā fecit de pctō mortis Urie deum sibi placabile fecit: ⁊ tn̄ post peccauit iterū in numerādo populū: ꝓut habet'. ij. Reg. vl. Quare sileāt heretici ⁊ ꝯfundant'. Scd̄m falsum qd̄ ipsi p̄dicant est ꝙ deus non nisi semel pctā dimittit. Quib⁹ etsi obsistēt autoritates allegate in principio hui⁹ scd̄e particule: tn̄ ipsi curiose suū errorē confirmare conāt'. Dicūtq̄z ꝙ si baptism⁹ nō iterat': ergo nec pnīa. Ad quod dn̄s Bon̄. in. iiij. dist. xiiij. parte. ij. ar. j. q. ij. sic rn̄det dicens: ꝙ pnīa pōt iterari: baptism⁹ aūt nō. Primo q̄z in baptismo: imprimit' character q̄ est īdelebilis: in pnīa nō. Scd̄o q̄z baptismus est cōtra morbū nō iterabilē: qualis est morbus pctī originalis: sed pnīa ꝯtra morbum iterabilē qualis est morb⁹ pctī actualis ⁊ medicina dz aptari morbo. Et iō baptism⁹ nō iterat': pnīa v̄o iterat' ꝟm ꝙ volūtas nr̄a cōuertit' ⁊ reuertit'. Cōcludimus ergo ꝙ de⁹ bn̄dict⁹ misericorditer subuenit nr̄e fragilitati. Quisnā nō nisi impie de illo cōquerit'. O pctōr negligēs: o pctōr obduratissime disrūpe vincula colligatiōis: agnosce blandientē tibi dn̄m: q̄ non tm̄ semel sz millies milliū ⁊ totiēs quotiēs postulaueris indulgētiam tibi confert indefesse. Tertiū qd̄ in pctīs ꝯsiderat' horrendū d̄r diuturna detētio qn̄ pctā diu retēta sunt: ita vt de illis pnīam quis differat vsq̄z ad decrepitā senectutē extremūq̄z tp̄s vite: ⁊ licz ꝑiculosum sit sic differre: posito tn̄ ꝙ aliquis excederet ānos mathusalem quos expendit in iniuriā dei: ꝓposuitq̄z in animo nunq̄ bn̄facere: cū aīa tn̄ a corpore egreditur v̄e ingemiscit ⁊ dolet: tanta est dei mīa ꝙ ei

liberalissime parcit. Vic hiero. ad paulā de dormitiōe Blesille. Secura esto o mi Blesilla. Confidim⁹ ꝓbantes vera esse q̄ dicimus nunq̄ est sera cōuersio. Vox hec ꝓmū in latrone dedicata est. Amen dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. Et idē ad Damasum papam: et ponit de pe. dist. ſ. c. Importuna. Xp̄s de cruce in paradisum etiā latronē tulit et ne q̄s aliq̄n̄ serā ꝙuersionē putaret: fecit homicidij penā martyriū. Et Julius papa. xxv. q. vj. c. Si p̄sbyter. Vera em̄ confessio in vltimo tpe potest esse: q⁹ dns nō soluz tēporis sed etiam cordis inspector est: sicut latro vni⁹momenti penitentia meruit esse in paradiso in hora vltime cōfessionis. Et Celestinus papa in. c. Agnouimus: eadem causa. x. q. ait: Pereidisset latro in cruce p̄miū ad xp̄i dexterā pendēs si illū hore vnius penitētia nō iuuisset. Cum esset in pena penituit: et p vnius confessione sermonis habitaculum paradisi eo p̄mittente p̄meruit. Vera ergo ad deū conuersio in vltimis positorum mente potius est estimanda q̄ tēpore: ꝓpheta hoc taliter asserente. Cū conuersus ingemueris: tūc saluus eris. Et ad idē facit illud dictū Cypriani in epistola. ij. ad Demetrianū. In isto mūdo manēti penitētia nulla sera est. Patet ad indulgentiam dei aditus: x querentibus atq̄ intelligentibus veritatē facilis est accessus. O āplissima mia dei: o largissima charitas summi creatoris que tanta est vt si daretur homo viator secum ferens peccata omnia q̄ diaboli commiserunt et omnes homines qui in iudicio dānabūtur: immo quot sunt in celo stelle et in mari aque gutte: in nemore frondes: et in p̄atis lilia vt de illis penitentiam faceret ac humili mēte deū exoraret p̄venia: semp audiretur benigne.

¶ Q̄ deus remittit penitentibus p̄opter mīam suā pctā sine dilatione: x de iustificatione impij ac eius conditionibus. Capitulum. iij.

Certiū mysteriū cōtēplandū circa mīam dei ōr accelerationis. Nō em̄ differt deus remittere pctā penitētibus non tps aliquod interponitur. Videt quasi sitire saltē peccatorū quibus q̄p̄mū fuerit ꝓtriti vel cōpūcti: statim eis parcit: illosq̄ iustificat: de ipsa vo peccatoris et impij iustificatione solet a doctorib⁹ dubitari maxime circa tria.

Primo circa temporis circūstātiam.
Scō circa operis excellentiam.
Tertio circa miraculi reducentiam.

¶ Primo solet dubitari circa tpis circunstantiā vtrū scilz impius iustificet in instāti: x ad hoc intelligēdū notāda sunt tria. Primū notādū ꝑm Tho. ſ. ij. q. cxij. ar. vj. q̄ iustificatio est quidaz motꝰ quo aīa mouet a deo a statu culpe in statū iustitie. Justicia aūt ōr tripliciter. Uno mō ꝑut importat rectitudinē ordinātē actū hoīs in cōparatione ad aliū singularē hoīem: x sic est iustitia particularis x virt⁹ particularis et virt⁹ cardinalis. Scō mō ōr ꝑut importat rectitudinē ordinātē actū hoīs in cōparatione ad bonū cōe multitudinis: x sic ōr iustitia legalis. Tertio mō ōr iustitia ꝑm q̄ importat rectitudinē ordinātē actū hoīs in cōparatiōe ad bonū ꝑp̄riū cū hō subijcitur deo x vires inferiores aīe subdunt rōni. Et hāc iustitiā pbs. v. Ethi. appellat metaphoricaz. Ab hac igit iustitia tertio mō sumpta sumit iustificatio passiue accepta: scilz p fieri iustū nō p̄o facere iustum: Et hoc etiā nō p modū simplicis gñationis: q⁹ sic posset cōpetere ei qui non esset in pctō dū iustitiā acciperet a deo sicut adā in p̄incipio accepit iustitiam originalē cū adhuc nō haberet pctm̄. Sz sumit ꝑut hmōi iustificatio in homine includit rōnē motꝰ de ꝛrio in cōtrariū: scilz de iniustitia ad iustitiam. Scōm notandū q̄ ad iustificationem impij cōcurrunt quattuor per ordinē. Primū est gratie infusio. Secūdū me-

tus liberi arbitrij per fidē formatam in deū. Tertiū motus liberi arbitrij in detestationē peccati. Quartū est remissio culpe. Tertiū notāduz ꝑm Rich.in.iiij. dist.xvij.ar.iiij.q.vj. ꝙ iustificatio impij quātum ad ea que sunt de eius essentia: scilz quātum ad remissionē peccatorum ⁊ gratie infusionē fit in instāti: qꝛ ꝑm gl.Act.ij.c.sup illo ꝟbo. Factꝰ est repēte de celo sonꝰ tanq̄ aduenientis spūs vehementis.Act.ij. Nescit tarda molimina spūssancti gr̄a. Scdo cōtingit dubitare de iustificatione impij circa operis excellentiaz. Utrū sit maximū opus dei: ⁊ videtur ꝙ sic. Nā in ps.cxliiij.dr: Miserationes eius sup oīa opera eiꝰ. Et eccl̄ia cātat. Deꝰ qui oīpotentiā tuaz parcēdo maxīe ⁊ miserādo manifestas. Et Aug.exponēs illud Job.xiiij. Maiora hoꝝ faciet.ait: Maius est vt ex impio iustus fiat q̄z creare celū et terram. Sed in cōtrariū arguere possumꝰ. Primo qꝛ ꝑ iustificationē impij cōsequitur aliquis gratiā vie: sed ꝑ glorificationez cōsequitur aliq̄s gratiā patrie que maior est: ergo glorificatio angeloꝝ vel hominū est maius opus q̄z impij iustificatio. Scdo arguimus qm̄ iustificatio impij ordinat̄ ad bonū particulare vnius hoīs: sed bonū vniuersale: scilz vniuersi est maius q̄z bonū vnius hoīs. vt pz in j.Ethi. ergo maius opus est creatio celi ⁊ terre q̄ iustificatio impij. Respondet sanctꝰ Tho.j.ij.vbi.s.ar.ix.ꝙ opus aliquod pōt dici magnum dupliciter. Uno modo ex parte modi agendi: et sic maximū est opus creationis in quo ex nihilo fit aliquid. Alio modo potest dici magnū aliq̄d ꝓpter eius magnitudinem qd̄ fit: ⁊ ꝑm hoc maius opus est iustificatio impij que terminatur ad bonum eternuz diuine participationis q̄ creatio celi ⁊ terre que terminat̄ ad bonum nature mutabilis. Unde August. cū dixisset ꝙ maius est vt ex impio fiat iustus ⁊c. subiūxit. Celum enim ⁊ terra trāsibit: predestinatoꝝ aūt salus ⁊ iustificatio ꝑmanebit. Ad primū aūt argumentū qd̄ infert ꝙ glorificatio angelorū et hominuz est maius opus q̄ impij iustificatio: dicēdum ꝙ aliquid dicitur magnū dupliciter. Uno modo ꝑm quātitatē absolutā: ⁊ hoc modo donum glorie est maius q̄ donū gratie iustificantis impiū. Et ꝑm hoc glorificatio iustorum est maius opus q̄ iustificatio impij. Alio modo dr aliquid magnū quātitate ꝓportionis: sicut dr mons paruus ⁊ milium magnum. Et hoc modo donū gratia iustificantis impium est maius q̄ donum glorie beatificantis iustū: qꝛ plus excedit donū gratie dignitatē impij qui erat dignus pena q̄ donum glorie dignitatem iusti: qꝛ ex hocipso ꝙ est iustificatus est dignꝰ gloria. Et ideo Augusti.vbi.s.dicit: Judicet qui potest virum maius sit iustos angelos creare q̄z impios iustificare. Certe si equalis est vtrūq̄z potētie: hoc maioris ē misericordie. Ad scdm dicendū ꝙ bonuz vniuersi est maius q̄ bonū particularis vniꝰ si accipiatur vtrūq̄z in eodem genere: sed bonuz gratie vnius est maius q̄z bonum nature totius et vniuersi. Tertio cōtingit dubitare de iustificatione peccatoris vtrū sit miraculosa. Et dicūt Richar.⁊ Tho.vbi.s.arti.x. ꝙ iustificatio impij etsi fiat per potentiā supnaturalis agētis: tn̄ miraculosa nō est loquendo ꝓprie de miraculo: eo ꝙ naturaliter aīa est gr̄e capax. Eo em̄ ipo ꝙ facta est ad imaginez dei: capax est dei ꝑ gratiā. vt Aug.dicit.xiiij.de trini. Si ꝟo deus qn̄q̄z tā vehementer aīam moueret vt statim quādā ꝑfectionē iusticie assequeretur: sicut fuit in ꝯuersione pauli: adhibita etiā exterius admirabili visione ⁊ ꝓstratione alijsq̄z circūstantijs miraculosis: tunc talis iustificatio miraculosa diceret̄. Jō cōuersio Pauli tanq̄z miraculosa in ecclesia cōmemorat̄ celebriter. Quare ꝟo deus nō concurrat semꝑ ad iusticādos impios cū similibus signis: nō interest nostra dijudicare. Nobis satis esse debet qꝛ post facinora et delicta postq̄ inueterata mala qn̄cūq̄z volue-

rimus gratiã ei⁹ ⁊ charitatẽ nobis cõciliare: semp ad vota illũ inuenietis paratũ nõ differre aiam peccatricẽ si eam cõpunctã viderit iustaz facere. Redite ergo ꝓuaricatores ad cor: et cognoscite miseriã animarũ vestrarũ. Videte periculã inferni que vobis imminẽt: cogitate clementiã: mãsuetudinẽ: pietatem: et miam oĩpotẽtis dei: ⁊ eruẽtes veterem hoiem reuertimini ad illũ ⁊ agite penitẽtiã: vt sic obtineatis gratiã in presenti ⁊ in futuro eternã gloriam. Amen.

¶ Feria.v. post dñicaz in septuagesima de complacẽtia quã habet de⁹ qñ peccatores reuertunt ad pniam. Sermo.v.

VOx dilecti pulsantis: Aperi mihi sozor mea spõsa. Iterũ vbi. ō. Excogitat creator noster deus semp hoies saluos facere: non solũ iustos: sed etiã peccatores si eorũ malicia non obsistat. Quos et si vocet cũ mia vt dictũ est in precedẽti sermone: excitat adhuc vt ad penitentiam reuertamur cũ voce complacẽtie. Ostẽdit em̃ signis manifestissimis summã habere complacentiã de cõuersione peccatoꝝ: nã nõ solũ illis pctã remittit sed adhuc copiosa beneficia illis clemẽtissime tribuit. Quã obrem in presenti sermone colligere volo qui sint effect⁹ diuine complacẽtie que sequunt penitentiam aĩe audientis vocẽ dilecti sponsi. Et notabo tres principales effectus.

Primus dicitur bonoꝝ restitutio.
Secũdus angeloꝝ letificatio.
Tertius peccatoꝝ exaltatio.

¶ Qz deus restituit peccatorib⁹ penitẽtibus ꝓpter cõplacẽtiã quã hz de illoꝝ cõuersione oĩa bona que fuerãt per peccatum mortificata. Capitulũ.ſ.

PRimus effectus qui cõsequitur ad cõuersionẽ peccatoris in quo relucet complacentia dei dicit bonoruz restitutio: ꝑm enim doctrinã theologoꝝ Rich. de media villa ar.viij. q.ij. dñi Boñ. et alioꝝ di.xiij.iij.li.parte.ij. ar.ij.q.iij. Deus restituit penitẽti opera per culpam mortificata que antea viua fuerãt. Ad qd̃ clariꝰ intelligẽdũ notanda sunt tria. Primo notãdũ ꝙ oĩa opera bona in charitate facta adueniente mortali culpa mortificant̃ ⁊ deperdunt ꝑm illud Ezech.xviij. Si auerterit se iustus a iustitia sua ⁊ fecerit iniquitatem ꝑm oẽs abominatiões quas operari solet impi⁹ nunqd̃ viuet? oẽs iustitie eius quas fecerat non recordabunt̃. Scõm notãdũ ꝙ cũ dr in scripturis deũ nõ recordari vt in prefata autoritate aut nescire. vt Mat.xxv. Nescio vos. sic est intelligendũ ꝙ nõ recordet̃ aut nesciat illos quos nõ approbat vt remuneratione dignos. Nam vt inqt dñs Boñ. in.ſ. dist.xxxix.ar.ſ.q.ij.c. Dupler est sciẽtia in deo. Una dr simplcis noticie: qt que hz rõnem cognoscẽdi a veritate que est lux summa cui nihil põt occultari: nec etiam tenebre obscurãtur ab ipsa. Ideo de necessitate cognoscit oĩa bona ⁊ mala in quẽ nulla cadit ignorãtia. Alia vocatur sciẽtia approbationis vt dicat̃ scire aliquid qñ illud approbat et nescire cũ reprobat. Sic etiã nõ recordari dicitur: nõ ꝙ obliuio cadat in eo: sed qz nõ recordatur maloꝝ que qs fecit ⁊ de illis penituit vt ea puniat: nec recordat̃ bonorum que qs fecit ⁊ per peccatũ ab illis cecidit vt ea remuneret. Tertiũ notandũ ꝙ si qs ante peccatum ꝓpter bona per eum in charitate facta meruisset esse de secundo aut de tertio vel de vltimo ordine angelorum: ⁊ postea peccato adueniente tale meritum perdidisset ⁊ talis ad penitẽtiam rediret: reuiuiscũt ei bona preterita que fuerũt mortificata eo ꝙ in tali statu meriti est in qd̃ erat anteꝙ caderet: vtputa si erat in merito perueniẽdi ad secũdum ordinẽ beatoꝝ ad penitẽtiam veniẽs in tali merito se reciperet: ⁊ sic de oĩbus gradibus beatitudinis. Qd̃ expresse saluator noster innuit in parabola de filio prodigo Luc. xv. Quẽ cum vidisset pater seminudum

vestes laceratas habētem ⁊ discalciatū idest propter suā culpam priuatum merito precedenti: dixit ad seruos suos. Cito ꝓferte stolam primā ⁊ induite illum: ⁊ date anulū in manu eius: ⁊ calciamēta in pedes: per que oīa precedēs meritum deperditū per peccatum bonitate dei penitētibus restitutū verissime intelligitur. Sed contra hoc nonnulli arguūt ꝙ quoddā Hugonis dictū. Nemo inquit in spe correctiōis peccare debet: qz qđ semel amittit ipsum amplius nō recuperat. Ad hoc respōdet Bona. dist. xiiij. iiij. li. vbi. s. ꝙ dictū Hugonis intelligit de illo opere bono qđ homo potuisset facere vel fecisset illo tēpore quo peccauit: quo quidē nō recuperabitur: qz si alio tēpore velit facere qđ omisit perdit opus qđ deberet facere pro illo tēpore. Et si adhuc instet per illud qđ Hiero. ait in. c. quicūqz. di. l. Reuerti in pristinum gradū difficile est. Possumus respōdere ꝙ Hiero. loquit ibi de gradu tēporalis dignitatis: aut spiritualis et ecclesiastice: sicut patet in verbis eius: et in plerisqz capitulis precedētibus et consequētibus. Nos autē loquimur de statu eterne salutis ⁊ merito triumphātis ecclesie.

¶ Qz deus facit angelos letari in cōuersione peccatorū: ⁊ de augmento gaudij in angelis beatis. Capitulum. ij.

Secūdus effectus qui consequitur conuersionē peccatricis aīe in quo relucet cōplacētia dei ꝺr angelorū letificatio. Facit vtiqz deus angelos oēs iubilare et exultare cū peccator cōuertitur ad penitētiam. Vñ Luc. xv. dicit verbo xpi. Gaudiū est angelis dei sup vno peccatore penitentiam agente. Ad qđ intelligendū notandū ꝫm Bon. dist. xxj. ij. libri. ar. ij. q. ij. c. ꝙ gaudium angelorum crescit. pōt intelligi duplicater. Aut extēsiue aut intēsiue. Extensiue dicit crescere qñ quis de pluribus gaudet. Intēsiue vo quando affectus eiꝰ de aliquo copiosiꝰ gaudet. Si ergo loquamur de cremēto gaudij ꝫm primum modum sic verū est: et doctores cōiter sentiunt ꝙ ipsis beatis angelis accrescat gaudiū ex salute peccatoz: qz de pluribus gaudēt ꝫm ꝙ plures salnātur. Si aūt loquamur de cremēto gaudij quātum ad intensionē: sic est distinguendū. Nam gaudiū duplex est. Quoddam est gaudium in quo consistit premiū substantiale: ⁊ illud est gaudiū de bono increato: qđ angelus habet de deo: et est in deo. Est iterū gaudium quoddā accidētale: ⁊ illud est gaudium qđ angelus habet de bono creato siue proprio siue alieno. De huius vo gaudij augmento tripler fuit opinio. ¶ Prima eorum qui dixerunt ꝙ in angelis beatis accrescit vtrūqz gaudium intensiue: qz nondum sunt perfecte beati q̄uis sint confirmati in gratia. Sed hec opinio falsa est: qm̄ perfecta beatitudo in visione consistit diuine essentie. ⁊ Matth. xviij. dicitur: Angeli eoz semper vidēt faciem patris mei qui in celis est. ¶ Secūda opinio fuit eoz qui dixerūt ꝙ neutrū gaudium crescat in angelis intēsiue: sed solum extēsiue: sicut charitas eoz non est maior ꝙ fuit ab initio q̄uis plures nūc diligant ꝙ tunc. Sed istud non videt probabile: qz si angelis accrescit materia gaudij: accrescit ⁊ ipsum gaudium. ¶ Tertia opinio catholica et secura est eoz qui tenēt ꝙ in angelis nullo modo accrescit gaudiū in quo cōsistit premium essentiale. qz quātū ad illud perfecte sunt beati. Sed gaudiū in quo cōsistit premiū accidentale: accrescere pōt nō solū extēsiue: verūetiā intēsiue ⁊ ratione boni ꝓpij: ⁊ rōne boni cōiuncti: qz ministrādo alijs bona opera faciunt in quibus premiū accidētale merentur: ⁊ qz etiā cōiues suos ad beatitudinem perducūt sup quibus congratulantur. O ꝙvigilāter itaqz atqz sollicite debēt curare peccatores miseri de suis peccatis priam facere quos expectāt oēs angelici chori quos inuitāt angeli ad paradisj delitias. Venite inquiunt pecca-

tores fetidi: venite ad possidendū ciuitatē omnium bonoꝝ vbertate re ertissimam. Uenite per sanctam pnīam ad cenā magni dei. Quid queritis male operando cum tenebrarū principe: quid cū cōmercio demonū quale premiū de peccatis ⁊ malis cōmissis expectare potestis. Stipendia (inq̄t apl's) pctī mors est. Roma. vj. Nostra sit vobis grata societas vt simul conuiuamus in felicissimo regno dei. O pctōres duri: o peccatores obstinati: vos expectam⁹ vt agatis penitentiam: que tm̄ placet deo nostro vt ⁊ nos velit etiā in vestra cōuersione letissimos fieri atq̄ iocūdos.

¶ Qꝛ deus etiā in ecclesia militāti exaltat et sublimat ad dignitates spūales pctōres si reuertant̄ ad pnīam. Cap̄. iij.

Tertius effectus qui cōsequitur cōuersionem peccatoris dicit̄ peccatoꝝ exaltatio. Uoluit quidem deus ostendere q̄gratum sibi est cuꝫ peccatores ad penitentiā cōuertunt̄ eos mirū in moduꝫ sublimādo ⁊ exaltando in vtraq̄ ecclesia militāte: scꝫ ⁊ triūphante. Et licꝫ ꝟm rigorē discipline quādoq̄ factum sit vt ab ecclesiasticis dignitatibus propter crimina nonnulli caderēt ad quas etiā post peractam penitentiam non liceret redire: vt scribitur. l. dist. c. vti cōstitueretur. ⁊. c. si lapsis. ⁊. c. qui semel. et. c. presbyterū. ⁊. c. miror. ⁊. c. clericum. ⁊. c. clerico. ⁊. c. si ep̄s. Uerūtamen hoc nō d̄r ex desperatiōe indulgētie. Quinimmo inuenti sunt q̄plures qui post lapsum per penitentiā restituti sunt ad spūales ordīes ⁊ ecclesiasticas dignitates. Fuit princeps apostoloꝝ Petrus restitutus per pnīam ad apostolatū ⁊ principatuꝫ apl'oꝝ nō obstante precedēti pctō. sicut scribit̄. l. dist. c. pōderet. ⁊. c. considerandum. ⁊. c. fidelior. In. c. v̄o si post ordinationē. §. ecōtra. Alia peccatorum penitentium inducūtur exempla. Dicitur em̄ ibi sic. Maria soror Aaron post q̄ lepra percussa est: qꝛ in Moysen murmurauerat acta penitētia a peccato mūdata est: ⁊ pristinā gratiā ꝓphetandi recepit Aaron post cōflatum vitulū in summum sacerdotē consecratus est. Dauid post adulteriū ⁊ homicidiū ꝓphetie spiritum recepit ⁊ in ꝓprio gradu permāsit. Achab quoq̄ post mortē Naboth viri sanctissimi per penitentiā humiliat⁹ in regia sede remāsit. Et vt preteream⁹ multa exēpla veteris testamenti. Petr⁹ negauit xp̄m ⁊ postea princeps apl'orū factus est. Paulus Stephanuꝫ lapidauit: ⁊ tn̄ a deo in apostolum est electus. Multi quoq̄ ab heresi ad vnitatem fidei catholice reuertētes in suis ordinibus sunt recepti. Alij v̄o ad ep̄alez etiā gradū sunt ꝓmoti: vtpote Augu. ⁊ alij plurimi. hec ibi. Uerūtn̄ inter oēs peccatores ꝑ penitentiā restitutos ad precedētes gradus siue ad alios aliquos de nouo eis collatos efficaciorem nobis fiduciā ⁊ animū prestāt tres illi nequissimi viri. Paulus suꝑbissimus. Dauid luxuriosissimus. Mattheus v̄o cupidissimus ⁊ auarus. Hoꝝ tn̄ voces magis q̄ alioꝝ voluit spirissanctus in ecclesia resonare. Licꝫ em̄ scripserint euangelia: Johānes Lucas ⁊ Marcus: tn̄ frequētius legitur euangeliū ꝟm Mattheuꝫ. Et licꝫ inueniant̄ psal. alioꝝ multorum non solum illi quos Dauid cecinit: tn̄ eccl'ia psalmos Dauid sepi⁹ decātat. Lꝫ etiam Petrus Jacobus et Johannes: ac Judas Thadeus suas ep̄las canonicas scripserint: tn̄ epistole Pauli magis in diuinis officijs habentur in vsu. Qd̄ iō factū esse credēdum est vt oēs percipiāt q̄chara deo sit cōuersio peccatorū quos tam sublimiter per penitentiā in ecclesia sua dignatus est exaltare. Quāta autē erit talium in regno celoꝝ gloria a redēptore mūdi dictū est Matth. xxj. Meretrices inquit ⁊ publicani precedent vos in regno celorū. Et hoc exēplo monstratum est in Thaide meretrice pulcherrima et formosa que post q̄ multorum animas illaqueauerat: dedissetq̄ multis occasionē seipsos interficiendi; accedēte ad eam Panutio san-

ctissimo viro ꝯtritionē ⁊ cōpūctionem suoꝝ scelerū habuit adustisq; oībus vanitatib⁹ in platea publica: vt daret exēplum his cū quib⁹ peccauerit: in cellula quadā paruula se inclusit in qua per fenestrā paululū panis ⁊ aque q̄b⁹ sustētaret die qualibet accipiebat. Cū ergo trib⁹ annis fuisset inclusa ꝓfectus Panuti⁹ ad abbatē Antoniū cui multa reuelabant a deo vt ab eo inq̄reret si ei de⁹ sua pctā remisisset. Narrata cā sanctus Antoni⁹ cōuocatis discipulis p̄cepit vt illa nocte orarēt: statimq; abbas Paulus maior discipul⁹ Antonij vidit in celis lectū speciosis ac p̄ciosis vestib⁹ ornatū: quē tres virgines sacre: facie clara custodiebāt. Cūq; Paulus diceret gl'iam illā esse Antonij: audiuit vocē dicētē sibi. Nō ē Antonij: sz Thaidis meretricis. Qd cuz mane audisset Panutius cū gaudio discessit: ⁊ cū illā eduxisset de cella: quindecim dies supuixit: post quos meretrix penitēs q̄euit in dn̄o. Audiuimus igit ex trib⁹ effectibus enarratis ꝙ summa est in deo cōplacētia vt peccatores reuertant ad illum: ⁊ tn̄ cū ip̄e hac voce melliflua incitet oēs: nescio vnde fiat nisi ex humani cordis duricia vt nō audiat: O infelix anima peccatrix. O seua īmanis ⁊ crudelior omni belua: desine iam malefacere: impone finem delictis tuis: quere dn̄m deum tuum dum inueniri potest: vt accipias ab eo gr̄am in presenti: ⁊ in futuro ꝑpetuā gloriā. Amen.

¶ Feria sexta post dominicā in septuagesima de īflāmato ⁊ ardētissimo amore dei quē ip̄e clemētissim⁹ pr̄ pctōrib⁹ exhibet ⁊ ostendit vt illos ad se trahat ac reuocet ⁊ inducat ad penitentiam.

Sermo.vj.

Amore langueo

Habent hec verba in persona xp̄i: dei ⁊ hominis salutem peccatoꝝ sitiētis originaliter Cant.v.c. Si cogitarēt excecati peccatores quāta dilectione complectitur illos pijssimus de⁹ ꝓfecto omni studio ⁊ vigilantia deposita delictorū sarcina ad diligentē se ꝓperarēt. Neq; em̄ inueniri quispiā pōt nō pater: non mater: nō frater: nō soror: nō filia: non fili⁹: nō deniq; domesticus q̄libet amicus siue ꝓpinquus q̄ tātū diligat eos quātū amat ip̄e mitissimus pater celestis. Qꝛ ꝯsiderans Hugo in lib. de arra spōse sic alloquit animam peccatricē. Sponsum habes ⁊ nescis pulcherrimū omniū ⁊ faciē eius nō vidisti. Ille te vidit: qꝛ nisi te vidisset nō te diligeret. Noluit adhuc seip̄m tibi p̄sentare: sed munera misit. arrā dedit pign⁹ amoris. hec ille. Est vtiq; anime legitimus ⁊ immaculatus spōsus de⁹ dei filius q̄ in cruce exaltatus clamat grāde ⁊ amorosa voce: dicitq; aīe ꝓpter pctā pereūti ⁊ ad īferna currēti: illud Hiere. ij.c. Tu aūt fornicata es cū amatoribus multis: tn̄ reuertere ad me: ⁊ ego suscipiā te. Quidnā dulcius: quid suauius: quidve clemētius pōt audiri? Ostendit nēpe multis diuersisq; modis rex regū regū de⁹ noster ꝙ hoīem diligit: eiusq; salutē etiā post peccata ⁊ nefanda facinora ardentissime sitit. Quapropter vt euigilēt somnolēti peccatores ⁊ expergiscantur ad vocem beniuolentie summi dei in presenti sermone dei amore quē deus peccatoribus exhibet: nōnulla erūt vidēda: vt verificet in corde omniū qd dictū est in themate in persona illius: qꝛ scz amore langueo. In quibus verbis de amore illo tria mysteria principaliter proponimus declarāda,

Primum de ipsius veritate.
Scd̄m de eius voluntate.
Tertium de eius copiositate.

¶ Qualiter deus ex amore malis ⁊ peccatorib⁹ copiosissima bn̄ficia sua larg t ⁊ q̄d est amor siue dilectio dei. Cap̄m.j.

Primū mysteriū declarandū de amore quo deus peccatores diligit d̄r veritatis. Nam possent nō immerito aliqui dubitare An verū sit ꝙ deus peccato-

res diligat. Qm̃ si diceret ꝙ sic: statim occurrerẽt dicta scripture sacre quibus insinuari videt contrariũ. Unde in persona dei Prouerb. viij. ôr: Ego diligentes me diligo. Et Job. xxxv. c. xps dicit: Qui diligit me diliget a patre meo et ego diligã eum: sed peccatores non diligunt deũ: ergo deus nõ diligit illos. Et Eccl. xij. sapiẽs inquit: Altissimus odio habet peccatores. Et Judicũ. v. scribit: Deus peccatoꝝ odit iniquitatẽ. Et Augu. xij. de ciui. dei. c. iij. ita asserit. Dicuntur in scripturis inimici dei qui nõ natura sed vitijs: aduersant eis imperio: nihil ei nocere valẽtes: sed sibi. Inimici em̃ sunt resistẽdi volũtate: nõ potestate ledẽdi. ⁊ Aug. in lib. de pnĩa refert: qõ etiã ponit de peni. di. iij. in. c. sunt plures. Scio dm̃ inimicũ om̃i criminoso. Et Dauid in ps. xxx. ad deuꝝ sic loquit. Odisti oẽs obseruãtes vanitates: idest pctã. Et Sapiẽtie. xiij. c. similiter dicit Sunt deo odio impius et impietates eius. Si itaq; inter deum ⁊ peccatores est inimicitia ⁊ odium: ergo deest amor qm̃ simul ista stare nõ possunt. Sed cõtra est dictũ sapientis. Sap. xj. qui deo dicit: Diligis oĩa que sunt: ⁊ nihil eorũ odisti que fecisti. Pro hui⁹ dubij declaratione notanda est sentẽtia dñi Boñ. dist. xxij. iij. li. q. ij. que talis est: ꝙ deus non dicitur creaturam diligere ratione affectionis animi: sed rõne cõicationis alicuius boni. Jta ꝙ dilectio dei ôr potius esse dilectio effectus q̃ affectus. Cõicatio aũt bonitatis diuine si attendat quãtũ ad effectũ gratie nõ se extendit ad pctõres: ideo ꝓpter huius boni subtractionẽ ôr illos odire. Et sic intelligunt autoritates superius allegate. Sed cõicatio alioꝝ bñficioꝝ ⁊ bonis ⁊ malis eadẽ est: ob qõ ⁊ malos etiã diligit nõ vt malos sed sua illis bñficia tribuens vt boni fiãt. Sũt aũt inter cetera tria bñficia pctõribus a deo collata.

Primum creationis.
Scõm gubernationis.
Tertium sociationis.

¶ Primum beneficium qõ deus pctõribus cõfert er dilectione ⁊ amore dicit creationis. Quisnã estimat quantũ bonũ est esse i numero creaturarũ nõ quarũcunq; sed rõnabiliũ. Nullo qdẽ pcio emi posset vnus er oculis vel alijs mẽbris nr̃is: multo magis nec aliqua potentia aĩe. Et quis est qui dedit aĩam cum potẽtijs: ⁊ corpus tã bonis q̃ malis nisi deus. Et cur dedit nisi ex mera charitate ⁊ liberalitate sua. Hoc est qõ Lact. in. ij. li. di. insti. ait: Deus veri patris officio functus est: ipe corpus effinxit: ipse aĩam qua spiramus infudit. Illius est totũ quicq̃d sumus. Et Ber. in ser. Parũ ne tibi videt o hõ cogita qualem te fecit. Nẽpe fm̃ corpus egregiaꝝ creaturã fm̃ aĩam magis imagine creatoris insignem: rationis participẽ: beatitudinis eterne capacẽ. Porro ambo sibi coherere fecit artificio incomprehẽsibili ⁊ sapiẽtia inuestigabili. Nec hoc ante promeruit qui ante non fuit: nec spes retributionis fuit: qm̃ bonoruꝝ nostrorum non eget. hec ille. Sed qui non recte de deo sentiunt de eius beneficijs ingratissimi conqueruntur: dicũt etem̃ ꝙ ls magnum bonum sit esse qõ p creationem peccatores acceperunt a deo: tamen cũ deus prescierit eos futuros malos atq; damnandos cur illos creauit. Quibus sic respondet Aug. ij. li. de ciui. dei. c. xvij. Neq; enim deus vllũ nõ dico angeloꝝ: sed vel hominum crearet quem malum futuruꝝ esse prescisset: nisi pariter nosset quibus eos bonorum vsibus commodaret: atq; ita ordinem seculorum tanq̃ pulcherrimum carmẽ etiam ex quibusdã quasi antithetis honestaret. Antitheta enim que appellãtur in ornamentis elocutionis sunt decentissima que latine appellantur oppositа: vel quod expressius dicitur contrapositа. Non enim est apud nos huius vocabuli cõsuetudo: cum tamẽ eisdem ornamentis elocutionis etiam sermo latinus vtatur: immo lingue ofum gentium hijs antitheris, ⁊ Paulus apo

stolus in scda epla ad Corinth. illū locū suauiter explicat vbi di. Per arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris. Per gloriā ⁊ ignobilitatē: ꝑ infamiā ⁊ bonam famā: vt seductores ⁊ veraces: vt q̄ ignoramur et cognoscimur: quasi moriētes ⁊ ecce viuimus: vt tentati ⁊ nō mortificati vt tristes: semꝑ autē gaudētes: sicut egentes multos aūt locupletātes: tanq̄ nihil habētes ⁊ oīa possidētes. Sicut ergo ista ꝯtraria contrarijs opposita: sermonis pulchritudinem reddūt: ita quadā nō verboꝝ sed rerū eloquētia: ꝯtrarioꝝ oppositiōe seculi pulchritudo cōponitur. hec Aug. Et si adhuc arguerent impij et maligni ꝙ ꝟm Aug. verba videretur quasi necessariū fore vt aliq̄ mali essent vt sic seculi pulchritudo perficeretur. Ego dico ꝙ licz deus ꝟm Aug. in lib. de libe. arbi. nouerit ex quocūq̄ malo bonū elicere: tñ si nullus vnq̄ peccasset siue angelꝰ siue homo: adhuc vniuersuz perfectū esset: nihilq̄ quod ad eius ornatū spectaret sine decore inueniret diminutuz: neq̄ propterea culpādus est sapiētissimus artifex deus qui creauit illos qui dānari debebāt qm̄ non propterea dānātur quia sunt creati: sed qm̄ post creationē sua volūtate facti sunt mali. Quinimmo in hoc maxime relucet immēsa bonitas dei ꝙ tam grāde beneficiū conferre dignatus est etiā illis quos prescibat futuros īgratos ⁊ malos. Secundū beneficiuz qd̄ deus peccatoribꝰ confert ex dilectione ⁊ amore d̄r gubernationis. Indiget eq̄dē homo auxilio oīm creaturarū celi scilz ⁊ terre celestiū inferiorūq̄ corporꝝ sine quibus viuere minime posset. Omnia tñ ista dei sunt de quo in ps. xxiij. d̄r. Dñi est terra ⁊ plenitudo eius orbis terrarū et vniuersi q̄ habitant in eo. Nihilominus ex clemētia largiflua et affluētissima sua libere donat fructū hoꝝ oīm etiā impijs ⁊ malis. Inde Hugo in lib. de arra sponse. ait: Respice vniuersum mūdū istum et cōsidera si aliq̄d in eo sit qd̄ tibi nō seruiat. Oīs natura ad hunc finē dirigit cursum suū vt obsequijs tuis famulet: ⁊ vtilitati deseruiat: tuisq̄ oblectamētis pariter ⁊ necessitatibꝰ ꝟm affluētiā indeficiētē occurrat. Hoc celū hoc terra hoc mare hoc aer: cū his q̄ sunt ī eis vniuersis explere nō cessant. hec ille. Et xp̄s in euāgelio Mat. v. ait: Pluit sup iustos ⁊ iniustos: ⁊ solē suū oriri facit sup bonos ⁊ malos. Tertiū bñficiū qd̄ deus erogat ⁊ largitur ex dilectione et amore ipis peccatoribus dicitur sociatiōis: magnū quippe donū est vt vnusquisq̄ habeat sociū angelū. Hinc magister sentētiarū di. xj. scdi libri allegat Hiero. sup Mat. sic dicēs. Magna dignitas animaruz vt vnaqueq̄ ab ortu natiuitatis sue in sui profectū et custodiam habeat angelum specialiter delegatuz. Ex qua autoritate ꝟm doctores theologie colligūtur tria catholica documēta. Primū documentū ꝟm Alexā. de ales in. ij. volumine summe. ⁊ Archidia. canonista sup. c. firmissime. de cōse. dist. iiij. ꝙ duplex est hoīs natiuitas: scz in vtero ⁊ ex vtero. Prima est qñ anima creat simul ⁊ infunditur corpori. Scda ꝟo qñ exit de ventre matris. Angelus aūt deputat homini a prima natiuitate: scz in vtero. Rō aūt quare nō debeat ante infusionē aīe angelus deputari ad custodiā corporis: ꝟm Bona. in. ij. di. xj. in declaratiōe littere est: qꝛ illa custodia principalius respicit spiritū q̄ corpus. Et ideo non debet specialiter angelum ad suam custodiā habere anteq̄ spiritꝰ infundat. Non debet etiā differri vltra aīe infusionē: qꝛ extūc defendere potest et adiuuare. Utrum autem q̄diu paruulus caret rationis vsu aliquē occultū effectū habeat custodiā angeli quātum ad habitationē ⁊ directionē in bonum: assignare est difficile: sed negare non est tutum. Secundū documentum est ꝙ angelus beatus ꝓpter custodiaz hominis non est homine inferior viatore neq̄ indignior cum id fiat ex dulcedine summi dei. Tertium documētum est

ꝙ angelus non deserit obstinatum in peccatis vsq; ad mortem. Ratio est ꝑm Boñ. qꝛ pronior est bonus angelus ad iuuandũ q̃ malus ad perdendũ. Si ergo malus angelus nõ derelinquit vsq; ad mortẽ hominẽ etiã quãtumcũq; sanctũ: nec bonus hoĩem quãtumcũq; sceleratũ dimittit vsq; in finẽ. Sed cõtra hoc instant nõnulli. qm̃ glo. super illud Hiere. lj. Curauimus babylonem ⁊ nõ est curata: derelinquamus eã. ait: Medici sunt angeli quos a nobis repellimus dũ eoꝝ consilio nõ acquiescimus. Itẽ Damascenus dicit ꝙ antixp̃s carebit angelico presidio. Ex quibus colligi posse videt ꝙ angelus qñq; subtrahit ab homine ꝓpter pctã custodie beneficiũ. Rñdet ad hoc dñs Boñ. vbi. s. ꝙ cõiter tenetur a docto. sacre scripture ꝙ angelus nõ oĩno deserit obstinatos q̃diu sunt viatores: nec tñ a deo diligẽter custodit sicut bonos aut mediocriter malos. Jõ cõiter dr̃ ꝙ quodãmodo deserit ⁊ quodãmodo semper custodit. Explicatio aũt huius diuersimode põt fieri. Nã aliquẽ custodiri ab angelo põt dupliciter intelligi vel ꝑm habitum vel ꝑm actum. Voluerũt ergo aliqui dicere ꝙ angelus obstinatũ ꝑm actum custodiẽdi relinq̃t ꝓ eo ꝙ ipse custodiẽti angelo non obedit: immo contra monitamentem obfirmauit. Quantum v̄o ad habitũ nõ deserit: qꝛ semꝑ prõptus est ei subuenire ⁊ quõ ipsum ad viã veritatis videat inclinari. Sed hic modus dicendi nõ sufficit: qꝛ nullus est a deo malus ⁊ ꝑuersus q̃n angelus bonus possit ei aliqd̃ bñficiũ custodiẽdo largiri. Ergo si semꝑ est ei prõptus facere bonũ videt ꝙ nũq̃ subtrahat oẽm actuꝫ. Et iõ est scd̃s modus dicendi. s. ꝙ duplex est custodie angelice actus. Unꝰ respectu corporis: alter respectu spũs. Unus cõsistit in repulsione hostis ne opprimat corpora: alter arcendo ip̃m ne ꝑuertat aĩas. Primi actus efficacia est in angelo: scd̃i v̄o nõ solũ est in angelo: sed etiã in nobis. Quãtũ ad primũ actum bonꝰ angelus hoĩem vsq; ad mortẽ nõ derelinq̃t: qꝛ nõ patit ipsum a demone opprimi vel occidi: nisi qñ aliter exigit fieri snĩa diuini iudicij. Quantũ v̄o ad secundũ actũ: qꝛ illius efficacia nõ tm̃ est in angelo: sed etiaꝫ in nobis: subtrahit custodie bñficiũ ab his circa q̃s videt se frustra exerceri. vtpote ab excecatis et obstinatis: qui nec recipiunt instructionem nec exhortationẽ. Sed cũ custodia magis respiciat aĩam q̃ corpus: adhuc nõ videtur oĩno probabile ꝙ angelus oẽm actuꝫ custodie subtrahat respectu anime. Et ideo adhuc est tertiꝰ modus dicẽdi probabilior istis. s. ꝙ effectus angelice custodie est respectu boni ⁊ mali respectu boni cõseruãdi vel acquirendi vel augẽdi: respectu v̄o mali discernẽdi vel euitandi vel diminuendi. Bonus ergo angelus obstinatos nõ deserit quãtum ad actum custodie qui respicit malum: qꝛ semper retrahit hoĩes ne labantur in peius. Quantum v̄o ad actum q̃ respicit bonũ obstinatos deserit ⁊ antichristum nõ custodiet. Hec Boñ. Cõsidera nunc aĩa peccatrix quanta fecit tibi deus: ⁊ cuꝫ admiratiõe dic ei illud Job vij. Quid est hõ qꝛ magnificas euꝫ: aut filius hominis: qꝛ reputas eũ: ⁊ quare apponis erga eũ cor tuũ? Cur o magne deus creare voluisti hoĩem paulominꝰ ab angelis minoratuꝫ q̃buslibet alijs a te creatis cõditisq; naturis excellentiorem: imagine tua decoratũ: p̃dotatũq; insignibus potentijs aĩe rõnalis quem presciebas tibi futurũ rebellẽ atq; contrariuꝫ? Cur tot bñficia innumera creaturarũ tuarũ p̃stas his qui te fugiunt: qui te despiciũt: qui te cõtẽnunt. Grandis ꝓfecto numerus est eoꝝ qui te dereliquerunt venã aquarũ viuentiũ. Dereliquerunt inquã te ⁊ auerterunt se a te qui es via recta oẽs infideles idolatre: iudei: heretici: scismatici: ⁊ xp̃iani diabolicis operibꝰ seruiẽtes: excõicati sacrilegi: ꝓditores seditiosi: iracũdi: odiosi: crudeles: d̃tractores: murmuratores: bilĩgues: falsarij: susurrões: ꝑiuri: decepto

res:mendaces:cupidi:raptores:fures: vsurarij:sortilegi:malefici: incantatores:elati:superbi:hypocrite:ambitiosi: arrogātes inanis glorie:cupidi:gulosi: blasphemi:luxores:fornicatores:adulteri:sodomite:ꝛ alijs sceleribus nefandissimis inuoluti. Et tñ tu deus meus imperasti terre vt sustineret illos: produceretq; fructib⁹ quibus sustentare se possent. Jussisti soli ꝛ lune ꝛ stellis vt suos motus exercerēt ad illoꝝ vtilitatem mādatiq; oībus q̄ in celis terrisq; reperiunt vt se cōicent prenominatis inimicis tuis. Cur insup ꝛ angelos cū talibus conuiuere etiam vsq; ad mortē ad illoꝝ custodiā disposuisti? Cur ita blandiris tu deus iustus ꝛ rectus pctōribus ꝛ iniqs O pectora dura:o ferreos mentes: o saxea ꝛ adamātina corda eoꝝ q̄ intelligere nolunt q̄ dum fit amor dei etiam ad pctōres q̄b⁹ vt tactus est bñficia sua gratiosissime impartiri: vt sic occasionē habeāt cōfidēter ad illū redire.

¶ Qualiter deus quātū de se est vellet oēs pctōres esse saluos:ꝛ q̄re si sic vult nō oēs saluantur. Capīm.ij.

Secūdū mysteriū declarāduꝫ de amore quo deus pctōres diligit ō: eius volūtate. Vellet em̄ deus ex charitate sua oēs hoīes nō solum bonos:sed etiā malos saluos fieri:ꝑm illud apli.j. Tim̄.ij. Oēs hoīes vult saluos fieri ꝛ ad agnitionē veritatis venire. Veruntñ ex hoc apli dicto ꝓplexa poterit esse: dubiaq; mens nō multū rectēq; intelligētium. Nā si deus vult hoīes saluos fieri:ergo oēs hoīes saluabunt. Quia vt inq̄t ps. cxiij. Omnia quecq; voluit dñs fecit in celo ꝛ in terra:in mari ꝛ in oībus abyssis:sed nō oēs hoīes saluabunt: igitur nō vult deus oēs hoīes saluos fieri. Soluit hec difficultas per doctores sacros qui apli autoritatem tripliciter exponere solent. Prima expositio est Augustini quaꝫ inducit magister in ter.di. xlvj.primi libri:qō dictū apli pōt intelligi vt in eo sit distributio accōmoda:sicut cum dicimus:oēs hō timet in mari: ꝑm cōem modū loquēdi intelligēdum est qui est in mari. Similiter si dicatur magister iste docet oēs pueros huius ciuitatis:intelligit̄ q̄ docet eos qui addiscunt:nullus em̄ docet nisi per ipsum. Sic in ꝓposito pōt esse sensus:q̄ deus vult saluos fieri oēs hoīes qui saluant̄ q: nullus saluat̄ nisi velit deus. Scōa expositio est magistri in textu qui dicit q̄ ibi est distributio ꝑ generibus singuloꝝ ꝛ nō ꝑ singulis generū:sicut cū ō: Omne aīal fuit in arca noe:q: de oībus generibus aīalium fuerunt ibi aliqua indiuidua. Et sic deus de omni genere vult aliquos saluari:de grecis: de latinis:de iudeis:de prelatis:de subditis: ꝛ de alijs. Tertia expositio est ꝑm Job. damascenum dicentē:q̄ deus vult oēs hoīes saluos fieri volūtate antecedēte nō cōsequente. Volūtas aūt antecedēs ꝑm eūdē reliquosq; theologos est qua quis vult aliquid absolute quantū in se est. Voluntas ō cōsequens est qua quis vult aliquid cōsideratis circūstantijs. Voluntas ergo antecedens in deo est volūtas respectu eius ꝓpter q̄d deꝰ hoīem facit ꝛ est irrefragabiliter bonorum. Voluntas cōsequēs est qua vult aliqua ꝑm prescientiā meritoꝝ: nō que sequitur merita. Prima.s. antecedens ō: a magistris voluntas conditionalis siue voluntas qua deus vult quantum in se est. Scōa aūt.s. cōsequēs ō: absoluta. Differētia aūt inter hanc volūtatē ꝛ illā nō est ꝑm diuersitatē affectionis siue modi volendi qui sit in deo:sed ꝑm rōnem connotandi ꝛ intelligendi put em̄ deus ō: velle oīm salutē quantū in se est:ꝛ antecedenter cōnotat̄ in oībus hoībus ordinabilitas ad salutē: tuꝫ ex parte nature date:tum ex parte gratie oblate. Dedit enim deus naturam ꝑm quā possent hoīes cognoscere illuꝫ:ꝛ cognitum querere:ꝛ quesitū inuenire: ac inuento inherere:ꝛ per hoc salutē obtinere. Gratiam similiter obtulit dum filiū misit:cuius meritū oīm saluti suffi

ait. Leges ⁊ mādata salutis tribuit et ostendit. Ipse etiā presto est oībus inq̄rentibus ⁊ inuocātibus eū. Uelle ergo hoīem antecedenter saluare est ordinatuz ad salutē facere ⁊ saluari volēti nō deesse. Uñ velle antecedēter saluare nō cōnotat salutē: sed ordinabilitatē ad salutem. Uelle aūt cōsequenter siue absolute saluare: est velle dare salutē ei quē prescit ad salutē peruēturū per suū auxiliū ⁊ gratiā: cōnotat salutis euentuz. Et sic nō est dicere ꝙ deus velit oēs homines saluos fieri. Et hec tertia expositio magis efficax est ad clare intelligenda apli verba. Ex q̄bus elicit ꝙ amoto sus deus nec ī minimo deest ad succurrendū: subueniendū: fauendūq̄ pctōribus vt saluent. Qui si non saluant ipsi soli sunt accusandi meritoq̄ reprehendendi qui bibere noluerunt aquā fontis indeficientis amoris diuini.

¶ Qualiter deus ostendit amorem suū peccatoribus illos supportando vocando ⁊ offerendo filium suum vnigenitū ac sanguinem eius. Capīm. ij.

Tertiū mysteriū cōtēplādum de amore quo deus pctōres diligit ōr de ipsius copiosita te. Nā preterea q̄ dicta sunt in primo ⁊ scō mysteriis precedentib⁹ inuenio adhuc p̄cipue tria signa exuimētia copiosissimū amplissimūq̄ amorem diuinum erga pctōz salutem.

Primum ōr supportatio.
Secundum vocatio.
Tertium oblatio.

¶ Primū signum ōr supportatio. Supportat eq̄dem deus ⁊ expectat patiēter pctōres qui post cōmissa pctā iuste meritoq̄ puniri possent. Oīs em̄ qui peccatum facit ⁊ mortaliter peccat: meretur subito priuari q̄buslibet beneficijs corporalibus: ꝛpalibus: ⁊ spūalibus. Meref adhuc descēdere viuēs ad infernū. Et quid est ꝙ deus hunc rigorē iusticie contra peccatores non exercet: quinimo differt vltionem nō solum per dies sed per mēses ⁊ annos. O quot reperiūtur in hac mortali vita: qui per decem aut viginti aut triginta aut plures annos semper in peccatis dormierūt: ⁊ tñ illos non exterminauit deus. An forte putamus id factum esse: q⁹ sibi peccata non disp icent: vel q⁹ iniustus illa punire negligit: vel q⁹ ignorans illa non videt: aut impotens factus illa vindicare non valet? Absit vt ista cogitemus de deo magno ⁊ immortali: qui optimus abominatur omne malus: iustusq̄ nullum relinquit impunitum: sapiens oīa videt: omnia nouit: omnia perscrutat: cuius potentie nulla creatura resistere possit. Cur ergo tamdiu punire peccata dissimulat: nisi q⁹ languet amore. Hinc est ꝙ Petrus. ij. epla. c. iij. ait: Dñs patienter agit nolens aliquos perire: sed oēs ad penitentiā reuerti. Et Salomō Sap̄. xj. dicit: Misereris omnium dñe: q⁹ oīa potes ⁊ dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Secundum signum exprimens copiosissimum amorem diuinum dicitur vocatio. Apparet vtiq̄ quantum velit deus peccatorum salutem qñ non solum illos nō punit ⁊ suffert: verūetiam multipliciter inuitat ⁊ vocat. Quidnam sunt tot dei beneficia peccatorib⁹ collata: de quibus pauloante memoriā fecimus: nisi voces blā de ipsos pctōres alliciētes? Quid sunt scripture sacre? quid sanctorum exēpla? quid doctoꝝ tam diffusa dicta? quid p̄missiones? quid cōminationes? quid p̄cepta legis? quid ecclesie sacramenta? quid denicq̄ viue voces tot predicatoꝝ ⁊ hmōi? Oīa siquidem ista clamor quidam sunt ad pctōrum aures fortiter sonans: ⁊ tandem ab alto crucis auditur vox illa nō paruipenda pēdentis in eo crucifixi iesu. Sitio: sitio: sitio. Sitiebat enim vt Ber. ⁊ Aug̃. exponunt nostram salutem. Unde ⁊ Ber. ait: Ascendit in altum crucis vt ab omnibus videretur: voce magna clamauit vt ab oībus audiretur clamori lachrymas addidit vt homo ei compateretur. Qui ad eius clamorem non excitatur: ad voces

non cōpungitur: grauior est terra: duri
or petra: ⁊ fetidior sepulcro. Tertium si
gnum in quo relucet erga nos amor di
uinus d̄r oblatio. Pro salute nāq; pctō
rum obtulit deus pater vnigenitū filiū
suum: illūq; misit in mūdū. Unde Joh.
iij. Sic deus dilexit mundū vt filiū suū
vnigenitū daret: vt oīs qui credit in eū
nō pereat: sed habeat vitam eternā. Ip
se v̄o dei filius incarnatus seipsum ob
tulit in ligno crucis holocaustum ⁊ ho
stiam sanguinē ꝓpriū fundēs in remis
sionez pctōꝝ: qui tante fuit efficacie vt
sufficere posset ad salutē infinitoꝝ ho
minum si tot darent. Unde Apoc. j. d̄r:
Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis no
stris in sanguine suo. Sanguinē itaq;
illum passim ⁊ indistincte offert oībus
pctōribus. Offert inquā de capite suo
spinis pūgētibus coronato de facie sua
decora alapis dure percussa: de manib⁹
⁊ pedibus clauis in cruce infixis: de to
to corpore ad columnam crudeliter fla
gellato: ⁊ de latere suo lancea aperto ⁊
vulnerato. Propter q̄ oīa deuot⁹ Ber.
sermone. xxij. super Cañ. ait: Ad cumu
lum pietatis tradidit in morte animaz
suam: ⁊ de ꝓprio latere protulit preciū
nostre satisfactionis. Unde ad se versi
culum illū traxit. ps̄. cxxix. Quia apud
dn̄m mīa: ⁊ copiosa apud eū redēptio.
O amor v̄e incomparabilis. O amor in
cogitabilis. Stat in cruce dei filius et
pctōribus dicit: Si saluari cupitis si sa
lutem queritis: ⁊ ego ꝓ vobis vt salue
mini patri meo sanguinem innocētēq;
vitam offero. Sed tāta est humani cor
dis duricia vt paucissimi inueniātur q̄
velint sua peccata corrigere: deoq; sum
mo bono firmiter inherere. Qui aūt re
dire nō neglexerint: saluabunt ꝑ miseri
cordiaz ⁊ clemētiā illius q̄ es bn̄dictus
in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sabbato dominice sexagesime de di
latione penitētie ⁊ quare multi tardāt
seu differunt ad penitentiam redire au
dientes deum benignum sic misericor
diter ipsos vocantem. Sermo. vij.

Cum tēpus ha
bemus operemur bonū.
Doctoris gētium verba
sunt ista originalr̄ Gal.
vj. Cū audiunt pctōres
q̄plurimi ea q̄ dicta sunt de benignita
te: beniuolētia: ac dilectione dei vocan
tis ⁊ inuitātis illos ad pn̄iam: statuūt
in aīo suo oīno ad illā redire. Sz diabo
lica fraude decepti interponūt tēporuz
spacia: asserētes se penitentiā facturos
nō in pn̄ti: sz in futuro cū vl' infirmitas
aliqua vel lāguor grauis aduenerit: vel
cū senecta iā seculi delitias amplius nō
gustabit. Talib⁹ aūt sic opinātib⁹ videt
tutā ducere vitā esseq; i statu salutis et
gr̄e. Uerūtn̄ q̄periculosissime errēt: in
hoc s̄mone apire cēsui: in q̄ de dilatiōe
penitētie aliq̄ pulchra ⁊ vtilia deo duce
percurrā: qm̄ nō est ꝓcrastinandū vt bn̄
faciamus s̄m apl'i documentū qui dicit
in verbis in themate nostro propositis
Dū tempus habemus. scilicz nūc ⁊ nō
postea hodie ⁊ non cras: operemur bo
nū ad deū per penitentiaz reuertentes.
Ubi de dilatione penitētie seu ꝓlonga
tione tria mysteria occurrūt declarāda.

Primū dicitur causalitatis
Secundum fatuitatis.
Tertium iniquitatis.

¶ Qr multi differunt penitere seducti
a diabolo: aut per timorem: aut pro
pter pudorez: aut propter spem: aut de
sperationem. Cap. j.

Primū mysteriū d̄r causali
tatis. In quo exquirere li
cet q̄ est causa cū pctōres ef
ficaciā ⁊ necessitatē pn̄ie co
gnoscētis illā differre volūt
Et possunt assignari principaliter quat
tuor cause potissime ac principales qui
bus hoīes peccatis inuoluti procrasti
nant penitere.

Prima d̄r timor.
Scd̄a pudor.
Tertia spes.
Quarta desperatio.

¶ Prima cā d̄r timor. Timent em̄ multi ad pn̄iam redire: q̄r cogitāt laboriosum esse de suis culpis atq̄ pctīs satisfacere. Sed his tria remedia ad timorē repellēdū dari possunt. Primū est cōsideratio pn̄tis pene facilitatis. Scd̄m cōsideratio pn̄tis pene modicitatis. Tertiū cōsideratio pn̄tis pene breuitatis. Primū remediuz est cōsideratio facilitatis ⁊ possibilitatis pene quā exigit satisfactio: de qua tria dico notāda ꝟm Tho. in. iiij. xv. di. q. j. ar. ij. q. j. ¶ Primū notandū ꝙ lz pn̄ia infructuosa sit sine satisfactiōe: tn̄ aliud ē facere eq̄ualēs: aliud possibile. Deus nō exigit a pctōrib⁹ equiualēs vel eq̄le: q̄r h̄ est impossibile. Nā ꝟm pb̄m. ix. eth̄. in his honorib⁹ q̄ sūt ad deū ⁊ ad parētes nō tenet hō ad eq̄ualēs sed ad possibile. iō tenet hō satisfacere ꝟm possibilitatē suā. Un̄ apl's ad Titū. iij. Nō ex operib⁹ iusticie q̄ fecimus nos. ¶ Scd̄m notādū ꝙ q̄uis hō totū posse suū debeat deo: nō tn̄ exigit de necessitate vt totuz qd̄ possit faciat. q̄r hoc est īpossibile ꝟm statum pn̄tis vitē: cū oporteat hoīem circa multa sollicitū esse. ¶ Tertiū notādū ꝙ facere aliq̄d acceptū deo pōt ītelligi dupl'r. Aut v̄tute ꝓpria. ⁊ sic null⁹ pōt satisfacere de pctīs ī deū cōmissis aut v̄tute alteri⁹ ⁊ sic vnusq̄sq̄ merito xp̄i pōt satisfacere qd̄ est infinitū. Et si obijceret ꝙ xp̄s liberauit nos a pena debita ꝓ pctīs nostris. iuxta illd̄. j. Pet. ij. c. Pctā nr̄a ip̄e ꝑtulit in corꝑe suo suꝑ lignū. Qd̄ exponens magister sn̄iarū in. iij. dist. xix. ait: Pctā portare est penā illoꝝ exoluere. et ad hoc ē dictuz Esa. liij. Uere lāguores nr̄os ip̄e tulit: ⁊ dolores nr̄os ipse portauit. Ergo nl'la satisfactio penalis erit necessaria vel si erit necessaria nō plene xp̄s satisfecit ꝓ nobis. Rn̄deri pōt ꝟm Bon̄. in. iij. dist. xix. ar. j. q. iiij. ad. iij. ar. ꝙ passio xp̄i lib̄at nos a pena pn̄ie quātum est de se q̄r ꝟm ꝙ dicit magr̄ ī lr̄a. in baptismo omnis pena que ꝓ peccato debetur penitus relaxat. Sed cū hō peccata iterat reddit se indignum tāto beneficio. Et per passionē non remittit ei tota pena: sz minorat ꝟm ꝙ dicit magister in lr̄a quātū decet et expedit salua diuīa iusticia. Est ergo possibilis facilisq̄ pena satisfactoria. qm̄ vt scribit ff. de reg. iur. l. impossibiliū. ad impossibile nemo tenet. Et vt Aug. dicit in sermone. Deus seruū pigrum non damnaret si ea que nullo modo fieri poterant impetraret. Secundū remedium cōtra timorem satisfactionis est consideratio modificādis ipsius pene. Oīs etem̄ pena tꝑalis modicum est ⁊ quasi nihil respectu future pene: non solū inferni: sz etiā purgatorij: de cuius grauitate suo loco disputabitur. Tertiū remediū ꝯ timorē pretactū est consideratio breuitatis pene satisfactorie. Nā sicut breuis ē vita: ita breuis est pn̄ia ꝑ quā salui esse valemus: quare nullo timore pn̄ia est differēda. Secūda cā quare plerīq̄ differūt pn̄iaz agere d̄r pudor siue verecūdia. Erubescūt em̄ ⁊ verecūdant bn̄facere: qm̄ solēt vt plurimum hoīes mali q̄ꝝ mult⁹ est nūerus volentes bn̄facere suāq̄ malā vitā emēdare ⁊ ī derisuz habere. Sed ad confutationez erroris huius triplicem pudorem notare debem⁹ videlicz

Primus d̄r cōmendabilis.
Scd̄s vituperabilis.
Tertius abominabils.

¶ Primus pudor seu verecundia d̄r cōmēdabilis: cum. s. quis erubescit male facere. Nam ꝟm Job. Dama. Uerecundia est timor alicui⁹ turpitudinis. Qd̄ Arist. explicauit in. iiij. Ethi. Qui timet decens verecundus est: qui aūt non timet inuerecundus. Et de verecundia loquitur Ualerius li. iiij. dicens. Uerecūdia est parens omnis honesti consilij: tutela solennium officiorum: magistra innocentie: chara proximis: accepta alienis: omni loco: omni tempore: fauorabilem pre se ferens vultum. Et sapiens Ecclesiastici. xxxij. ait: Ante grandinem preibit coruscatio: ⁊ ante verecundiam preibit gratia, Hec verecundia

refrenat sensus: moderatur gestus: librat verba: ponderat sermones: ornat senes: decorat iuuenes: magnificat reges: subleuat subditos: extollit prelatos ⁊ mores deaurat: qñ qui erubescitiui sunt hac erubescētia ⁊ rubore declinat mala. Sed vbe mūdo a scādalis: quoniā rarissima est hec erubescētia inter homines depranatos: nā nō erubescūt publice blasphemare: ludere: rapere fenerari: peiorare lasciua verba ⁊ scurrilia nō solum dicere: sed etiā cātare: inhonesta vestimēta deferre: et precipue mulieres pectus colla: brachiaq; nudātes: ⁊ ornatu meretricio cora hoibus ereuntes: ⁊ turpissima scelera adulterij: fornicationis: stupri: ⁊ sodomiet sacrilegij perpetrare. ¶ Secundus pudor dr vituperabilis: cum. s. quis omittit virtuosos actus etiam ad salutē necessarios ne mali irrideant eū: certum em̄ est q̄ displicet malis vita bonorum. Vñ Sapiēs Prouerb. xxj. ait: Anima impij desiderat malū. ⁊. xxix. c. idē ait: Abominant impij eos qui i recta sunt via. Et. xiij. c. Ambulans inquit recto itinere ⁊ timēs deū despicitur ab eo q̄ infami graditur via. ⁊. xiij. c. Detestant stulti eos qui fugiunt mala. Et hoc iō est quia vt dicitur Job. xij. Oīs q̄ male agit odit lucem. Ō verbum ponitur. xxiij. q. ij. in. c. pernicios⁹. Verūtamē fatui sunt ⁊ abominabiles qui ne irrideantur a malis malor socij effici patiuntur. Qñ em̄ mali irridēt eos qui boni sunt idē est ac si ceci irriderēt eos qui vidēt: aut claudi eos qui recte ambulant: aut laceratas vestes habentes illos q̄ regio habitu sūt amicti. ¶ Tertius dr pudor abominabilis. s. quis ad penitentiā redire recusat eo q̄ sua peccata turpiter cōmissa cōfiteri cōfundi tur. De isto ꝺo pudore latius dicam in tractatu de confessione. Tertia causa quare multi penitentiam in longū protrahūt dicitur spes: hec aūt triplex est.

Prima diu viuendi.

Secunda temporalia degustandi.

Tertia mīam consequendi.

¶ Prima est spes diuiuēdi de qua innumerabiles decipiuntur pmittētes sibijpsis longitudinē diez. Nā vt inq̄t Cicero in li. de senectute. Nemo est em̄ tā senex q̄ se non putet p annū viuere. Et Piero. ad Berūtiam. Nemo est tam fractis viribus ⁊ tā decrepite senectutis: vt nō se putet adhuc annum posse superuiuere. Vñ subrepit obliuio ꝺditionis sue vt terrenū animal iam iāq; soluendū erigat in supbiā aīo celum teneat. Verūtamē sic quātūcūq; excogitare quis velit diuturna vita semp breuis erit. Vñ et Jacobus. iij. c. ait: Que est vita vestra. Vapor est ad modicū parēs: et deinceps exterminabit. De vite autē breuitate plene scribā in sermone de vita hominis et contēptu mundi: ⁊ in sermone de tpe: ⁊ in tractatu de virtutibus. ¶ Secunda spes est tpalia degustādi. Sperant em̄ diligentes mundū mūdanis bonis pro libito posse diutius iocūdari. Et tñ experientia docet q̄ cuncta huius seculi falsar desiderata bona caduca sunt: vana nullam in se stabilitatē firmitatēq; retinētia. Vic Sen. ad Lucillū ait: Noli huic tranquillitati ꝓfidere. Memēto mare euertitur vt eodē die vbi lurerūt naugia sorbētur. Propterea a dño iesu xpo perpulchra dicta est parabola quā Lucas scribit. xij. c. Hominis inq̄t cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: ⁊ cogitabat intra se di. Quid faciā: q: non habeo quo ꝝgregē fructꝰ meos. Et dixit: hoc faciā. Destruā horrea mea et maiora faciā: ⁊ illud cōgregabo oīa que nata sunt mihi: et dicam aīe mee. Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos. Requiesce: comede: bibe: ⁊ epulare. Dixit aūt illi deus. Stulte hac nocte animā tuā repetent a te. Que autē parasti cuius erūt. Sic est qui sibi thesaurizat ⁊ non est in deū diues. Tertia est spes mīam consequē di: nam plericq; deliberā omne suū tps in iniuriā creatoris sui exponeret tādē

ab eo mīam impetrare. Hanc spem re-
frenat sapiēs: cū dicit Eccī. v. Ne dice-
ris: peccaui: & quid mihi accidit triste.
Altissimus est patiēs reddito⁹. De ppi-
ciatu pctō⁹ noli eē sine metu: neq; ad-
jcias peccatū sup pctm̄. Et ne dicas:
Miseratio dñi magna est: multitudi-
nis pctō⁹ meo⁹ miserebitur. mia em̄ &
ira ab illo cito ꝓximāt: & in pctō⁹es re-
spicit ira illius. Nō tardes cōuerti ad
dominū: et ne differas de die in diem.
Subito enim venit ira illius & in oī tē
pore vindicte disperdet te.

¶ Quarta causa quare peccatores pe-
nitentiam retardant dicitur desspera-
tio. ad quā inducunt ꝓpt tria: videlz

Primo ꝓpter pctōrū magnitudinē.
Scdo ꝓpter pctō⁹ multitudinē.
Tertio ꝓpter pctō⁹ vicissitudinē.

¶ Sz p̄ pcedētia q̄ dicta sunt in sermo
ne de mia dei oia ista dissoluunt. Non
sunt itaq; ꝓtacte cause sufficiētes & ne
cessarie ad retinendum peccatores ne
conuertātur ad deum.

¶ Qz fatue agunt qui differunt penitē
tiaz propter impedimēta que possunt
differendo prouenire ꝓpter que expo-
nūt se periculo maximo. Caplm. ij.

Secundū mysteriū declaratū
de dilatione pnīe: dr̄ fatui-
tas. Qui enim sic differunt
q̄druplici fatuitate laborāt

Prima dr̄ piclitatiōis.
Secunda abbreuiationis.
Tertia ruinationis.
Quarta cessationis.

¶ Prima fatuitas dr̄ piclitationis: q;
illi q̄ pnīam nō faciūt cū pūt reponūt
se periculo nō facere illā posse cum cre
dūt. Vnde Hier̄. ad Salutinā de nebri
dio & vidutate sic ait: Lauēdū est vul-
nus q̄ō periculo & dolore curaf. Aliud
est integra naui & saluis mercātjs por
tū intrare salutis: aliud nudus heredo
tabulis & crebris cursib⁹ fluctuum ad
asperrima saxa collidi. hec ille. Potest
eq̄dē euenire vt post diuturnā pctōrū
ꝓsuetudinē malus habit⁹ nō ita de fa-
cili amoueaf: sicq; pctō⁹ ipenitēs fiat.
Vñ & Job. xx. c. de tali sic loquit: Ossa
ei⁹ iplebunt vitijs adolescētie ei⁹: & cū
eo in puluere dormiēt. Et sapiēs Pro-
uer. xxj. ait: Adolescēs ambulās iuxta
viā suā etiā cū senuerit non recedat ab
ea. Et Hiere. xiij. inqt: Si mutare pōt
ethiops pellē suā & pardus varietates
suas: sic vos poteritis bñfacere cū di-
diceritis malū. Et hoc est q̄ pctm̄ ex cō
suetudine cōmissum morti Lazari cō-
parat: ꝓpter Job Aug̃. de peni. di. ij.
c. sicut. ij. ait: Sicut trib⁹ gradibus ad
pctm̄ peruenitur suggestione: delecta-
tione: cōsensu: ita ipius pctī tres sunt
differētie. s. in corde: in facto: & in ꝓsue
tudine tanq̄ tres mortes. Una quasi
in domo. i. cū ī corde ꝓsentit libidini.
Altera vo quasi iam prolata extra por-
tā cū in factū pcedit assensio. Tertia cū
vi ꝓsuetudinis male tanq̄ mole terre-
na premit animus quasi in sepulcro iā
putrens. Que tria gña mortuoz dñm
resuscitasse quisquis euāgelium legit
agnoscit. hec ibi. In glosa vo ponūtur
hi versus sup verbo tanq̄. Mens ma
la mors intus malus actus mors foris
vsus. Tūba puella puer lazar⁹ ista no-
tant. Hāc verbo hūc motu lachrymando
suscitat illū. Xp̄s & in medico nascit
ur eger hō. In lazaro aūt resuscitādo
quattuor erāt ꝓditiones. Prima q; fe-
tebat. Secunda q; lapis erat ei⁹ sepul
cro superposit⁹. Tertia q; ligatos habe
bat pedes & manus. Quarta q; sudā-
rio velata erat facies ei⁹. Job. xj. Sic
reperiunt spūalr̄ ista quattuor in pec-
catore qui longo spacio pctā retinuit.
Primo fetet deo angelis & hoīb⁹. Se-
cūdo est ei lapis suppositꝰ. i. mala ꝓsue
tudo. Vñ glo. Job. xj. ait: Dñs fremuit
& lachrymat⁹ est & clamauit voce ma-
gna: q; difficile surgit quez mola male
cōsuetudinis p̄mit. hoc est q̄ō Juuena
lis pulchre decātat satyra. vij. Cōsuetu
do mali tenet ī sanabile vulnꝰ. Et Mar
tialis cocus. Mēs assueta malo firmi⁹
heret ei. Et Ouidius de arte amandi.

Fac tibi ꝯsuescat nil ꝯsuetudine maiꝰ. Rō est qꝛ ſm Arist. li. de memo. ⁊ remi niscen. Consuetudo est altera natura. Et lib. vij. ethi. Cōsuetudo nature assi milatur. Et lib. j. rheto. Sil'is est ꝯsue tudo nature: prope em̄ qd̄ sepe ei quod semp est. Est aūt natura eiꝰ qd̄ semper consuetudo eiꝰ qd̄ sepe. hec ille. Tertio hꝫ manus ⁊ pedes ligatos: qꝛ impotēs factus est post pctm̄ ad bn̄ operanduꝫ. Quarto peccator hꝫ faciē velatā suda rio: qꝛ exquo in tenebris pctōruꝫ fuit: spūalē visuꝫ amisit. De talibꝰ nāqꝫ pec catoribꝰ inq̄t Sophonias. j. c. Ambu labūt vt ceci: quia dn̄o peccauerūt. Et Sap̄. ij. c. sapiens. ait: Excecauit illos malicia eoꝝ. Quare periculosuꝫ est fre quētare peccata et penitētiā ꝓlōgare. ¶ Scd̄a fatuitas illoꝝ q̄ differūt ꝯuer ti ad pnīaꝫ dr̄ abbreuiatiōis. qꝛ cū tp̄s breue sit nō curāt sibi de salute necessa ria ꝓuidere. Fatuꝰ nāqꝫ nō īmerito re putari posset si q̄s iter cepisset ad locū aliquē ad quem lōga esset via ⁊ vix ibi ambulās ꝑ totā diē vsqꝫ ad noctē pue nire valeret: et tn̄ post ceptū iter stans quiesceret dicens hora vesp̄tina vel ho ra cōpletorij perficiā iter meū. Sic fa tuus est q̄ ad regnum celoꝝ debet dece dere horā tardā prestolās qua se ad pe nitētiā ꝯuertat. ¶ Tertia fatuitas eoꝝ q̄ differūt pnīam facere dr̄ ruinatiōis: qm̄ peccata nō deponēs facile ad alia trahit̄. Et quāto pctā magis multipli cant̄: magis grauāt aīam: ⁊ ex ꝯsequē ti cū maiori difficultate resurgit. Ideo legit̄ invitis patrū ꝙ venit vox ad bea tū Arsenīū dicēs: Egredere ⁊ ostēdā ti bi opera bona. Et egressus vidit ethio pē nigrū cedentē ligna securi ⁊ faciētē grandē sarcinā ⁊ tētabat leuare eā: sed pre magnitudine nō poterat: ⁊ iteꝝ ce debat alia ligna ⁊ addebat sarcine: in nitebaturqꝫ adhuc leuare illā ⁊ minus q̄ prius poterat. Quam deponebat: et iterū cedens alia ligna sarcine adiūge bat: ⁊ fatigabatur: sicut prius illam le uare: ⁊ ꝓpter maius maiorēqꝫ grauita tē nequibat illa mouere. Fuit hec visiō sibi exposita sic. Qd̄ q̄ cedebat ligna et addebat sarcine homo peccator est qui pctīs oneratus sepius illa leuare non sufficit: sed superaddens ⁊ alia intra se dicit: Postq̄ ꝯgregauero multa pecca ta plura prioribus tunc illa leuabo et de illis pnīam faciam. ¶ Quarta fatui tas dr̄ cessationis. Cessat equidē mul totiēs ⁊ deficit illud qd̄ fuerat hō pre meditatus. Premeditate nāqꝫ fuerant multi mori in senectute: ⁊ mortui sunt in iuuentute. ⁊ mori ī domo: ⁊ mortui sunt extra domū. mori īter suos: ⁊ mor tui sunt īter extraneos. mori loquētes: ⁊ mortui sunt linguevsu ꝑuati. mori in diuitijs: ⁊ mortui sunt in egestate. mo ri cū pnīa: ⁊ mortui sunt obstinati. O vita fallax: o vita fragilis: o vita muta bilis cuiꝰ exitū nullus p̄scire mortaliū pōt. Un̄ sapiens Eccl's. ix. c. ait: Nescit homo finē suū: sed sicut pisces capiun tur hamo ⁊ aues laqueo cōprehendun tur: sic capientur hoīes in tp̄e malo cū eis exemplo superuenerit.

¶ Qꝛ iniqui sunt qui penitentiam tar dant ⁊ cōuerti ad dn̄m: ⁊ agunt contra deum ⁊ angelos ⁊ contra seipsos ⁊ cō tra omnem creaturam. Capl'm. iij.

Tertiū mysteriū ꝯtēplanduꝫ circa puīe dilationē dr̄ iniq̄ tas. Pctōꝛ nāqꝫ q̄ pnīa dif fert īiquꝰ ē q̄druplici īiq̄tate

Prima est contra deum.
Secunda contra angelos.
Tertia contra seipsum.
Quarta cōtra oēm creaturā.

¶ Prima iniquitas est ꝯtra deū: cui ap ponit fel in escā: iux̄ illd̄ ps̄. lxviij. De derūt in escā meā fel: ⁊ in siti mea pota uerūt me aceto. Uelut em̄ esca dn̄i est opus bonū: qꝛ in eo dn̄s delectat̄ tāq̄ inter flores. ſm illud Can̄. ij. Pascitur inter lilia. i. inter mūda opera. Esce er go dn̄i fel apponit q̄ bonis operibꝰ que agit amaritudinē pctī admiscet penitē tiāqꝫ refugit. Talis etiā q̄ senectutē ad pnīam agēdā expectat deteriorē partē

vite sue deo reseruat ⁊ meliorē diabolo immolat. ¶ Scd̄a iniq̄tas est in angelos. Impenitētes vtiq̄ ꝓ suo mō quātū de se est angelos affligere nō erubescūt. Nā licz angeli beati impassibiles sint ⁊ oī iocunditate repleti: tm̄ vt diximus in p̄cedētibus de maloꝝ ꝯuersione gaudiū aliqd̄ accidētale suscipiūt. Hoc v̄o eis deesse necesse est cū pctōres nō cōuertunt̄. ¶ Tertia iniq̄tas peccatricis aīe īpenitentis est in seipam. Nā dū pctōr differt ꝯuerti vult potius hr̄e se malū q̄ bonū: infirmū q̄ sanū: seruū q̄ liberū: in statu latronis q̄ ī statu regis: nihil habētē q̄ oīm bonorū eccl̄ie participē: inutilē q̄ multū valentem. Pctm̄ nēpe facit hoīez malū: infirmū: mortuū: seruuz: latronē: qꝛ furat̄ bona dei: pauperē ⁊ inutilē. ¶ Quarta iniq̄tas est in oēm creaturā: qꝛ ꝓpter duriciā hoīm pctōrū creature irrōnabiles quodāmodo puniunt̄. Obscuratus est em̄ sol tp̄e passionis ꝓpter iudeorum crudelitatē. Perierūt ī diluuio tot animalia ⁊ volucres celi ꝓpter pctā hoīm. Maledicta fuit terra ꝓpter pctā p̄morū parētū. Exp̄gisciminī ergo o pctōres tardi. Ecce nūc tp̄s acceptabile inquit apl̄s. ij. Coꝝ. vj. Ecce nūc dies salutis. Nemini dātes vllā offensionē: nec deo nec angelis: nec vobismetip̄is: nec etiā creaturis ꝑ tarditatē ꝯuersionis vr̄e: ⁊ sic facientes accipietis hic a deo gratiam: ⁊ in futuro gloriam. Amen.

¶ Dominica in sexagesima de fructuoso ⁊ vtili verbo dei quo mediante oēs gentes crediderūt in xp̄m saluatorem nostrum. Sermo. viij.



Emē est verbū dei. Scribunt̄ hec v̄ba Luce. viij. ⁊ in euangelio hodierno presentis dñice. Nihil tam efficax esse potest ad ꝯuersionē cuiuslibet peccatoris ⁊ cuiuslibet virtuosi ꝯfortationē sicut deuota ⁊ frequēs auditio v̄bi dei. Scimus etem̄ ꝑ p̄dicationē euangelij mūdū totū ab idolatrie errore reuocatū. Nā antea oēs gētes vna excepta ppl̄i iudeoꝝ deos falsos cū dānatissimis supstitionib⁹ excolebāt. At vbi vox euangelij audita est in oī terra oīs error ab ei⁹ ꝯspectu fugat⁹ est tanq̄ si tenebre a lucis radijs fuissent depulse. Ex hoc īquit Eusebius pamphili. j. de euāgelica p̄paratione. Nō em̄ ꝑ se qui xp̄m secuti sunt mr̄es suas nefandis nuptijs cognoscunt: nō hūanis vescuntur carnib⁹ scythe: qm̄ ad eos vsq̄ p̄dicatio xp̄i ꝑuenit: nec charissimos falsa religione īpulsi filios iugulāt. Hec certe ac talia pene infinita hoīm quōdaz vitā vexabāt. Massagete ac derbices tradunt̄ ꝓpinquos atq̄ affines suos q̄ senectute ꝯficiebant̄ miserrimos putasse: ac iō īmolatas carnes eoꝝ quos pl̄imi fecerāt deuorabāt. Tibareni viuos seniores suos p̄cipitarēt. Hyrcani rapacis gn̄is auib⁹ ac canib⁹ ꝓijcere soliti. Que q̄dē cūcta pri⁹ religiosissime faciebāt: nūc v̄o sola euāgelica v̄tute vndiq̄ truculētissima h̄ pestis expulsa est. hec ille. Et vt pleni⁹ ītelligat̄ ab oībus quāta sit v̄t⁹ diuini v̄bi: in h̄ s̄mone de ip̄o ꝯuēient̄ tractabim⁹: eo q̄ saluator oīz in v̄bis allegatis in themate dixit v̄bū dei fore semē. s. sp̄ualiū charismatum ⁊ donoꝝ. In quibus verbis tria mysteria sunt declaranda.

Primū ē de v̄bi dei p̄dicati dignitate
Scd̄m de p̄dicantis v̄bū qualitate.
Tertiuz de auditionis eius vtilitate.

¶ Qꝛ quinq̄ sunt egregie et excellentissime dignitates v̄bi dei et officij p̄dicandi. Capitulum. j.



Primū mysteriū declarādū ē de dignitate v̄bi dei p̄dicati seu officij p̄dicandi. Et ad h̄ ītelligēdū sb̄notabim⁹ q̄nq̄ excellētias de dignitate ei⁹.

Prima dicitur xp̄i exercitatio.
Secunda apostoloꝝ electio.
Tertia miraculorum coruscatio.
Quarta predicatorum defensio.
Quinta ecclesie sublimatio.

¶ Prima excellentia v̄bi diuini ⁊ officij predicādi d̄r xp̄i exercitatio. Dn̄s quidē iesus deus dei filius predicare voluit et predicationis officiū exercere. vn̄ Mat. iiij. d̄r: Cepit iesus predicare ⁊ dicere penitētiam agite. Et Luce. viij. de ipso d̄r: Iter faciebat per ciuitates et castella predicās ⁊ euangelizans regnū dei. Et vt colligitur ex dictis euangelistarum: precipue Johā. viij. ⁊. xviij. c. sepius docebat predicādo in tēplo ⁊ in synagoga. Verūtamen nō immerito querere quis potest vtrum xp̄s debuit solum iudeis ⁊ non gētibus predicare. Ad qd̄ respondet Tho. iij. parte. q. xlij. ar. j. ꝙ conueniēs fuit predicationem christi tam per apostolos q̄ per ipsum a principio solis iudeis exhiberi triplici ratione,

Primo ratione impletionis.
Secūdo ratione ordinationis.
Tertio ratione triumphationis.

¶ Prima ratio d̄r impletionis. Predicauit em̄ christus iudeis vt impleret promissiones factas antiq̄s p̄ribus: nō aūt gētilibus: qm̄ populus ille iudeoꝝ tm̄ viuebat sub veri dei cultu. Vn̄ apl̄s ad Rom̄. xv. ait: Dico xp̄m iesum fuisse ministrū circūcisionis. i. p̄dicatiōis iudeorū ꝓpter veritatem dei ad cōfirmādas ꝓmissiones patrū. Et vt etiā Hiero. dicit sup̄ illud Mat. x. In viā gentium ne abieritis. Oportebat primū aduentum xp̄i nūciari iudeis: ne iustā haberēt excusationē dicētes ideo se dn̄m reiecisse qr ad gētes trāsierit. Verūtn̄ sicut non debuit a principio indifferenter suā doctrinam gētibus cōicare: ita etiā nō debuit gētiles oīno repellere: ne spes salutis eis precluderet. Jō aliqui gentiliū particulariter sunt admissi: sicut samaritana Job. iiij. ⁊ chananea Mat. xv. ꝓpter excellētiā fidei ⁊ deuotiōis eaꝝ. ¶ Scd̄a rō quare xp̄s tm̄ iudeis ⁊ non gētilib⁹ p̄dicauit d̄r ordinationis. Exigebat nāq̄ debitus ordo vt iudeis qui erāt ꝓpinquiores per fidē ⁊ cultū vni⁹ dei prius doctrinā xp̄i ꝓponeret et per eos trāsmitteret ad gētes: sicut in celesti hierarchia ꝑ superiores angelos ad inferiores diuine illuminatiōes perueniūt. Vn̄ Hiero. super illud Mat. xv. c. Nō sum missus nisi ad oues que perierūt dom⁹ israel. Nō inq̄t hoc dicit quin ad gentes missus sit: sed ꝙ primum ad israel missus est. Et de hoc p̄dixit Esaie vj. c. Mittā ex eis q̄ saluati fuerint: scz ex iudeis ad gētes in mare: in africā: in lydiā tenētes sagittā in italiā ⁊ greciaz ad insulā lōge ad eos qui nō audierunt de me: ⁊ nō viderūt gloriā meā: ⁊ annūciabūt gloriā meā gētibus. ¶ Tertia rō quare xp̄s voluit iudeis ⁊ nō gētilibus predicare d̄r triūphationis: vt ostēderet triumphū ⁊ victoriā crucis ⁊ passionis sue ꝑ quā meruit ptātem et dn̄ium sup̄ gētes: s̄m illud Mat. vlti. Data est mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. Maioris siquidē ptātis ⁊ virtutis ostēsiuuz fuit post passionē suā per apl̄os reducere gētes: q̄ si ante passionez ipse p̄sonaliter eis p̄dicasset. ¶ Scd̄a excellētia v̄bi diuini ⁊ officij p̄dicandi d̄r apl̄oꝝ electio. Ad hoc siquidem illos elegit xp̄s vt ad predicandū illos mitteret. Vn̄ Job. xv. dicebat eis. Ego vos elegi de mundo vt eatis ⁊ fructum afferatis ⁊ fructus vester maneat. Post passionē v̄o suā ⁊ resurrectionē dixit eis illud Marci vlti. Euntes in mūdum vniuersum predicate euangelium omni creature. Et illud Matth. vlti. Eūtes docete oēs gētes. Qd̄ ⁊ ipsi perfecerūt. de quib⁹ d̄r in ps̄. xviij. In oēm terraz exiuit sonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. Ipsa v̄o experiētia docet ꝙ ex eoꝝ doctrina mūdus tot⁹ illuminat⁹ est. Sed hic queri ab aliquo posset. Utrum apl̄i ex diuine gr̄e presentia aut aliqua vi seu arte ꝓpria predicādo populoꝝ corda mētesq̄ attraxerunt ad xp̄m Et dico: ꝙ non potuissent tam cito euāgeliū oībus gentibus cū illoꝝ emēdatione predicare nisi eis affuisset virtus diuina et spūssancti gr̄a: s̄m illud Mar. vlti. Predicauerūt vbiq̄ dn̄o cooperante ⁊ sermonē cōfirmāte sequētibus signis, Nam tria sunt

illa que per naturā vel artem homines inducere possunt ad aliquid credēdum vel operandū: que tñ in apostolis xp̄m predicātibus nō sunt inuēta.

Primum est dialectica et logicalis argumentatio.

Scd̄m est rhetoricata persuasio.

Tertiū est bonoꝝ tēporaliū ꝓmissio.

ctis eburneis: nutriebāt canes: ⁊ pasce
bant aues celi: gaudebant in sonis: can
ticis: ⁊ choreis: ⁊ letos ducebant dies.
Omnibus his in inferno penitus expo
liati guttam aque concupiscent: ⁊ illez
habere non poterunt prout expresse re-
dēptor noster aperuit Lu. xvj. asserens

de diuite epulone ꝙ instāter rogabat abraā quatenus mitteret lazarū vt intinctū in aquā digitū nō totū: sz extremā partē ad eū deferret oriqz eius imponeret: nec fuit exauditꝰ. De q̄ Greg. in homel. dicit: Guttaz aq̄ petijt q̄ micas panis lazaro negauit. Ideo audietur flebilis vox diuitū ⁊ potentū in inferno sic lamentātiū. vt dicit Sap. v. Errauimus a via veritatis: et iusticie lumen nō luxit nobis: ⁊ sol intelligentie nō est ortus nobis. Lassati sumꝰ in via iniquitatis ⁊ ꝑditionis: ⁊ ambulauimus vias difficiles: viā aūt dn̄i ignorauimus. Quid nobis profuit supbia: aut diuitiarū iactātia quid ꝯtulit nobis? Trāsierunt oīa illa tanq̄ vmbra ⁊ tanq̄ nūcius p̄currens: ⁊ tanq̄ nauis que ꝑtransit fluctuātē aquā: cuiꝰ cum preterierit nō est vestigiū īuenire neqz semitā carine illiꝰ in fluctibꝰ: aut auis que trāsuolat in aere cuius nullum signum inuenitur itineris illius: sed tm̄ sonitus alarū verberās leuē ventū. et scindens ꝑ vim itineris aerē: cōmotis alis trāsuolauit: ⁊ post hoc nullū signū inuenitur itineris illius: aut tanq̄ sagitta emissa in locū destinatū: diuisus aer ꝯtinuo in se reclusus est vt ignoretur trāsitꝰ illius. Sic ⁊ nos nati continuo desinimꝰ esse: ⁊ virtutis q̄dē signū nullū valuimꝰ oñdere. In malignitate aūt nr̄a consumpti sumus. hec ibi.

¶ Q̄ grauissima erit damnatorum pena propter lamenta ⁊ blasphemias q̄ sunt in inferno; et propter societatem demonum. Capitulum.ij.

Secunda ratio quare grauissima erit dānatoꝝ pena dicit horribilitatis. Nā īter cetera q̄bus miseri illi afficiētur dolore tria erunt maxime horribilia.

Primum horribilis lamentatio.
Scd̄m horribilis blasphematio.
Tertium horribilis sociatio.

¶ Primū horribile erit lamētatio. Ibi inquit xp̄s: erit fletus ⁊ stridor dētiuz. Scd̄m v̄o Rich. in.iiij. di.l.ar.v.q.j. ad.ij.ar.ad.ij.partē. Non erit ibi corporalis fletus inquātū est quedā resolutio corporaliū lachrymaꝝ: q: talis resolutio tunc nō erit: sz ꝑtinet ad corruptibilē statuz: tn̄ erit ibi maximꝰ dolor interior q̄ significabitur per signa in facie ⁊ oculis cū turbatione ⁊ motu capitis: ⁊ cū stridore dētiū vultusqz tristicia. Quisnā explicet quātus meror erit in cordibus dānatoꝝ inter illos strepitus vlulatus atqz querelas? O beati q̄ nunc lugent: vt ait xp̄s Matth. v. qm̄ ipsi consolabunt. Et Luce.vj. Vhe vobis q̄ nunc ridetis: quia lugebitis ⁊ flebitis. ¶ Scd̄m horribile erit blasphematio. Pre desperatiōe vtiqz blasphemabūt damnati seip̄os: parētes suos: deū ⁊ angelos ⁊ oēm creaturam. Unde Apo.xvj. Johes ait: Blasphemauerūt deum celi pre doloribus ⁊ vulneribus suis. Ad hoc est exemplum quod legit in septem donis. Cū quidā vsurariꝰ infirmaretur ad mortē: nec sacerdos vellet ei sacramēta conferre: nisi restitueret vel cautionem faceret: illeqz recusaret: hortabātur ad hoc filij: ne ad infernū descēderet moriēs. Ille v̄o rn̄debat Nescitis quid petatis. Si vellez mala ablata restituere: relinquerē vos pauperes ⁊ egenos: meliusqz est se cōmittere mīe dei q̄ mīe hominum ⁊ in hac pertinacia mortuus est vsurarius ille ac in inferno sepultꝰ. Ex filijs aūt eius duobus dixit alter ad alterū. Pater nr̄ dānatus est non imitemur eum retinēdo vsuras per illū extortas: sed reddamus creditoribus vt saluari possimus: Ac ille rn̄dit. Ego meā partē retinebo nec illam restituere curo. Si pater nr̄ vsuras fecit ⁊ nō restituit ip̄e non ego penā portet. Alter ergo portionē suam restituit ⁊ seculum deserens dei obseq̄o se totū tradidit. Dum autē qui in seculo remanserat mūdanis se immergeret infirmatus ad mortē: nec penitēs secutus est patrem. Quod frater audiēs rogauit deuz vt patris ⁊ fratris eius statum ei dignaretur ostendere. Una igit

dierũ cũ oraret vidit terrã apertam: et in inferno prem in flãmis penit⁹ sepultũ: ⁊ filiũ eius fratrẽ suũ iacentẽ super eũ: maledicebatq; pater filium dicẽs: Maledicta sit hora in qua te genui fili: ⁊ tu sis maledictus: q: ꝓpter te feci vsuras nec volui restituere ne te pauperẽ relinquerẽ: ⁊ ꝓpter hoc crucior in hac flãma. Et filius respõdebat. Maledictus sis tu pater ⁊ maledicta dies in qua me genuisti: q: exemplo tuo docuisti me fenerari: ⁊ vsuras extortas noluisti reddere: ꝓpter qd̃ crucior in inferno. Et post ambo pariter eiulãtes blasphemabãt cũcta creata ⁊ creatorẽ illorum. Quod cernens ille seru⁹ dei gr̃as deo egit q̃ eũ liberauit de tanto malo. Tertium horribile erit sociatio. Erunt nãq; socij dãnatoꝝ nequissimi spũs et maligni diaboli. Quãtũ em̃ sit eoꝝ societas dira atq; molesta põt cognosci ꝑ effectus pestilẽtes quos exercent in illis quos deo ꝑmittẽte obsidẽt in hac vita. Nã adeo illos turbãt ⁊ sic grauiter vexant: vt qñq; sic obsessi muti aut surdi fiant: vt qñq; manib⁹ ꝓprijs seipsos lacerẽt ⁊ discerpant qñq; nisi catenis ꝯstringerent̃ etiam domesticos ⁊ amicos conerent̃ opprimere. Quid igitur faciẽt diaboli cũ illis quos in inferno volẽte deo ꝓ libitu suo vexare poterũt si talia agũt hic cũ his q̃ de eoꝝ manibus ⁊ ptãte possunt penit⁹ liberari. Nullus ꝓfecto aut cogitare aut dicere potest q̃ importabilis erit damnatis miseris societas diabolorum.

¶ Qꝛ rationabiliter punit deus damnatos pena eterna seu infinita per durationem licꝫ actus peccati ꝟm se sit finitus ⁊ temporalis. Capl'm. iij.

Tertia rõ q̃re grauissima erit dãnatoꝝ pena d̃r eternitatꝫ. Duratiua quippe in scripturis sanctis ponitur pena dãnatoꝝ in eternum. vt ptꝫ ex dictis. Verũtñ vt Aug. dicit. xxj. li. de ciui. dei. c. xl. Quidã iniustũ putãt vt pctis quãtũlibet magnis licꝫ paruo tpe ꝑpetratis pena quisq; dãnetur eterna: quasi vllius idvnq̃ iusticia legis attendat vt tãta mora tpis quisq; puniat̃ quãta mora tpis vnde puniretur admisit. Octo genera penarum in legibus esse scribit Tullius. Damnũ: vincula verbera: talionẽ: ignominiã: exiliũ: mortem: seruitutẽ. Quid horum est: quod in breue tempus pro cuiusq; peccati celeritate coaptetur vt tanta vindicẽtur morula: quãta deprehẽditur ꝑpetratuꝫ nisi forte talia. Id enim agit vt hoc patiatur quisq; qd̃ fecit. Vñ illud est legis. Oculũ pro oculo: dentẽ pro dẽte. Fieri enim potest vt tã breui tpe q̃sq; amittat oculum seueritate vindicte q̃ tulit ipse alteri improbitate peccati. Porro autẽ si aliene femine osculum infixũ rationis sit verbere vindicare: nõne q̃ illud puncto tpis fecerit incomparabili horarum spacio verberatur ⁊ suauitas voluptatis exigue diuturno dolore punitur. Quid ĩ vinculis. Nunq̃d ibi tãdiu quisq; iudicandus est esse debere: q̃diu fecit vñ meruit alligari. ꝟ Aug. Qui etiaꝫ de damno ignominia exilio ⁊ seruitute cõtendit q̃ plerũq; infligũtur pro momẽtaneo quasi delicto longo tpe duratura: que ideo eterna esse nõ pñt: q: pñs vita nõ põt esse eterna. Quanto magis ergo approbanda est dei seuera iusticia que pctã punit eterna pena: licꝫ in tpe sint cõmissa. Verũtamẽ vt tante veritati melius animus acquiescat ex dictis sanctoꝝ tres ꝑncipales rõnes apertissime ꝓducunt̃ q̃b⁹ liquido cõstat iuste deum facere cũ punit malos eterno supplicio.

Prima rõ est ꝓpter volũtatẽ.
Secunda propter obiectum.
Tertia ꝓpter contemptum.

¶ Prima rõ est ꝓpter voluntatẽ. Nã si cõsideremꝰ in pctõ voluntatẽ: iustũ est vt pctm̃ dãnatoꝝ eterna pena puniat̃: q: oẽ pctm̃ tãtũ graue est: quãtũ volũtas ad illud ardẽtius se inclinat. Et q: voluntas malorum q̃diu in hac vita sunt: ita se inclinat ad pctm̃ q̃ semper

velit peccare: ergo iustus iudex qui cor
aspicit magis q̄ opus dz eos pena in
eternū duratura punire. Quidnā est q̄
tā multi se sentiūt morituros: ⁊ tñ pec-
care nō desinunt. Veniunt ad ianuas
mortis ⁊ de pctīs nō dolēt: nisi q̄ sem-
per peccare vellēt: qd̄ vtiq̄ ipe deꝰ scru
tator cordiū oculo sapiētie sue clarissi-
me intuetur. Hanc rōnē tangit Greg.
iiij. lib. dialogo. vbi petrus interrogat
eū ⁊ dicit: Scire vellē qūo iustuz est vt
culpa que cū fine ꝑpetrat̄ sine fine pu-
niat̄. Et Greg. rñdet. Hoc recte petre
diceret̄ si iustus iudex nō corda hoīm:
sed facta pēsaret. Iniq̄ em̄ ideo cū fine
deliquerūt: qꝛ cū fine vixerūt. Nā voluis
sent vtiq̄ si potuissent sine fine viuere:
vt potuissent sine fine peccare. Osten-
dunt em̄ qꝛ in pctō semp viuere cupiūt
qui nunq̄ desinūt peccare dū viuunt:
ad magnā ergo iusticiā iudicātis perti
net vt nunq̄ careāt supplicio: q̄ in hac
vita nunq̄ voluerūt carere pctō. hec il-
le. Que verba etiā habent̄ de peni. di.
j. c. voluissent. Et ad hoc facit illud qd̄
scribit̄. xciij. dis. c. Diaconi sunt. vbi sic
habet̄: Moderatio dei ac pietas soluz
nostrū reditū q̄rit: ac nos cupit longa
bonitate sua saluari. Si nō conuerti-
mur: si duri colli sumus: si in pctīs vsq̄
ad mortē illicite ꝑduramꝰ assidue pec-
cātiū nō miseret̄ deus. Ad idē est. c. Le
gat̄. xxiiij. q. ij. Aug. insup de peni. dis.
vij. c. vl. in fine. ait: Qui impenitēs mo
ritur oīno morit̄ et eternal̄r cruciatur.
Qui aūt impenitēs finit̄: si semp viue-
ret semp peccaret. ¶ Scd̄a ratio quare
deꝰ iuste eternal̄r dānat ⁊ punit īiquos
est ꝓpter obiectū. Quelibet em̄ offen-
sa ꝯsideratur nō solū respectu actꝰ: sed
respectu dignitatis illius q̄ offendit̄.
Quāto etem̄ ꝑsona q̄ offendit̄ dignior
est: tāto culpa in illā cōmissa grauior: ⁊
per consequēs pena debet esse durior.
Sicut q̄ regē offendit grauiꝰ punitur
q̄ q̄ offendit suū famulū vel aliquē ru-
sticū. Qui ergo mortal̄r peccat: deuz q̄
est infinitū bonū offendit: et charitatē
per quā est societas beatoꝝ: ergo tā vi-
sione dei q̄ beatorū societate eternal̄r
priuari dz ⁊ eterna pena puniri. Bern.
autē sup Cant. di. q̄ q̄ mortal̄r peccat
vult non esse deū. Quod sic ꝓbat. Qui
vult deū aut impotētē aut iniustū aut
insipiētē esse vult deū nō esse: sz q̄ mor-
taliter peccat vellet deū aut sua pecca-
ta nescire: aut vindicare nō posse: aut
vindicare nolle: ergo vellet deū nō esse
deū: ⁊ q̄ vult deū nō esse deū: merito pu
niēdꝰ est eterno supplicio. ¶ Tertia rō
quare iuste deꝰ malos eternal̄r dānat
est ꝓpter ꝯtēptū. Pctōres nāq̄ cōtē-
nūt infinitū bonū ⁊ eternū gaudiū qd̄
potuissent eligere: ⁊ qꝛ volūtarie elige-
rūt eternū malū iuste illis eterna sup-
plicia cōdonant̄. Vñ Aug. xxj. li. de ci.
dei. c. xij. inq̄t: Factus est malo dignus
eterno q̄ in se ꝑemit bonū qd̄ eē posset
eternū. hec ille. Audiunt siq̄dē pctōres
scripturas clamātes ꝓmittētesq̄ tā fe
licissima ⁊ copiosa atq̄ iocūda ī regno
celoꝝ amicis dei: ⁊ ipi de his nō curāt.
Vocat eos deꝰ ꝑ dicta sanctoꝝ: ꝑ horta
mēta ꝓphetaꝝ: ꝑ instructiones docto-
rū: ꝑ terrores cōminationū: ꝑ suauita
tēq̄ bñficioꝝ. Venite inq̄t ad cenā ma
gnā ad iocūda gaudia: ad paradisi de-
litias: vbi bonū absq̄ malo ⁊ leticia est
absq̄ merore. Et tñ impij sic blādiētez
deū nolūt audire: quinīmo ipm quātū
possunt suis malis operibꝰ impugnāt
⁊ ꝑsequunt̄. O bñdicti dei ordinata iu
sticia q̄ malos eternis cruciatibꝰ depu
tasti: nullus ꝓfecto de te cōqueri pōt.
O miserabilis dānatoꝝ cōditio q̄ tātā
experit̄ seueritatē: vt finē illoruz pena
nunq̄ suscipiat. Durū esset homini sa-
no per diē ⁊ noctē assidere lecto: ⁊ ī eiꝰ
mollitie volutari. Durū esset cuiq̄ dis-
soluto iuueni ꝑ longa spacia cū formo
sis iuuenculis puellisq̄ ornatissimis
corizare. Durum esset muliercule cui-
cūq̄ corporis ornamēta nō deponere.
Et vt experiētia docet hec ⁊ huiusmodi
que solaciose ⁊ delectabiliter fieri solēt
fastidium inducūt assiduitate sui. Heu

inquā heu cur dormiunt pctōres? cur nō euigilāt? cur nō corrigūt malā vitā? cur non ꝯsiderant ꝙ eis parati sunt in inferno cruciatus horrendi. Et tamen semp ibi habitabunt post cētū annos: post mille: post milia miliū: īmo nunq̄ pena ipsoꝝ terminabit̄. O anima steri lis: o anima dura: o aīa īsensata: o ani ma vitiosa. q̄d agis: quoue tēdis iter: quare ad in infernū ꝓperas: vt vbi in eternū infeliciter viuas. Reuertere er go ad dn̄m deū tuū q̄ te liberet a peri culis dānationis: ⁊ tibi cōcedat gr̄am in presenti ⁊ in futuro gl'iam: in qua vi uit ⁊ regnat deus per infinita secula se culorum. Amen.

¶ Feria sexta post dominicam in sexa gesima de grauitate pene damnatorū contra illos qui plus timent malavite presentis q̄ future. Sermo. xiij.



Cruciabuntur die ac nocte in scl'a secu lorū. Apoc. xx. Magna profecto detestabilisq̄ est crudelitas eoꝝ q̄ co gnoscētes ꝓpter sua pctā īminere sibi interitū dānatiōis eterne: nō timēt: nō formidāt: nō corrigūt suā malā vitam. Quidnā magis vnusquisq̄ ꝑtimescere dz q̄ cruciat⁹ acerbissimos: atrocesq̄ penas ac luct⁹ ītolerabiles īferni. Ti mēt plerīq̄ in hac vita existētes labo res angustias: pauꝑtatē: egritudines: illatas ꝯtumelias: dāna: seruitutē: exi lia: carceres: tēpestatē aeris: vehemen tiā vētoꝝ: aliaq̄ pericula q̄b⁹ vexari so let mortaliū gen⁹. Sed reuera si recte saperent magis timere deberēt ad in ferna descēdere: vbi labores: angustie: tormēta: calamitas: luct⁹: gemitus: su spiria: clamores: lamēta: blasphemie: fames ⁊ sitis: ignominia: ⁊ ardor ignis ⁊c. q̄b⁹ dānati molestabunt̄ ⁊ nūq̄ de ficiēt. Et qm̄ nō parū ꝓdesse pōt vni cuiq̄ talia cogitāti ad ꝯtritionē ⁊ dele tionē pctōꝝ. iccirco adhuc in pn̄ti ser mone de grauitate pene dānatorū ali quid ꝓsequamur. Et notabimus tres rōnes p̄cipuas q̄b⁹ ītelligere valeam⁹ damnatoꝝ penam fore grauissimam.

Prima ratio d̄r cognitionis.
Secunda contrariationis.
Tertia desperationis.

¶ Qꝛ grauissima est dānatorū pena eo ꝙ nihil cognoscēt p̄ter illud quo cōtri stari pn̄t: ⁊ de illorū sciētia. Capl'm. j.



Prima rō ostēdēs grauitatē pene dānatoꝝ d̄r cognitio nis: qꝛ nihil cognoscūt aut cognoscere pn̄t nisi ea vnde dolere possint atq̄ ꝯtrista ri. Ad qd̄ pleni⁹ intelligēdū tria dubia proponimus declaranda.

Primū est de dānatoꝝ scientia.
Scd̄m de nostra distantia.
Tertium de beatoꝝ gloria.

¶ Primū dubiū est de dānatoꝝ sciētia. vtrū. s. dānati vtant̄ sciētia in h̄ mūdo acq̄sita. Et arguit̄ ꝙ nō. Prīo qꝛ ī vsu scientie magna est delectatio. Vn̄ ph̄s iiij. ethi. c. viij. vr̄ inquit ph̄ia magnas delectationes hr̄e. Et Lactā. in. j. li. di. insti. Nullus est suauior aīe cib⁹ q̄ co gnitio veritatis. Sz dānati nullā hn̄t delectationē sicut nec beati tristiciā: er go nō vtunt̄ aliq̄ sciētia. Scd̄o arguit̄ ex illa maxima ph̄i. Si de quo min⁹ vi det̄ inesse ⁊ inest: ergo de quo magis. sz p aliquas penas hui⁹ mūdi q̄ minime sunt respectu penaꝝ īferni perdit̄ vsus sciētie: ꝙ mlto forti⁹ deficiet ad penas inferni q̄ maxīe p̄dicant̄. Tertio argui tur: qꝛ dānati magis possent cogitare de deo q̄ de quocūq̄ alio intelligibili: qꝛ ꝓpinquior est intellectu eoꝝ: sed si cut dicit mgr̄ sentētiaꝝ in. iiij. di. l. dā nati post iudiciū in ꝓfundioribus te nebris erūt vbi nullā lucē dei videbūt: ergo multo minus de quocūq̄ alio in telligibili cogitabūt. Sz ꝯ argui po test. Primo quia Luce. xvj. habetur: ꝙ abraam dixit diuiti damnata fili recor dare: quia recepisti bona in vita tua: quod sibi nō dixisset nisi illevti potuis set scientia acquisita in hoc mundo.

¶ Scõ arguit: qz dãnati odiũt deum: sed nullus odit illud de quo nõ cogitat ergo dãnati de deo cogitãt: ꝛ a sili possunt de alijs cogitare. ¶ Tertio arguit: qz dãnati habẽt remorsum cõscie ꝛ verme: sed conscia nõ remordet nisi de peccatis q̃ cognoscũtur: ergo in dãnatis est vsus sciẽtie. Respõdẽt ad hãc questionẽ Richar. de media villa. ar. iij. q. j. ꝛ dñs Bon. in. iiij. di. l. pte. j. ar. ij. q. ij. ꝙ dãnati vtũtur sciẽtia acq̃sita in hoc mũdo: marime quãtũ ad aliqua. Cõsiderãt em̃ mala que fecerũt ꝛ bona opera que omiserũt: vt hic vsus sciẽtie sit ad maiorem eoz afflictionẽ. ¶ Ad primum ergo argumẽtum in oppositũ est dicẽdum ꝙ q̃uis vsus sciẽtie sit per se delectabilis: tñ p accidẽs põt esse tristabilis. In dãnatis em̃ post iudiciũ erit eoz natura ita plene cõprehẽsa tristicia vt oĩno sint indispositi ad aliquẽ delectationem. Et qz sicut dicit phus. ij. de aĩa. Actus actiuoz sunt in patiẽte bene disposito. Jõ vsus sciẽtie nullã in eis delectationem poterit generare. Notandũ tñ ꝙ demones ante iudiciũ possunt hr̃e ꝛ interdũ habẽt aliquas modicas delectationes vanas ꝛ multũ respersas amaritudine. Sic aũt dãnate nullã penitus vnq̃ habebũt delectationẽ. ¶ Ad scõm argumẽtum dicẽdũ ꝙ q̃uis ille pene sint maiores q̃ iste: tñ nõ ita poterũt auferre dãnatis vsus scientie sicut possunt alique pene hoĩbus in hoc mundo: qz organa corporũ illoz ex volũtate dei seruabuntur incorruptibilia ad maiorẽ afflictionẽ. Que organa hic per vehementiã penarũ aliq̃n cõtingit corrũpi. Dãnati tñ multominus erũt apti ad vsum sciẽtie nisi respectu eoz quoz cõsideratio erit ad augmentũ sue trifticie. ¶ Ad tertiuz argumentũ dicendũ ꝙ q̃uis deꝰ sit p̃pinquior intellectui eoz per essentiã q̃ alia obiecta: nõ tñ sub rõne obiecti nisi inquãtum est puniens: ꝛ sic de eo marime cogitãt: nõ ex amore sed ex odio. inquãtum autẽ est dulcis ꝛ misericors minime de eo cogitãt. ¶ Scõm dubiuz est de nostra distãtia. Utrum videlz dãnati distãtes a nobis cognoscãt ea que circa nos fiunt. Et videtur ꝙ sic: vt habet Luc. xvj. Dixit ille diues damnatus ad abraam se quinq̃ fratres habere: ergo sciebat adhuc illos superuiuere. ¶ Jn contrariũ est autoritas Augustini in libro de cura p̃ mortuis agẽda que ponitur. xiij. q. ij. c. fatẽdum. vbi ait: Fatẽdũ est nescire quidẽ mortuos quid hic agatur. Respõdet ergo ẽm Rich. in. iiij. di. ꝙ damnatos cognoscere que circa nos fiũt põt intelligi tripliciter. Per sciẽtiã: per cõiecturã: per reuelationẽ. ¶ Primo modo nõ cognoscunt ea que circa nos fiũt: qz cognoscere sic nõ possent nisi accipiẽdo similitudines a rebus: ad quas accipiẽdas requirit̃ p̃portionata p̃inquitas intellect⁹ ad ipsam rem. Q̃uis aũt distãtia nõ impediat cognitionem intellect⁹ respectu rei cuius iã hz speciẽ: tñ p̃portionata distantia qualis est inter aĩas que sunt in inferno ꝛ ea que circa viuos fiũt in hoc mũdo impedit cognitionẽ intellect⁹. respectu rei cuĩ⁹ non habz speciẽ: p̃hibet speciei acq̃sitiones. ¶ Scõo mõ dãnati cognoscũt multa q̃ circa nos fiũt. Ex statu em̃ preterito in quo hoĩes viderũt: postea coniecturant multa que accidunt circa nos. Et sic cognoscebat ille diues dãnatus q̃nq̃ fratres suos adhuc viuere: qz secum in tormẽtis illos nõ videbat: nec cum requiescẽtibus in sinu Abrae: tñ nõ erat cognitio certa: quia mortui ex speciali priuilegio q̃nq̃ pniam faciũt in locis in quibus peccauerũt. ¶ Tertio modo cognoscũt aliqua que circa nos fiũt: vel per reuelationẽ demonuz: vel aĩarum ad eos descendentiũ. Sed nunq̃ fit eis aliqua reuelatio nisi talis vnde tristentur. Et sic patet solutio ad obiecta. ¶ Tertium dubiũ est de sanctoz gloria. vtrum scilz dãnati videãt sanctoz gloriã in celo. Et ad hoc rñdet Rich. vbi. s. ꝙ damnati gloriã sanctoz nõ vidẽt: qz visio est cognitio intuitiua ꝛ clara p̃prie loquẽdo de visione, Sic em̃ nõ posset videri glo

ria beatoꝝ qui viderentur beati et ipse deus. Cū ergo gloria imperfecta eoꝝ cōiunctione cū deo cōsistat: nō em̄ pōt videri immediate ⁊ clare coniunctio aliquotū quin videantur ipsa cōiūcta. In generali tm̄ ⁊ partim in speciali cognoscūt gloriā btōꝝ quasi arguēdo. Nullū em̄ videt dānatū qui tenuerit fidē ⁊ bonos mores. Cū cogitur intellectus eoꝝ assentire ꝙ vera est sacra scriptura: ⁊ ex ꝓsequēti ꝙ boni habeāt ea q̄ in ipsis in sacra scriptura ꝓmittunt. Et q̄ btitudo in sacra scriptura ꝓmittit iustis: nō solū in generali: sed etiā partim i speciali: inquātū est bonū trāscēdēs oīa tēporalia bona. Jō dānati cognoscūt gloriā beatoꝝ: nō tm̄ in generali: sed etiā partim in speciali. De hac ꝛo cognitiōe dānati tristant ꝓpter inuidiā felicitatis aliene: ⁊ carētiam beatitudinis ꝓprie. Post iudiciū tm̄ dānati eo ꝙ ad ꝓprias penas quasi totaliter eoꝝ cognitio reflectet cognitionē istā nō habebūt nisi forte in esse generalissimo: q̄ ꝓ cōplemētum doloris intellectus eoꝝ pdicte argumētationi nō vacabit. O quāta igit erit in dānatis angustia: quāta amaritudo: quātave tristicia: qñ cognoscēt distincte oīa pcta ꝑ illos cōmissa quātus dolor qñ cognoscēt bona que facere potuerūt: qñ cognoscēt mala que patient: qñ reuelabunt eis ea que in hoc mūdo fiūt vt displicētiam habeāt: qñ cōsiderabūt ꝙ boni ⁊ amici dei sunt in perenni gloria. Propter hec ⁊ huiusmodi oīs eoꝝ cognitio erit eis dolorosa.

¶ Qualiter grauissima erit dānatoꝝ pena: eo ꝙ illoꝝ desideriū nunq̄ implebitur: ⁊ q̄d est qō ipsi appetūt. Capm. ij.

Ecūda ratio ostendēs grauitatē pene dānatoꝝ ꝛi cōtrariationis. Fertur nāq̄ eorum volūtas ad desiderandū ea quoꝝ ꝛium semp̄ euenit.

Primū est btitudinis participatio.
Secūdum peccati delectatio.
Tertium sui annihilatio.

¶ Primū qō dānati appetūt est btitudinis participatio. Nam ꝝm Richar. in iij. dist. l. cū peccatū. (vt Aug̃. dicit. xix. de ciui. dei. c. xij.) delere nō possit extrema nature vestigia: in damnatis remanet aliqua naturalis cognitio et appetitus naturalis. Cum ergo primus motus naturalis appetitus sit respectu finis in generali: q: ꝝm Pbm. vij. Ethi. c. xij. Finis est principium in appetibilibꝫ: sequitur ꝙ dānati naturaliter appetunt finem in generali. Sed vltimus finis est beatitudo. Sequitur ergo ꝙ naturaliter appetūt beatitudinem in generali: Cuius appetitu debili ⁊ erili. Sed hic naturalis appetitus in his er deliberatiua volūtate quo ad hoc peruertitur: q: bonū qō naturaliter appetunt sub circūstantijs malis appetunt. Nec est iste appetitus ad eorum completionem: sed magis ad afflictionem. Naturaliter enim appetere qō appetens videt se nō consequi posse magna est afflictio appetentis. ꝝm autem Tho. ij. ij. q. xvij. In damnatis nulla est spes beatitudinis consequēde: qñ sicut de rōne btitudinis est vt in ipsa quiete tur voluntas taliter ꝙ beati sciant certitudinaliter se nūq̄ beatitudinē amissuros. Ita de ratione damnationis est vt in ipsa molestetur volūtas: sic vt dānati certitudinaliter sciāt se nunq̄ beatitudinem adepturos. ¶ Scōm qō dānati appetūt est peccati delectatio. Vellent enim se non peccasse: ⁊ illud est impossibile. Veruntamen dicit dñs Bon̄. dist. l. iij. lib. ꝙ mala volūtas dicit dupliciter: scz actus ⁊ habitus. Timor ergo seruilis dānatis nō aufert habitum male volūtatis: sed aufert actū. Iste enim non vult luxuriari: q: timet puniri de ipsa: tm̄ voluntate habitus non aufert: q: si separetur impunitas vtiq̄ vellet luxuriari. Sic est intelligendum in dānatis: ꝙ dolor penalis aufert ab ipsorū volūtate actum volēdi peccare: q: reuera damnati non appetunt luxuriari nec dominari propter penas quas ex illis actibus sentiunt se incurrisse: Habēt tm̄

habitum male volũtatis per quẽ appe
terent peccare si non crederẽt ex hoc pu-
niri. Damnati ergo vellent se non pec-
casse: non propter hoc ꝙ peccatum eis
displiceat: qꝛ iniustũ: sed qꝛ displicet eis
pena iusta. Et ideo malã habẽt volũta-
tem hoc volẽdo: et ideo adhuc viuit in
eis volũtas peccãdi: licꝫ dolore penarũ
impediat̃ ne ereat in actũ suũ. ¶ Tertiũ
qđ dãnati appetunt est sui annihilatio
Et circa hoc varie opinati sunt etiã ma
gni doctores: an scilꝫ damnati vellẽt nõ
esse. Quidã nãqꝫ dicũt ꝙ damnati non
possunt velle nõ esse: qꝛ hoc nõ est appe
tibile nec per accidens nec per se. ⁊ alle-
gant Augu. in libro de libero arbitrio
dicentẽ: Si quis dixerit non esse q̃ mi-
serum esse me mallem: respõdeo menti-
ris. Insup ⁊ Aristo. in. ij. de aĩa di. Oĩa
appetũt esse: ⁊ illius causa agũt quicq̃d
agũt ꝟm naturã. Et idẽ Aug. libro de li
bero arbitrio. Considera quantũ bonuꝫ
est esse: qđ et beati et miseri volunt. Et
idẽ. xj. li. de ciui. dei. c. xxvij. inquit: Ita
ꝟo vi quadã naturali ipsum esse iocun-
dum est: vt nõ ob aliud et hi qui miseri
sunt nolint interire. Et paulo inferius
ait: Quid aĩalia oĩa etiam irrationalia
quibus nõ est datũ ista cogitare: ab im
mẽsis draconibus vsqꝫ ad exiguos ver-
miculos. Nõne se esse velle atqꝫ ob hoc
interitum fugere oĩbus quib⁹ possunt
motibus indicant? Est adhuc in prom-
ptu ratio talis ꝙ preelectio supponit
electionem. Sed nõ esse nõ est eligibile
qꝛ omne eligibile habet apparentiã bo-
ni: sed ipsum nõ esse nõ hꝫ apparentiaꝫ
boni: qꝛ qđ apparet bonũ apparet esse:
ergo ⁊c. Alij autem doctores vt doctor
subtilis Richardus de media villa. et
dñs Bona. dist. lj. iiij. dicunt ꝙ damna
ti vellẽt non esse: non volũtate natura-
li: qm̃ id velle nõ possunt: qꝛ esse in pe-
na melius est q̃ nihil esse: cũ in nihili-
tate nulla penitus sit bonitas. Et sicut
dicit Phs. ij. de generatione. In oĩbus
in quibus est esse melius est desiderare
naturam: loquẽdo de melioritate natu
rali. Volunt ergo damnati se non esse
volũtate deliberatiua: nõ per se: sed per
accidẽs: inquãtũ scꝫ ad nõ esse sequitur
carẽtia pene quã per se appetũt. Vidẽt
em̃ ex suo esse ꝙ nõ possint cõsequi de-
lectationẽ nec vtilitatẽ: nec per suũ esse
vidẽt posse acquirere aliquod bonum:
ideo nõ est mirum si tali esse vellent ca-
rere vt malis que essendo ꝓpatiuntur ca
rerent. Nam non tm̃ bonũ est per se ob-
iectum volũtatis: sed etiam carẽtia ma
li q̃uis nõ primo. Quapropter dicitur
v. Ethico. c. vj. ꝙ in boni ratione fit mi-
nus malũ ad maius malum: qꝛ minus
malũ magis est eligibile maiori. Et ra-
tione huius carentie mali non esse per
esse apprehensum potest esse: damnate
volũtatis obiectum. Ex quibus colligi
mus hãc secundã opinionẽ sequẽtes ꝙ
tãta pena dãnati vexantur vt si possibi
le esset vellẽt nõ esse. Et hoc est qđ Jo-
han. dixit Apoca. ix. In diebus illis que
rent homines mortem et non inueniẽt
eam: desiderabunt mori et fugiet mors
ab eis. Et Augusti. libro de miseria hu-
ius mũdi dicit. O mors q̃dulcis es qui
bus tam amara fuisti. Te solam deside-
rant qui te vehementer oderunt. Et si
queratur cur deus dãnatos esse nõ pri-
uat ⁊ ad nihilũ redigit. Respõdet Tho.
j. ij. q. lxxxvij. ar. iiij. in solutione primi
argumẽti: ꝙ hoc est ꝓpter tres causas.
Prima est: quia redigi in nihilum eum
qui peccat nõ conuenit diuine iusticie:
qꝛ repugnat perpetuitati pene que est
ꝟm diuinã iusticiã. Secunda est: qꝛ esse
presupponitur ad meritũ ⁊ demeritũ.
Tertia ratio est: quia per inordinationẽ
peccati esse nõ tollit̃ vel corrumpitur. ⁊
ideo priuatio esse: nõ põt esse pena debi
ta alicuius culpe. Dicit̃ tñ metaphorice
in nihilũ redigi. ꝟm illud ps. xiiij. Ad ni
hilũ deduct⁹ est i ꝯspectu ei⁹ malign⁹: qꝛ
scꝫ spũalib⁹ bonis priuat̃. Vñ ⁊. j. Cor.
xiij. Si charitatẽ nõ habuero nihil suꝫ.
¶ Qꝛ grauissima erit pena dãnatoꝝ eo
ꝙ erũt desperati: nec suffragia ecclesie
possunt eis ꝓdesse aut cõicari. Cap. iij.

Tertia ratio ostēdēs grauitatem pene dānatoꝝ dicitur desperatio. Nam inter tot asperrima mala hoc eis vnū supadditum adauget ipsoꝝ dolorez: qꝛ videlz desperati sunt sciētes ⁊ experiētes nullo ecclie suffragio eorū penā posse mitigari. Nā si colligerētur in vnū oēs lachryme: oēs orationes: oīa ieiunia: oīaq; pietatis opa quorūcunq; iustoꝝ qui in hoc mūdo placuerūt deo ⁊ offerētur pro vno dānato: nihil ei ꝓdessent. Et licz quidam canoniste dixerint ꝙ suffragia ecclesie licet non ꝓsint dānatis quantū ad liberationē a pena: prosunt tñ quātum ad aliquam mitigationē siue alleuiationem. Cōtra eos est sentētia theologoꝝ. xlv. dist. iiij. libri dicētium: ꝙ suffragia ecclesie nullo modo prosunt dānatis eo ꝙ sunt extra charitatē: ⁊ cum nō sint ad vitā ordinati: nec possint beatitudie participare nō sunt ex charitate diligēdi. Charitas autē est que facit suffragiū acceptabile. Ob qd̄ suffragia ipsis nihil ꝓsunt. hec Rich. Ideo dicit. xiij. q. ij. c. pro obeuntibus. Pro obeuntibus quippe consuluisse cognosceris si liceat ꝓ eis oblatiōes offerri. Sancta sic tenet ecclesia vt quisq; ꝓ mortuis vere christianis offerat oblationes: atq; presbyter memoriā eoꝝ faciat. Et q̄uis omnes peccatis subiaceamus cōgruit vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat ⁊ intercedat: nō tamen pro impijs q̄uis christiani fuerint: tale quid agere licebit. hec ibi. Et idē ponitur in. c. cuz marthe. ex̄ de cele. missa. Sed cōtra hanc opinionem inducūt aliqui exēplum Traiani: de quo legitur in vita beati Gregorij: ꝙ cū quodam die ipse festinaret ad bellū vidua quedam occurrit ei dicens: Obsecro vt sanguinē filij mei innocenter perempti vindicare digneris. Cunq; Traianus si sanus reuerteretur dixisset se vindicare: vidua dixit: Et quis mihi hoc prestabit si tu in prelio mortuus fueris? Traianus respōdit. Ille qui post me imperabit. Cui vidua. Et quid tibi proderit si alter mihi iusticiā fecerit? Traianꝰ dixit: Utiq; nihil. Et vidua. Nōne inquit meliꝰ est vt tu mihi iusticiā facias q̄ alteri hāc transmittas? Tūc traianus pie cōmotus de equo descendit: ⁊ vidue iusticiā ministrauit. Fertur nāq; ꝙ dū filius Traiani ꝑ vrbē equitādo nimis lasciue discurreret: filiū vidue interemit. ⁊ Traianus filiū suū qui hoc fecerat vidue loco filij sui defuncti tradidit: ⁊ magnifice ipsaz dotauit. Dū igit̄ quadā vice defuncto Traiano Gregoriꝰ ꝑ forum traiani trāsiret: et eiꝰ māsuetudinis recordatus fuisset ad sancti Petri basilicam ꝑuenit: ⁊ ibidē ꝓ eiꝰ errore amarissime fleuit. Tūc sibi diuinitus respōsuz est. Ecce petitionē tuā cōpleui: ⁊ Traiano penā eternā peperci. Decetero autē caue ne ꝓ dānato aliquo p̄ces fundas. Damascenus aūt in quodā suo sermone dicit: ꝙ Gregoriꝰ audiuit vocē eū diuinitus alloquētē: Uocē tuā audiui et Traiano veniam do. Patet ergo ex hoc exēplo ꝙ oratio Gregorij profuit traiano dānato. Sed sup hoc diuersi diuersa sunt opinati. Aliqui em̄ dixerūt ꝙ Traianus fuit reuocatꝰ ad vitā vbi gratiaz cōsecutus est: ⁊ veniā meruit: ⁊ sic gloriā obtinuit. Alij aūt dixerūt ꝙ aīa traiani nō fuit simplr̄ a reatu pene eterne absoluta: sed eiꝰ pena vsq; ad tēpus: scz vsq; ad diē iudicij fuit suspēsa. Alij aūt inquiunt sicut est Johannes diaconus qui vitā beati Gregorij descripsit ꝙ nō legitur orasse sed fleuisse: et frequenter deus misertus concedit qd̄ homo q̄uis desiderans petere non presumit. Jō aīa traiani nō fuit ab inferno liberata ⁊ in paradiso reposita: sed tātum ab inferni cruciatibus facta exempta. Potest eniz anima ⁊ i inferno existere: ⁊ inferni cruciatus per dei misericordiā nō sentire. Aliorum tamen opinio communior est et verior: ꝙ traianus et a pena liberatus ⁊ ad gloriam sit assumptus oratione beati Gregorij. Quod non est factuz ꝑm communem legem: sed ꝑm dispen-

satione diuine sapiētie: que preuidens Gregō. oraturum pro traiano nō dānauit ipm per diffinitiuā sententiam. Et ideo nō est dicēdum ex illo exēplo vno ⁊ singulari q̄ dānatis per diffinitiuaz sentētiā ecclesie suffragia prosint cum nec ī minimo possint fauere. Quin immo audiēdū est salubre documētum ⁊ obseruandū sapiētis. Eccs. ix. Quēcūqz inquit potest manus tua facere: instanter opare: quia nec opus nec ratio nec scientia nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas. O igitur dolēda dānatoz pena que mitigari ⁊ adiuuari nullo modo potest: nō ꝓpijs viribus: nō lachrymis: nō diuitijs: nō amicoz suffragijs: nō amicoz potētia: nō denicz alia oīm creaturarū industria. O timēda vindicta dei ad cuius conspectū velut cera ante faciē ignis peccatores eliquescent. O peccatores inebriati dulcedine bonoz huius seculi fugite irā dei: ⁊ nolite pugnare cū omnipotenti deo: qui damnatis vt dictū est tam tremenda cōminatur mala: a quibus nos ipe per suaz clemētiā liberet: cui est honor et omnis laus ⁊ gloria p infinita seculorum secula. Amen.

¶ Sabbato post dominicam in sexagesima de grauitate pene damnatorū ad terrorem incorrigibilium et obstinatorum. Sermo. xiiij.

CRuciabuntur die ac nocte in secula seculoz. Apoc. xx. Cū mente reuoluo quāte erūt in inferno angustie reproboz: admirari plurimuz cogor: cur tādiu pctōres dissimulāt agere pniam. Et certe si de his malis de q̄bus loq̄mur: aut nunq̄: aut post lōgissima spacia tēpoz traherent: aliqualē de sua ipenitētia excusationē haberēt. Sz cū tā exiguū velocissimūcz sit huius labilis vite tps post qō mali incorrigibiles descēdūt ad tartara: nescio q̄d ipsi dicere possint. Reprehēsibiles quidē sunt ꝓ sua tarditate merito redarguēdi. Et licz in pcedētibus explicauerim multa que duras mētes domare sufficiūt: tū adhuc de grauitate pene damnatoz nōnulla occurrunt ꝓsideranda: quoz ꝓsideratione diligenti molliātur pertinaces mētes obstinatoz peccatoruz. ¶ Dicemus ergo q̄ grauissima est ⁊ satis acerba pena damnatoz adhuc triplici ratione.

Prima dicit combustio.
Secūda dicit superatio.
Tertia dr priuatio.

¶ Qualiter dānati patiuntur acerbissimam penam propter ignem infernū: et de illius ignis terribilissimis cōditionibus. Capitulū. j.

PRima rō qua ostēdit grauitas pene damnatoz dr cōbustio. Tradentur nāqz dānati miseri eternis ignib⁹ cōburēdi. Et hoc colligit ex scripturis sacris. Vñ Job. xx. dr: Deuorabit eos ignis q̄ nō succenditur. Et Judith vlti. Dabit ignē ⁊ vermes ī carnes eoz. Et Abacuc ij. Laborabūt populi in multo igne. Et Esaie vlti. Vermis eoz nō morietur: et ignis eoz non extinguet. Et Dauid in ps. x. Pluet sup pctōres laqueos ignis. Et Ezech. xxij. In igne ire mee ꝓsumpsi eos. ⁊ Apoca. xviij. In vna die venient plage ei⁹ mors ⁊ luctus ⁊ fames ⁊ igne cōburet. Et Apoc. xx. Qui nō est inuentus in libro vite script⁹: missus est ī stagnū ignis. ⁊ Mat. xiij. Exibūt angeli ⁊ separabūt malos de medio iustorum: et mittēt eos ī caminū ignis. ⁊ Mat. vij. Oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū excidet: ⁊ ī ignē mittet. ⁊ Mat. xviij. Bonū est tibi vnū oculū habētē ī vitā intrare ꝙ duos oculos habētē mitti in gehēnā ignis. Et Mat. x. Eū timete q̄ hz ptātē aiam ⁊ corpus perdere in gehēnam. Et Mat. xxv. Ite maledicti ī ignē eternū. Verūtū de hoc igne dubitat circa tria.

Primo circa veritatem.
Scōo circa potestatem.
Tertio circa qualitatē.

¶ Prīo ꝯtingit dubitare de īferni igne circa ṽitatē. An scz sit ignis ver⁹ habēs formā ⁊ naturā ⁊ speciē ignis. Et rn̄det Rich. in. iiij. sn̄iarū: ꝙ quorūdā opinio fuit ꝙ ille ignis nō sit corpore⁹: sed est q̄dā spūalis pena: q̄ ꝓpter suū acumen metaphorice dr̄ ignis: qr vt ipsi dicunt: Cū diuina potētia reprobos possit cruciare sufficiēter spūali pena: supfluum fuisset ī inferno ponere corporeū ignē. Et ad hoc adducūt illud Luc. xvj. de diuite q̄ dicebat linguā suā cruciari ī hac flāma. Cū em̄ cōstet aīam illius diuitis linguā corporalē nō habuisse videt ꝙ sicut scriptura ibi de lingua loquit metaphorice aliq̄d spūale vocans linguā: ita aliquā penā spūalem metaphorice vocet ignē. Sed opinio ista falsa est ⁊ contra scripturā que distinguit inter ignez ⁊ dānatoꝝ penā spūalē: que vocat noīe vermis. Vn̄ Ecc̄i. vij. Vindicta carnis impij ignis ⁊ ṽmis. Jō cōiter doctores oēs cōcludūt. xliiij. dist. iiij. ꝙ in inferno est ignis corporeus a principio mundi cū alijs creaturis ꝓductus ⁊ ordinatus ad reprobos cruciandū. Et hoc asserit Aug. in lib. de mirabilib⁹ sacre scripture. Et idē in li. xxj. de ciui. dei. c. x. ait: Gehēna illa q̄d etiā stagnū ignis ⁊ sulphuris dictū est corpore⁹ ignis erit. Cui consonat illud Greg. in. iiij. dial. lib. di. Jgnē gehēne corporeū esse nō ambigo. Et ṽm theol. ignis ille quantū ad illud q̄d in eo est de essentia ignis est eiusdez speciei cū igne elemētali: qr sicut oīs aq̄ om̄i aq̄ est eadē specie ṽm pb̄m. j. Topi. ita oīs ignis omni igni est idem specie. Diuersificat tn̄ quoad dispositionem ⁊ operationē: qr sibi cōpetit aliqua actio que igni elementali nō cōuenit. Nam ignis ī aliena materia multū diuersificatur in operationibus suis ṽm exigentiā dispositionis materie. Q̄d aperte pz in fulgure: vbi ignis respectū habet ad diuersas materias: ṽm diuersitatē celestis influentie in materia incorporate. Vn̄ aliq̄n nō ledit materiā mollē ⁊ dissoluit durā: ⁊ ecōuerso: q̄nq̄z calefacit ⁊ nō cōburit: ⁊ ecōuerso. Aliqui tn̄ opinant ꝙ in inferno sit ignis in materia ꝓpria: q̄uis id nō luceat nisi ad modicum et satis imperfecte. Patet ergo ꝙ in inferno verus est ignis ad malorum cruciatū dispositus ⁊ deputat⁹. Scd̄o cōtingit dubitare de igne inferni circa potestatē. Utrum. s. possit incorporeos angelos ⁊ spūs separatos cruciare. Et ad istā questionē multi multipliciter responderūt. Nā quidam dixerunt spūs separatos igne nō affligi nisi per priuationē boni desiderati. Ex qua priuatione tanq̄z quodam malo presenti in eis vehemens tristicia generat. Et hec fuit opinio Algazelis. vj. li. physicoꝝ. Sed cōtra hanc sunt dicta sctōꝝ di. spūs incorporeos posse pena corporalis ignis affligi: sicut aperte di. Greg. in. iiij. lib. dial. ⁊ Aug. xxj. li. de ciui. dei. c. x. Jdeo alij dicūt spūs separatos cruciari igne corporeo inquātum vidēt ipsum preparatum ad hoc vt eo crucient in corporibus suis: sicut latro suspendendus patibulo ipsum vidēdo cruciat anteq̄z suspendatur in eo. Et hec opinio nō sufficit: qr nullo mō pōt ad angelos malos applicari: qui tn̄ illo igne in perpetuuz cruciabuntur. Quidā aūt alij dicunt ꝙ cruciabuntur igne corporeo inquantū eorum intellectui imprimetur superexcellēs illius ignis similitudo. Sed hoc dictum deficit: quia ṽm philosophum iij. de anima. Non sic excellentia intelligibilis ledit intellectum sicut excellentia sensibilis ledit sensum: qr post excellens sensibile sensus impeditur in sentiendo: sed intellectus post excellens intelligibile nō minus intelligit infima: sed magis: qr sensus apprehendit ꝑ organū corporeū: intellectus aūt nō. Nōnulli insup tenēt ꝙ spūs separati igne corporeo crucient nō inquantū ipsum apprehendunt apprehensione simplici sed cuz firma estimatione ꝙ est cōtrari⁹ sue nature q̄uis estimatio falsa sit. Unde Auic. ix. meta. loquens de dispositione animarum corporibus separa-

tarum dicit sic. Anime male vident pe
nā quā imaginauerunt in hoc mūdo ⁊
affligūtur in ea. Forma eñ imaginata
non est debilior sensibili sed est maior
impressione ⁊ claritate: sicut videmus
in somnijs. Fortasse enim somniarum
maius est pro modulo suo q̄ sensibile
tūc quāto magis illud qd̄ est in alio se-
culo est fortius q̄ quod est in somnijs
propter paucitatē impediētiū ⁊ expedi
tionē anime ⁊ claritatē recipiētis. Sz
hec opinio incōueniēs videt: quia s̄m
hoc spūs nō paterētur ab igne corpo-
reo: sed a sua falsa estimatione. Prete-
rea nō videtur ꝓbabile ꝙ demones q̄
subtilitate ingenij vigēt: illū ignē esti-
marēt sue nature cōtrariū ⁊ lesiuū nisi
ita esset in re. Alij adhuc dicūt ꝙ spūs
patiūtur ab igne corporeo nō per vir-
tutē illius ignis absolute sed inquātū
est instrumētū diuine iusticie. Videm⁹
eñ res multas habere actiōes in vir-
tute principalis agentis que eis nō cō
peterent absolute. Verbi gratia. calor
naturalis in virtute anime conuertit
nutrimētū in carnē. Lumen solare a lu
na receptū ⁊ cū virtute lune ab eo diri
uatū in virtute lune generat humidita
tem: ⁊ fantasma in virtute luminis in-
tellectus agētis mouet intellectū possi
bilem. Corpora celestia cū inanimata
sint: tñ in virtute intelligentiarū modi
cuz generant in his inferioribus vitā.
vt ptz in generatis per putrefactionē.
Securis in virtute motoris scindit ar
borē. Tenēdo ergo ꝙ ignis affligat spi
ritus inquātū est instrumētū diuine iu
sticie adhuc ꝑquirēdū est magis in spe
ciali: per quē modū dicūt aliq̄ ꝙ supna
turaliter ipressa est igni infernali q̄dā
specialis virtus per quaz spūs affligit
naturali v̄tute igne ad hoc non coope-
rante nec disponente: q̄ vt dicunt non
est possibile vt aliqua virtus naturalis
cooperet̄ in supernaturali actione: cū
per se ad eā nullo modo: nec complete
nec incōplete possit attingere. Pro tā-
to ergo ille ignis affligere d̄r spirit⁹: q̄r
supernaturalis virt⁹ existēs in eo sicut
in subiecto illos affligit: sicut aliq̄ sub-
stātia supnaturaliter dealbata posset
dici visum disgregare. Sed hec opinio
in trib⁹ deficit. Vnū est ꝙ s̄m eā ignis
nō affligit illos spūs vt instr̄m: q̄r opz
ꝙ in instr̄o sit aliqua naturalis aptitu
do ad illā actionē ad quā applicatur a
virtute motoris vt ptz in securi respe-
ctu act⁹ scindendi ⁊ in malleo respectu
actus cōterēdi. Aliud est q̄r nō videtur
ꝓbabile v̄tutē spūalē esse imediate in
re corporali sicut in subiecto: ita vt sit
ibi manēs ⁊ nō in fieri sicut ponit opi-
nio p̄dicta. Tertiū est ꝙ videm⁹ natu-
rale lumē rōnis ꝑ qd̄ solū itellect⁹ nul-
lo mō pōt attingere ad visionē dei: co-
operari cū lumīe glorie ad illā visionē.
Verūtamē q̄r in actione supernaturali
que a deo non est mediāte finita v̄tute:
sed tm̄modo immediate: vt creare non
pōt cooperari v̄tus supnaturalis. Iccir
co di. Rich. ꝙ ignis infernalis nō ob-
stāte ꝙ sit corpore⁹ spūs separatos affli
git inquātum est diuine iusticie instru-
mentū: eos affligit afflictione ad quam
disponit naturalis v̄tus illi⁹ ignis nec
tñ qualēcūqz afflictionē pōt causare in
illis spiritib⁹ nisi in v̄tute increate iusti
cie principaliter illos spiritus punien-
tis: mouētis: ⁊ dirigētis illū ignē ad il-
lorꝫ spirituū cruciatuz. In illo eñ igne
est naturalis aptitudo vt ei⁹ species re-
cipiat̄ in intellectu spūs separati: s̄ ꝙ
ꝑ talē modū in illo intellectu imprimat̄
⁊ vehementia talis ꝙ ita ad se reuocat
seu cōuertit intētionē ipsi⁹ spūs ꝙ per
hoc ita notabiliter impediat̄ in illaruz
rerū ꝯsideratiōe ꝯ suā volūtatē ⁊ ꝙ ta
le impedimētum sit sibi ꝑ graui onere:
hoc est per v̄tutē iusticie indite. In illo
etiam igne est naturalis aptitudo vt in
ipso sit ipūs separat⁹ sicut i loco diffini
tiue. Sed ꝙ spiritū separatū detineat
ꝯ suā volūtatē hoc ei cōuenit in v̄tute
iusticie indite. Illa aūt inuolūtaria de-
tētio est ipsi reprobo spūi inexplicabilis
cruciat⁹: q̄uis etiā ille ignis sua v̄tute

naturali tm̄ nō posset in spū sepato cau
sare dispositionē repugnātē illi disposi
tioni q̄ cōuenit esse spūs ꝑm debitū sta-
tū sue nature: tm̄ in eiꝰ causatiōe coope-
rat̄ ꝟtute indite iusticie: inquātū est in-
strumētū eiꝰ. Et apprehēsione aūt p̄di-
cte dispositiōis que ꝯria est bono statui
nature: generat̄ in ipo reprobo spū cru-
ciatus experimētalis. Vñ Greg. iiij. dia
lo. di. ꝙ aīa nō solū vidēdo: sed etiā ex-
periēdo incēdiū patit̄. Per pctm̄ aūt in
spū est dispositio vt igni infernali mō
p̄dicto in patiendo subdat̄. Et sic pz ꝙ
deo volēte poterit ignis affligere spūs
separatos. ¶ Tertio cōtingit dubitare
de igne inferni circa qualitatē seu ꝑpe-
tuitatē. Vñ scz erit ꝙ post generalē re-
surrectionē corpa dānatoꝝ in illo igne
ꝑpetuo patient̄ ⁊ nec ignis deficiet: nec
corpa illa ꝯsument̄. Et licz possint mul
ta dici: tm̄ principalis rō est ordo diuine
iusticie. Vt em̄ inq̄t Rich. ille ordo exi-
git illa corpa in eternis supplicijs fore
ꝑmāsura: ⁊ iō assistēte influētia dei ge-
nerali: ad hoc vt ignis ille infernalis il-
la corpa fortiter calefaciat ⁊ affligat: nō
adest tm̄ ad h̄ vt ꝯsumat. Sicut aūt crea
tura non pōt manere in esse suo: nisi in
supposita influētia dei generali ꝑm ꝙ
dicit Aug. iiij. sup Gen. ad lr̄am. ⁊ com
mētator sup prima ꝓpositione de cau-
sis. sic dico ꝙ actionem suā hr̄e nō pōt:
nisi illa influentia generali assistente:
sicut patuit in passione iesu christi quā-
do fuerunt tenebre super vniuersaz ter
ram: non super terrā iudeoꝝ tm̄ vt ali-
qui senserūt ⁊ male. Eclypsis aūt solis
per vniuersum orbē nō potuisset esse ꝑ
solam interpositionē lune: vñ cuz inter
positione lune fuit alia causa. s. qz influ
entia generalis cause prime tūc nō af-
fuit soli ad irradiādū. Et sicut hec influ
entia adesse pōt ad hoc vt res sit ⁊ non
operetur: ita aliqñ adest ad hoc vt crea
tura habeat vnam sui actionem: ⁊ non
aliam. Et hec est principalis ratio qua
re ignis infernalis calefaciat damnato
rum corpora ⁊ affligat: nec tm̄ cōsumet.

hec Richar. Aug. vo. xxj. li. de ciui. dei.
oēs hmōi operatiōes ignis infernalis
attribuit volūtati ⁊ potentie dei a quo
sunt de nihilo in esse cuncta producta
diuersisq̄z nature sue proprietatibus ⁊
legibus regulata. Vñ. c. ij. eiusdē li. ait:
Ostēdam vñ ꝯuincant̄ increduli posse
humana corpora aīata atq̄z viuētia nō
solū nūq̄z morte dissolui: sed in eterno-
rū q̄z igniū durare tormētis. Nolūt em̄
hoc ad oīpotētis nos referre potētiam
sed aliquo exēplo ꝑsuaderi sibi flagitāt
Quibus si respōdebimus esse aīalia ꝓ
fecto corruptibilia qz mortalia: q̄ tm̄ in
medijs ignibus viuāt: nō nullū etiā ge
nus vermiū in calidarū aquarū scaturi
gine reperiri: quarū feruorē nemo im-
pune cōtrectat. Illos aūt nō soluz sine
vlla sui lesiōe ibi esse: sz extra eē nō pos-
se: aut nolūt credere si ostēdere nō vale
mus: aut si valuerimus suis oculis de-
mōstrare res ipsas: siue ꝑ testes idone-
os edocere: nō satis hoc esse ad exēpluz
rei: de qua questio est eadē infidelitatē
cōtendēt. Quia hec aīalia nec semꝑ vi-
uūt: ⁊ in illis feruoribꝰ siue doloribꝰ vi-
uunt: sue q̄ppe nature ꝯueniētibꝰ vege
tant̄ illis: nō cruciant̄ elemētis: q̄si nō
incredibilius sit vegetari q̄z cruciari ta
libꝰ rebꝰ. Mirabile est em̄ dolere ī igni
bꝰ ⁊ tm̄ viuere: sed mirabilius viuere in
ignibꝰ nec dolere. Si aūt hoc creditur:
cur nō ⁊ illud. ⁊. iiij. c. dicti li. idem ait:
Quid adhuc a nobis rerū poscunt̄ exē-
pla q̄bus doceamus nō esse incredibile
vt hoīm corpa sempiterno supplicio pu
nitoꝝ ⁊ in igne aīam nō amittāt: ⁊ sine
detrimēto ardeāt: ⁊ sine īteritu doleāt.
Habebit em̄ tūc ista carnis sub̄a q̄lita-
tē suā ab illo īditā q̄ tā miras ⁊ varias
tot rebꝰ īdidit q̄s videmꝰ: vt eas qz mul
te sunt nō miremur. Nā sicut scripserūt
q̄ naturas aīaliū curiosius indagarūt,
Salamādra in ignibus viuit. Et q̄daz
notissimi sicilie mōtes q̄ tāta tꝑis diu-
turnitate ac vetustate vsq̄z nūc: ac dein
ceps flammis estuant: atq̄z integri ꝑse
uerāt: satis idonei testes sunt nō omne

qō ardet absumi: ⁊ oīno indicāt nō oē qō dolere pōt posse etiā mori. Quis eīm nisi deus creator oīm dedit carni pauonis mortui ne putresceret: qō cum audiru incredibile videret: euenit vt apud carthaginez cocta nobis apponeretur hec auis: de cuius pectore pulparū quā tū visum est decerptū seruari iussimus. Qō post dierū tantū spaciū quāto alia caro quecūq; cocta putresceret ꝓlatuz atq; oblatū nihil nostrū offendit olfactum. Ytēq; repositū est post dies amplius q̄ triginta: idē qō erat inuētum est. Jdēq; post annū: nisi q̄ aliquātulū corpulentie ficcionis ⁊ cōtractionis fuit Quis palee dedit vel tā frigidā vim vt obrutas niues seruet: vel tā feruidā vt poma immatura maturet? De ipo igne mira q̄s explicet? quo quecq; adusta nigrescunt cū ipse sit lucidus ⁊ pene oīa q̄ ambit ⁊ lambit colore pulcherrimus decolorat: atq; ex pruna fulgida carbonem terrimū reddit. Necq; id quasi regulariter diffinitū est. Nā ecōtrario lapides igne candēte decocti ⁊ ipsi fiunt cādidi: ⁊ q̄uis magis ille rubeat illi albido colore nitescāt: cōgruit tū illi luci qō albū est sicut nigrū tenebris. Cum itaq; ignis in lignis ardeat vt lapides coquat: cōtrarios habet nō in ꝓtrarijs rebus effectus. Etsi eīm lapides ⁊ ligna diuersa sint cōtraria: tū nō sunt sicut albū ⁊ nigrū: quoz vnū in lapidibus alterū facit in lignis: clarus illos clarificans: hec obscurās: cū in illis deficeret nisi in istis viuerer. Quid in carbonib⁹? Nōne mirāda res est ⁊ tāta infirmitas vt ictu leuissimo franganť: pressu facillimo cōterantur: ⁊ tāta firmitas vt nullo humore corrumpanť: nulla etate vincanť: vsq; adeo vt eos substernere soleant qui limites figunt ad conuincēdū litigatorē: q̄s q̄s post quātalibet tpa extiterit: firmq; lapidē limitē nō esse contenderit? Quis eos in terra humida in fossos vbi ligna putrescerēt tādiu durare incorruptibiliter posse: nisi reruz ille corrupto: ignz efficiat. Jntueamur etiā miraculū calcis: excepto eo de quo eam satis diximus: q̄ igne cādescat quo alia tetra reddunť: etiā occultissime ab igne ignē cōcipit eūq; iā gleba tāgentibus frigida fit ignē tā latēter seruat: vt nulli nostro sensui ꝓsus appareat: sed cōpertus experimēto etiā dū nō apparet sciať esse sopitus: ꝓpter qō eā viuā calcem loquimur: velut ipse ignis latens aīa fit inuisibilis visibilis corporis. Jaz ꝟo q̄mirū est q̄ cū extinguit tūc accendit. Ut eīm occulto igne careat aqua ei infundit: aquaue pfundit: ⁊ cū ante fit frigida inde feruescit: vñ feruētia cūcta frigescūt. Velut expirante ergo illa gleba discedēs ignis qui latebat apparet: ac deinde tanq; mortua sic frigida est: vt adiecta vnda nō fit arsura: ⁊ quam calcē vocabamus viuā vocemus extinctam. Quid est qō huic miraculo addi posse videať? ⁊ tñ addit. Nā si nō adhibeas aquā sed oleū qō magis fomes est ignis: nulla eius pfusione vel infusione feruescit. Hoc miraculū si de aliquo indico lapide legeremus siue audiremus ⁊ in nostrū experimētū venire nō posset ꝓfecto aut mendaciū putaremus: aut certe granditer miraremur. Quarū ꝟo reruz ante nostros oculos quotidiana documenta versanť: nō genere minus mirabili: sed ipsa assiduitate vilescunt: ita vt ex ipsa india q̄ remota est pars orbis a nobis deferimus nōnulla mirari q̄ ad nos potuerūt mirāda pduci. Ada mantē lapidē multi apud nos habēt: ⁊ maxime aurifices insignitoz eoq; gēmarum: q̄ lapis nec ferro nec igne: nec alia vi vlla perhibeť ꝓterq; hircino sanguine vinci. Sed qui eū habēt atq; nouerunt nūquid id miranť vt hi q̄bus primum eius ostendit potētia? Quib⁹ aūt nō ostenditur forsasse nō credūt: aut si credūt inexperta miranť: ⁊ si cōtigerit experiri adhuc q̄dem miranť insolita. Sz assiduitas experiēdi paulatim subtrahit admirationis inctamentū. Ada gnetē lapidē nouimus mirabiles ferri esse raptorē: qō cū primū vidi vehemēt

Primū mysteriū ꝯtēplandū de signis d̄r ꝯditio. In quo videre debem⁹ q̄lia erūt et cui⁹ ꝯditiōis signa iudicij. Uñ Ric.in.iiij.xlviij.di.ar.j.q.iij. inducit Hiero. q̄ in annalib⁹ iudeorū scribit se legisse.xv. signa q̄ sunt hec. Prima die oīa maria exaltabūtur xv. cubitis supra oēs mōtes. Scd̄a die oīa equora ꝓsternent̄ in ꝓfundū: ita vt vix possint videri. Tertia die redigētur in statū antiquū. Quarta oēs q̄ belue q̄ mouent̄ in aq̄s ꝯgregabunt̄ ⁊ eleuabunt̄ sup aquas mugiētes. Quīta oīa volatilia celi ꝯgregabunt̄ in cāpis ⁊ nō gustabūt neq̄ꝫ bibēt: sꝫ emittent voces quasdaꝫ quasi flebiles. Sexta flamina surgēt ab occasu solis ignea ꝯ faciē firmamēti vsq̄ꝫ ad ortū currētia. Septima oīa sydera erratica ⁊ fixa spergent ex se igneas comas: sicut comete. Octaua magn⁹ terremot⁹ erit: ita vt oīs alta edificia ꝓsternant̄. Nona oēs lapides scindent̄ ⁊ vna petra collidet aliā. Decima oēs plāte fluēt sanguineū rorem. Undecima oēs montes ⁊ colles ⁊ edificia in puluerē redigent̄: Duodecima oīa aīalia veniēt ad cāpos de siluis ⁊ mōtib⁹ rugiētia ⁊ nihil gustātia. Decima tertia om̄ia sepulcra ab ortu solis vsq̄ꝫ ad occasum patebūt cadaueribus ad resurgēdū. Decima q̄rta hoīes de habitaculis suis recedēt discurrēdo attonitivelut amētes ⁊ nō audiētes loqui. Decima q̄nta oēs hoīes morient̄ ⁊ re-

surgēt cū mortuis lōge añ defunctꝫ. Et
q̄uis īcertum sit vtrū talia signa sint
p̄cessura iudiciū: cū Hiero. ea non affir
met sed tm̄ legisse se asserat tñ ex euan
gelij textu tria signa infallibiliter ⁊ cer
titudinaliter colliguntur.

Primū d̄r corpoꝝ celestiū īmutatio.
Scd̄m euāgelicaꝝ virtutū cōmotio
Tertiū signi redēptoris apparitio.

¶ Primū signū hr̄ Mat. xxiiij. vbi d̄r:
Sol obscurabit̄ ⁊ luna nō dabit lumē
suum: ⁊ stelle cadēt de celo. Et Lu. xxj.
Erūt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. Et h̄
p̄dixit Esa. xiij. Stelle celi ⁊ splēdor ea
rū nō expādēt lumē suū: obtenebratus
est sol in ortu suo: ⁊ luna nō splēdebit ī
lumine suo. ⁊ Apoc. viij. Quartꝰ āgelꝰ
tuba cecinit ⁊ p̄cussa est tertia ps solis
⁊ tertia ps lune et tertia ps stellaꝝ ita
vt obscuraret̄ tertia ps earū. Circa ob-
scurationē solis notādū est ſm Alex. in
iij. p̄te summe. q. xxv. mē. j. ar. j. ⁊ Ric.
q̄ sequunt̄ magr̄m. xlviij. di. q̄rti li. ar.
j. q. v. q̄ solē ⁊ lunā obscurari pōt ītel-
ligi vel in ip̄o aduētu iudicis. ⁊ sic dicū
tur obscurari nō sui luminis p̄uatione
sed supueniēte maioris luminis clari-
tate. Et h̄ p̄dixit Esa. xxiiij. Erubescet
luna ⁊ cōfundet̄ sol cū regnauerit dñs
exercituū in mōte syon ⁊ ī hierl'm: ⁊ in
cōspectu senū suoꝝ fuerit glorificatus.
Pōt etiā ītelligi solē et lunā obscurari
ante iudicis aduētū: ⁊ sic patient̄ ecly-
psim sup̄natural'r: qm̄ si paterent̄ p na-
turā nō oporteret hoc poni inter signa
cū multotiēs hoc acciderit. Sꝫ creden
dū est q̄ ꝯ naturā patient̄ sil' eclypsim
ad terrorē hoīm. Per naturā em̄ īpossi
bile esset q̄ sil' paterent̄ eclypsim: qꝛ na
turalis eclypsis solis causat̄ p interpo
sitionē lune inter aspectū nr̄m solisq̄.
Et naturalis eclypsis lune p ītерposi-
tionē terre diametral'r īter solē ⁊ lunā.
De illa ḡ eclypsi sic ꝓp̄hauit Johel'. ij.
Sol ꝯuertet̄ in tenebras ⁊ luna ī san-
guinē: anteq̄ veniat dies dñi magnꝰ ⁊
horribilis. De casu etiaꝫ stellarum ſm
Aug. xx. de ciui. dei. c. xxiiij. credēdū est
q̄ tropica sit illa locutio q̄ d̄r stellas ca
dere de celo: eo q̄ ꝓprie loquēdo veri-
ficari nō posset: qꝛ corpora celestia non
sunt grauia nec corruptibilia. vt dicit
Aristo. j. de celo ⁊ mūdo. Ideo dicūtur
cadere de celo: qꝛ videbunt̄ lumine suo
priuari superueniēte claritate maiori.
Vel pōt intelligi q̄ stelle cadēt de celo
quātū ad apparitionē: qꝛ inflāmati va
pores in tāta multitudine descēdet q̄
videbit̄ aspiciētibus q̄ sint stelle de ce
lo cadētes. ¶ Scd̄m signū erit angeli-
carū virtutum cōmotio. De quo Mat.
xxiiij. Virtutes celoꝝ mouebuntur. Et
hoc ſm doc. p̄fatos pōt dupl'r intelligi
Aut ꝓ ordine virtutū q̄ ſm Dio. lib. de
ange. hierar. est medi⁹ in media hierar
chia: aut ꝓ oībus celestibus spiritib⁹.
Primo modo ꝓ tāto virtutes celoꝝ cō
mouebunt̄: qꝛ angeli illi⁹ ordinis quoꝝ
offiū est circa mundū regimē gerere: fa
ciēdo aliqua facta insolida ad reuocan
dū mētes hoīm in deū: p modicū tp̄s:
ante xp̄i aduentū faciēt facta maioris
admirationis q̄ vnq̄ ante fecerint. Et
in ip̄o xp̄i aduētu mouere cessabūt cor
pora celestia. Accipiendo v̄o virtutes
pro oīb⁹ angelis beatis dicunt̄ moue-
ri ſm magr̄m nō metu dānationis vel
aliqua p̄turbatione pauoris: sꝫ quadā
admiratione eoꝝ q̄ videbūt. Et sic in-
telligitur illud Job. xxvj. Columne celi
pauēt ⁊ ꝯtremiscūt ad nutū ei⁹. ¶ Ter
tiū signum d̄r signi redēptoris appari-
tio. de quo in euāgel'. Mat. xxiiij. Tūc
apparebit signū filij hominis. Qd̄ mul
tipliciter pōt intelligi ſm Alex. in. iij.
Uno modo signū illud pōt dici signū
crucis. de quo cantat eccl'ia. Hoc signū
crucis erit in celo cū dñs adiudicandū
venerit. Et Chryſ. Crux apparebit sole
lucidior existens. Scd̄o modo pōt dici
signū passiōis in carne xp̄i. iuxta illud
Zach. xij. Videbūt in quē trāsfixerunt.
Et Apoc. j. c. Videbit eū oīs oculus et
qui eū pupugerunt. Tertio modo pōt
intelligi signū crucis impressum mēti-
bus fideliū. Hec sunt signa q̄ colligunt̄

ex euãgelio. Tñ vt Lucas addit. xxi. Et in terris erit pressura gentiũ pre ꝯfusione sonitꝰ maris ⁊ fluctuũ: vsq; vniuerso orbi. Jõ non est dubitandũ ꝙ ante diẽ iudicij videbuntur terribilia signa: nõ solũ in sole ⁊ luna ⁊ stellis: verũetiã in aere: in auibꝰ: in terra: in arboribꝰ: in mari: in animalibꝰ: in aquis: in fluminibus: et in omnibus abyssis.

¶ Q̃ signa predicta in precedenti capitulo fient ad significandum terribilitatem iudicis: ⁊ ad accusandum peccata vel quasi ad compatiendum suo modo miseris damnatis. Capl'm. ij.

Secundũ mysteriũ ꝯtẽplandũ d̃r ratio. In quo ꝯsiderare debemus quare predicta signa fiẽt ante diem iudicij? Et dici potest ꝙ ꝓpter tres rationes.

Prima d̃r ostensionis.
Secunda accusationis.
Tertia compassionis.

¶ Prima ratio d̃r ostẽsionis ad ostẽdẽdũ q̃terribilis erit aduẽtus filij dei iudicãtis qñ creature sue tãtũ terrorẽ incutient hoĩbꝰ. Jõ Greg. in homel'. di. Multa debẽt mala p̃currere vt malum valeãt sine fine nũciare. Nã si timẽt homines ĩsolitã solis obscurationẽ: sicut Verg. di. s. Geor. Ille etiã extincto miseratus cesare romã. Cũ caput obscura nitidum ferrugine texit. Impiaq; eternã timuerũt secula noctẽ. Si timẽt nõ cõsuetas tenebras: sicut egyptij de q̃bꝰ d̃r Exo. x. Facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra egypti tribꝰ diebꝰ nemo vidit fratrẽ suũ nec mouit se de loco in quo erat. Si timẽt terremotũ: si ventoꝝ vehemẽtiã: si nocturnos strepitꝰ: si draconũ aut serpẽtũ sibilos leonũq; rugitꝰ: ⁊ hmõi quãto magis timebũt tremendã vocẽ seuerissimi iudicis dãnãtis ⁊ exprobrãtis malos. ¶ Scda rõ illoꝝ signoꝝ d̃r accusatiõis. Oẽs em̃fere creature ĩmutabunt̃ parate ad vindictã ꝯ pctõres. iuxta illud Sap. v. Armabit creaturã ad vindictã inimicorũ suoꝝ. Nã cũ deus oẽs creaturas fecerit ad hoĩs vtilitatẽ: ⁊ oẽs deo obedierint homini ꝟuiẽdo. ipe ꝟo hõ rebellis ⁊ inobediẽs creatori suo extiterit: iõ accusabũt eũ quasi ingratũ. Clamabit nãq; suo modo celũ. O deus omp̃s ego hoĩ ministraui cũ planetis meis influẽdo sup terrã ⁊ alia operando q̃ iussisti. ipse ꝟo te offendit: g̃ vindicta iussisse iudex Clamabunt sol ⁊ luna ⁊ stelle. O deus magne nos dedimus peccatoribꝰ lucẽ vt tuum ꝓsequeremur imperiũ: illi ꝟo in omnibꝰ te ꝯtẽpserunt fac ergo vindictã. Clamabit hoc modo aer: clamabit terra: clamabunt aque ⁊ oĩa que in eis sunt. Ideo Hugo de sanctovictore ait: In die illa vltiõis nihil habebit quod respõdere possit homo peccator: vbi celum ⁊ terra: sol ⁊ luna: dies ⁊ noctes: ⁊ totus mũdus stabũt aduersum nos in testimoniũ pctõꝝ nostroꝝ. ¶ Tertia rõ illoꝝ signoꝝ d̃r cõpassionis. Mouebũtur vtiq; quasi quodã affectu pietatis ⁊ cõpassionis oẽs creature ad cõpatiẽdũ dãnatis miseris. Vñ Chryꝰ. super Mat. ait: Patrefamilias moriẽte domus eius turbat̃: familia plangit et nigris se vestibꝰ induit. Sic humano genere circa finẽ cõstituto celi ministeria lugent ⁊ candore deposito tenebris induunt̃. Plãget ergo sol dãnationẽ hominũ: planget luna: plangẽt stelle: plãgent oĩa elementa: ⁊ vniuersa q̃ creata sunt. O q̃durus es: o tu pctõr q̃ferreus q̃tibij p̃i crudelis qui te damnandum conspicis et morti sempiterne ad iudicandũ: ⁊ tamen nõ ploras. Plãge: qꝛ sol te planget. plange: quia planget te luna. plange: quia plangẽt te stelle. Sed melius plange vt non plangas: plange quia offendisti deuꝫ: vt tibi indulgeat. Plange per ꝯtritionẽ ⁊ postula veniam: plange per timorem vt sic penam effugias. O saxeum pectus. O adamãtinũ cor: o insensibilis mẽs peccatricis anime que audiẽdo ea que dicimus non commouetur: non compungitur: nõ excitatur: non deponit pctã:

nec reuertitur ad dñm deũ suum.

¶ Qr terribilis erit vox tube vocantis mortuos ad iudiciũ: ⁊ ꝙ virtus diuina erit causa efficiẽs reformationis corporũ ⁊ resurrectionis mortuoꝝ: ⁊ vox tube erit causa instrumẽtalis. Capm.iij.

Tertiũ mysteriũ contemplandum de signis iudicij dicit̃ cõclusio. Concludẽtur nãq; oĩa signa terroris ĩ illo vno pauescẽdo qđ erit vox tube. de qua.j.Coꝝ.xv. Canet em̃ tuba ⁊ mortui resurgẽt incorrupti: ⁊ nos immutabimur. ꝟm aũt Richar.di.xliij.iiij. libri ar.iij.q.iij. Vox tube non erit causa efficiens reformationis corporũ ⁊ vnionis aĩarum ad illa: sed virtus diuina. Erit tñ cã instrumẽtalis. ideo.j.Thessal.iiij. Jn iussu ⁊ in voce archangeli ⁊ in tuba dei descẽdet de celo. Vbi ponunt̃ tria q̃ cõcurrent ad resurrectionẽ mortuoꝝ.

Primum erit iussio.
Secundũ reformatio.
Tertium sonatio.

¶ Primũ erit iussio: qr xp̃s iubebit pulueres seu partes quascũq; corporũ mortuorũ recolligi per mysteriũ angelicuz. ⁊ hoc notauit apl̃s cuz dixit. j.Thessal. iiij. Jn iussu ⁊ in voce archãg. ¶ Scđm erit reformatio. Precipiet etiam xp̃s ex illis pulueribus recollectis corpora reformari ⁊ reformatis animas vniri que duo fient per virtutẽ diuinã: ⁊ istud notatur ab apl̃o cum dicit. j.Thessal. iiij. Jn tuba dei. ¶ Tertium đr sonatio. Archangeli em̃ qui fuerũt custodes ꝓuinciarum in prouincijs quas custodierũt clamabunt fortiter et sensibiliter sono articulato: et mediante aliqua sensibili creatura formata: clamabunt inquã ꝙ omnes coram iudice compareant diffinitiuam sententiã: ⁊ irreuocabilem audituri. ⁊ hoc notauit apl̃s cum dixit.j. Thessal.iiij. Jn voce archãgeli. De hac autem sonorosa tuba sic inquit Chrysosto. super Mattheũ. Vere vox magna vox tube terribilis cui omnia obediunt elementa: q̃ petras scindit: inferos aperit portas tartareas frãgit: vincula mortuoruz disrumpit: ⁊ de profundo abyssi aĩas corporibus suis assignat. Hec aũt oĩa citius consumentur in opere q̃ sagitta transit in aere dicente apostolo.j. Coꝝ.xv. Jn momẽto in ictu oculi in nouissima tuba. Et Hiero. super Matth. sic loquit̃: Quotiẽs diem iudicij considero: toto corpore cõtremisco. Siue enim comedã siue bibã siue aliq̃d aliud faciã: semper videtur illa tuba terribilis insonare auribus meis. Surgite mortui venite ad iudiciũ. Et idẽ ad Cromatiuz ⁊ Heliodorũ. Ego in scelerũ meoꝝ latens sepulcro ⁊ peccatoꝝ vinculis colligat̃: quotidie dñicum illũ clamorẽ expecto. Hiero. Veni foras: ego deniq; oĩa tuta timeo. Quid audis pctõr? Quid Hiero. dicit: Et quis ipse erat? Nonne sanctus? nonne probus et virtuosus? nonne a curis terrenis penitus absolutus? nonne penitentia maceratus? nonne in dei opere assiduus? Et tamen clamat: ego timeo. Et cur non times tu o amator seculi? O negligens in via domini. O peccator nequissime contremisce ⁊ cõcutiãtur viscera tua: depone fatuitatez mentis tue qua fit vt non timeas: et sepius mente reuolue Hiero. v̄ba dicẽs: Ego timeo. Ad hoc facit exemplum qđ Barlaã dixit de Josaphat: ꝙ rex quidã magnus: christianus tamen ⁊ deuotus vtplurimum mestus omnibus apparebat ⁊c̃. O amara vox: o dura: o tediosa peccatoribus omnibus quando dicetur eis: Surgite ⁊ venite ad iudicium. Ergo prouideamus vt dũ tempus adest ⁊ facultas datur: per penitentiã recõciliemur deo quem offendimus vt bonitate sua ipse absoluat nos a peccatis: annumeretq; societati sanctorum concedens hic nobis gratiam: et in futuro gloriaz qui sit benedictus per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria. iiij. post Jnuocauit de ordine ⁊ cõditionib⁹ iudicij generalis: ⁊ de sentẽtia cõtra dãnatos ferẽda: ac de suaui vocatione electoꝝ. Sermo.xxvj.

VIri Niniuite surgēt in iudicio. Verba sunt ista dñi nostri ihesu xpi Matth̄.xij. et in euāgelio hodierno. Commemorabat frequētius saluator noster dilectissimi diem iudicij: qm̄ nihil terribilius pctōribus pōt dici: Quisnā tam demēs tā stultus tāq; obstinatissim⁹ esse pōt vt cū audit se iudicandū diuino iudicio reseruari timere nō debeat: Judicabit de⁹ oēs hoīes oēsq; angelos qui peccauerūt: ⁊ cōtra eos sententiā proferet irreuocabiles. Qm̄ tū preterea que dicta sunt de futuro iudicio generali: nō parū vtile est meditari ⁊ considerare ea que in illo iudicio fienda sunt. Jccirco in pīsenti sermone adhuc de ipso erimus aliqua tractaturi. De quo tria mysteria adhuc ꝓponimus cōtemplāda.

Primū dicitur ordinatio.
Secundū reuelatio.
Tertium premiatio.

¶ De ordine iudicij ꝑm locū ⁊ modū: et qualiter ab oīb⁹ siue bonis siue malis videbit xp̄s in maiestate sua. Lap̄m. s.

PRimū mysteriū cōtēplandū de iudicio gñali ꝺr ordinatio. Ordinabitur etem ꝑm doctores quantum ad tria.

Primo quantū ad locum.
Secūdo quantum ad modum,
Tertio quantum ad aspectum.

¶ Primo ordinabit quātuz ad locū. de quo aliqui dicere voluerunt ꝙ erit vallis iosaphat ꝓpter verba Joēl.iij.di. Adducā oēs gētes in vallē iosaphat et disceptabo cū eis. Sed magister sniarū elvij.di.iij.libri (quē etiā ceteri theologi subsequunt) reprehēdit illos qui dictū illud ꝓphetici volūt intelligi ad litterā: qm̄ oēs hoīes in valle illa cōprehēdi nō possent. Et ꝓptera est potius intelligēdum mystice et spūaliter: eo ꝙ vallis iosaphat interpretat vallis iudicij. Dicit ergo magister ꝙ xp̄s descēdet ad iudicandū supra montem olivēti: de quo in celū ascēdit: ⁊ sedebit in aere in loco alto: ⁊ forte circa locum illū in quo apli desiderauerūt ipm corporaliter videre qñ ascēdebat in celū. Omnes autē cōgregabunt in valle iosaphat cui preeminet mōs olivēti. Et quot in illo poterunt capi: tot erūt ibi. alij circa vallē quidā ꝓpinquius: quidā ꝏ remotius: electis ꝏ existentibus ad dexterā iudicis non in terra. sed in aere: iuxta illud j. Thessal.iiij. Rapiemur cū illis in nubibus obuiam christo in aera. Si enim non raperemur in aera nisi post iudiciū qñ cum iudice ibunt in celū nō diceremur rapi obuiā xp̄o: sed post christum. Viri tamen perfecti magis eminētius et prope iudicem erunt. Magis tamen congruum erit ꝙ christus veniat ad iudicandum in aere super montem olivēti ꝙ super locuz in quo passus est: quia passus est in forma infirma ⁊ iudicabit in forma gloriosa sicut in gloriosa ascēdit. ¶ Scō ordinabit iudiciū quantū ad modum. De summis nāq; celorū descendet filius dei cū potestate magna ⁊ maiestate: cū oīb⁹ angelicis choris: et sua gloriosissima matre. Deferēt ante eum angeli passionis instrumēta: et miraculo reformata: videlz columnam: coronā spineā: crucē: clauos: spongiā: et lanceam. Et oēs electi reassumptis corporibus ꝓcedent ei obuiaz Quoz̄ processionē ⁊ ordinē pie contēplari possumus: ꝑm ꝙ Johānes in Apoca. describit. Ait em̄. vij.c. Audiui numerū signatorum centū quadraginta quattuor milia signati ex omni tribu filiorum⁹ israel. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tribu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signati. Ex tribu aser: duodecī milia signati. Ex tribu neptalim: duodecim milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodecim milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati. Ex tribu ysachar: duodecim milia signati. Ex tribu zabulō: duodecim milia signati. Ex tribu ioseph:

duodecim milia signati. Ex tribu beniamin: duodecim milia signati. Post hec vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat ex oīb⁹ gētib⁹ et tribubus et populis et linguis stātes ante thronū in cōspectu agni amicti stolis albis et palme in manib⁹ eor: et clamabāt voce magna dicētes Apoc.vij. Salus deo nr̄o q̄ sedet sup thronū et agno. Jn qua visione ponit Johānes numerū elector̄ accipiendo more scripture numerū determinatum p indeterminato: describēdo illum per noīa tribuū filior̄ israel p que mystice designant status illor̄ qui erūt saluandi. Primus ergo status ex tribu iuda: qui interpretatur cōfessio cōparebit in iudicio: et signat oēs peccatores oēsq̄ peccatrices q̄ post multa scelera et peccata cōmissa redierunt ad pniam. de quibus xp̄s dixit Matt.xxj. Meretrices et publicani precedent vos in regno celor̄. Scōs status cōparebit ex tribu ruben: qui interpretat fili⁹ visionis: et signat oēs viros doctos et illuminatos sciētia q̄ deū in oībus magnificauerūt. Tertius status cōparebit ex tribu gad: qui interpretat accinctus latrūculus: et signat quoslibet cōiugatos: q̄ in sancto matrimonio cū dei timore et obediētia vixerūt. Quart⁹ status cōparebit ex tribu Aser: q̄ interpretat beatus vel diuitias habēs: et signat oēs sacerdotes diuites qui ministri sunt sacramentorum. Quintus status cōparebit ex tribu neptalim: q̄ interpretat dilatatio mea: et signat oēs religiosos q̄ se dilatāt nō solum ꝓpter deum ad seruāda precepta: sed etiā cōsilia. Sextus status apparebit ex tribu manasse: q̄ interpretat oblivio: et signat omnes monachos et solitarios q̄ obliti cuiuscūq̄ cure tpalis: etiaz et actionis spūalis p cōtemplatiuā vitā deo placere studuerūt. Septimus stat⁹ cōparebit ex tribu symeon: q̄ interpretatur obediētia et signat oēs filios q̄ mortui sunt sub cura parentū quibus in vita fuerunt obedientes. Octauus status cōparebit ex tribu leui: q̄ interpretatur assumptus: et signat oēs prelatos ecclesie qui assumūtur ad regimen animarū. Nonus status cōparebit ex tribu Jssachar: qui interpretat vir mercedis: et signat mechanicos artifices oēs q̄ laborant p mercede. Decimus status cōparebit ex tribu zabulon: qui interpretat propugnaculum fortitudinis: et signat omnes imperatores reges principes et alios quoscūq̄ dños q̄ ob rempublicaz defendendā: augendā: tuendāq̄ habuerunt primatū. Undecimus status cōparebit ex tribu Joseph: qui interpretat augmētum et signat omnes bonos mercatores qui sua industria sollicitudine et labore ciuitatū bona multiplicant et augmentant. Duodecimus status comparebit ex tribu Beniamin: qui interpretatur cōtinentia: et signat omnes continentes qui vitia carnalia maxime sunt detestati. Post quos veniēt oēs martyres confessores et apostoli et presentabunt se coram altissimo imperatore domino iesu xp̄o laudātes et benedicentes cū leticia nomen sanctum eius. Et alio nō latere dānati oēs reassumptis corporibus suis vna cum diabolis comparebunt. Primi erūt oēs desperati: quorum capitanei erūt Cayn qui interfecit fratrem: et iudas qui vendidit xp̄m. Secūdi erūt oēs viri docti qui fuerunt sapiētes vt facerent mala: bona autē facere nescierūt. Jbi erunt inflati theologi: ibi erunt curiosi et vani p̄bi: ibi arrogātes iuristē: ibi procuratores et aduocati dolosi: ibi notarij falsi: ibi oratores mendaces: et adulationibus veritatē despicientes. Tertij erūt oēs vxorati q̄ matrimonij federa violauerūt: ibi erunt qui contraxerūt in gradib⁹ ꝓhibitis: aut cū ordinib⁹ sacris: aut post ꝓfessionē votor: ibi erūt mulieres adultere q̄ de bonis virorum nutrierunt filios alienos. Quarti erūt oēs mali sacerdotes q̄ curā aīarū acceperūt cū essent insufficientes: qui nō direrūt officiū ad qō tenebātur qui celebrārunt in mortali pctō: q̄ tenuerūt secrete vel publice cōcubinas: et sacramenta

ꝑ precio vendiderūt. Quinti erunt oēs mali religiosi q̄ nō seruauerūt regulas suas quas ꝓmiserunt deo obseruare q̄ peiores fuerūt in moribꝰ ꝙ̄ stipēdiarij: supbi: presumptuosi: hypocrite: inuidi: maliuoli: iniqui: versipelles: dolosi: detractores: susurrones: bilingues: mēdaces sacrilegi excōicati: ⁊ q̄dam dānabiles heretici. Sexti erūt oēs mali monachi et solitarij: ociosi: pigri: comedentes bene: parū loquētes cū deo ⁊ minus cū hoībus stātes in solitudine ꝓpter gloriam mūdi: pleni fantasijs ⁊ cogitationibꝰ etiā ⁊ factis turpissimis ⁊ pre verecūdia talia cōfiteri omittentes. Septimi erūt oēs supbi filij qui parētibꝰ suis inobediētes eos spreuerūt afflixerūtq̄: ⁊ molestauerūt cōtumelijs cōuitijs improperijs ⁊ q̄nq̄ verberibꝰ: nec debitas impēderūt reuerentiā. Octaui erūt oēs lupini prelati q̄ nō intrauerūt ꝑ ostium in ouile neq̄ vocati fuere a deo sicut Aaron sed munere precio arte dolo importunitate temporaliq̄ fauore: ⁊ alijs indebitis modis ecclesiasticos rapuerūt honores ⁊ bona ecclesiarū nō pauperibus quoꝝ sunt: sed ꝓpinquis ⁊ amicis: ⁊ q̄d peiꝰ est lenonibꝰ ⁊ meretricibꝰ distribuerūt ⁊c̄. Noni erūt oēs mercatores fraudulēti: falsarij simulati: periuri deceptores ⁊ vsurarij. Decimi erūt oēs tyranni ⁊ mali dn̄i q̄ seipsos deificātes nō timuerūt deū: ⁊ suos subditos grauauerūt iniuste. Undecimi erūt oēs artiste nequā q̄ suas artes cū iniusticia et alioꝝ dāno exercuerūt. Duodecimi erūt oēs inconstantes et luxuriosi ⁊ oēs alij pctōres q̄ a parte sinistra presentabunt coram iudice clamātes ac dicētes: Heu heu cur nati sumꝰ. O ꝙ̄amara est dies ista: o miseri nos q̄ trahimur. Uhe nobis q̄r pergimus ad rigorosum iudiciū.

¶ Tertio ordinabit iudiciū quātum ad aspectū. ſm em̄ Alex. in. iij. vbi. s̄. mem. iiij. ar. j. q. ij. Rich. ⁊ Bona. di. xlviij. iiij. lib. Boni ⁊ mali visuri sunt iudicē viuorū ⁊ mortuoꝝ. Mali in forma qua filiꝰ hoīs est: ſ tn̄ in claritate qua iudicabit nō in infirmitate qua iudicatꝰ est. Fiet em̄ v̄tute diuina supernaturaliter vt videāt formā gloriosam corpis xp̄i ad ampliorē illoꝝ cōfusionē: q̄r q̄libet eoꝝ tristabitur ac confundet videdo gloriā eiꝰ quem vehemēter odit. Dānati em̄ vehemēter odiūt deū nō sub rōne qua bonꝰ est sed sub rōne qua eos punit. Cognoscēt insup dānati diuinitatē xp̄i nō perclarā visionē: sed ꝑ effectꝰ. Boni v̄o videbūt gloriā corporis xp̄i cū gaudio ⁊ leticia oculo corpali ⁊ gloriā aīe oculo mentali: ⁊ etiā clare videbunt diuinitatem. Fietq̄ adhuc supnaturaliter vt ita euz videāt ⁊ audiant q̄ sunt a remotis sicut ꝓpinqui. Tūc sicut dicit sctūs Chryso. super Matth. Plangēt iudei vidētes viuentē ⁊ iudicantē quē quasi hominez mortuū existimabāt: ⁊ cōuincētes se corpore vulnerato scelus suū negare nō poterūt. Plāgent ⁊ gētiles q̄ vanis disputationibus decepti pb̄oꝝ: irrationabilē stulticiam putauerunt esse deum colere crucifixum. Plangēt se christiani peccatores: qui magis dilexerunt munduz ꝙ̄ christum. Plangēt se heretici qui purum hominem crucifixum dixerunt cuz videant ipsum esse iudicem quem iudei transfixerunt. hec ille. O quāta erit etiā in damnatis afflictio: quantusq̄ merorcum videbunt multitudinem electorū. Tūc vt scribit Sap̄. v. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerūt ⁊ qui abstulerunt labores eorum. Uidētes turbabūtur timore horribili: ⁊ mirabuntur in subitatione insperate salutis dicētes intra se: penitentiā agentes et pre angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquādo habuimus in deri. ⁊ in si. impro. Nos insensati vitam illorū estimabamus insaniam et filij illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illorum est.

¶ Qualiter accusabuntur in die iudicij et nota fient peccata omnium nec poterit quis defendere se aut excusare.

Capitulum. ij.

Secundū mysteriū contēplādū de iudicio vocatur reuelatio. Reuelabūtur quippe omnia dānatoꝝ pctā: tā publica q̄ secreta. Circa quaꝫ reuelationem occurrent tria.

Primū d̄r accusatio.
Scd̄m testificatio.
Tertium artatio.

¶ Prima accusatio. Stabūt nāq̄ tres accusatores ꝯ pctōres. Prim⁹ erit diabolus q̄ dicet: Equissime iudex iudicia istū esse meū q̄ noluit esse tu⁹. Tu⁹ erat per naturā: me⁹ est fact⁹ ꝑ maliciā. Tibi inobediēs: mihi obediēs. Judica ergo istū esse meū mecūq̄ dānādum. Cognoscēt em̄ tūc fatui pctōres: q̄ grauiter errauerūt acq̄escere diabolicis suasionibus qñ videbūt oēs demones cōtra illos clamātes. ¶ Scd̄s accusator erit ꝓpriū scelus. Nā vt inq̄t Rich. in iiij. di. xliij. ar. vij. q. j. in iudicio cognoscet q̄libet hō pctā q̄ fecit tā iusti q̄ reprobi. Mali em̄ cognoscēt vt ex illa afflictiōe ampli⁹ crucient̄: Boni v̄o qꝛ ex cognitione remissiōis ⁊ indulgētie ampli⁹ ꝯsolabunt̄: ⁊ diuinā mīam collaudabūt. Nō solū aūt ipsimet: sꝫ sigillatī vnicuiq̄ manifesta erūt omniū bona ⁊ mala. Sꝫ noticia illa ⁊ diuulgatio peccatoꝝ q̄ fecerūt electi nō gñabit eis penā nec ignominiā nec ꝯfusionē: q̄nimmo sedet ad eoꝝ gloriā ꝓpter penitētiā quā fecerūt. Et hoc di. Greg. in moral. v̄sus finē: q̄ ait exponēs illd̄ ps. lxxviij. Misericordias dñi in eternum cātabo. Qūo mīas dñi cātat in eternū: q̄ miserū se ignorat fuisse. Et si miserie transacte nō meminit: vñ largitori mīe laudes reddit. Manifestatio ergo pctōrū quātū ad reprobos nō quātū ad iustos erit accusatio ¶ Terti⁹ accusator erit totus mūd⁹. Vñ Chry. sup Mat. In illa die vltionis est qd̄ rñdeam⁹ vbi celum ⁊ terra aqua sol ⁊ luna dies ⁊ noctes ⁊ totus mūdus stabūt aduersum nos in testimoniū pctōꝝ nostroꝝ. ¶ Scd̄m qd̄ occurret in reuelatiōe pctōꝝ erit testificatio. Tres em̄ testes habebit tūc ꝯtra se peccator. Unū supra se. s. deū. Secūdū intra se. s. ꝯscientiā ꝓpriam. Tertiū iuxta se scilꝫ propriū angelum homini ad custodiam deputatū: qui tanq̄ conscius oīm que homo fecit cōtra eum testimonium perhibebit. Unde Job. xx. Reuelabunt celi: idest angeli iniquitatem eius. ¶ Tertium quod occurret in reuelatione peccatoꝝ erit artatio. Arte em̄ erunt tūc et stricte vite omnium peccatorū quando nō poterūt negare: nō excusare non appellare: non fugere nō impetrare veniam nō habere refugiū. O q̄ flebilis erit tunc dānatorum conditio. Non valebunt eis p̄ces non clamores: non gemitus: non parētes: nō amici: non deniq̄ quicq̄ aliud. Vñ Chryſ. sup Mat. Nō erit tūc resistendi virtus contra deū: nec fugiēdi facultas ante faciē ei⁹: nec pnīe locus: nec satisfactionis tēpus. Et Grego. in homel. inquit: O q̄ anguste erunt tunc vie reproporum: superius erit iudex iratus inferius horrendū chaos: a dextris peccata accusantia: a sinistris infinita demonia ad suppliciū trahētia: intus cōscientia vrens: foris mūdus ardens: miser peccator sic comprehensus quo fugiet: latere erit impossibile: apparere intolerabile. hec ille. Poterit tunc vnusquisq̄ dicere illud ps. xxxviij. Quo ibo a spiritu tuo: ⁊ quo a facie tua fugiā. Si ascēdero in celum tu illic es: si descendero ad infernum adest. Si sum. pē. m. di. ⁊ ha. in extre. ma. Etem̄ il. ma. tua dedu. me. ⁊ te. me dextera tua.

¶ Qualiter in iudicio xp̄s alloquetur electos blande atq̄ benigne: malos v̄o aspere satis ⁊ dure: ⁊ qūo impij separabūtur a iustis. Cap̄m. iij.

Tertiū mysteriū contemplandū de iudicio d̄r premiatio. Circa qd̄ adhuc tria debem⁹ attētissime cōtemplari.

Primū d̄r electoꝝ allocutio.
Scd̄m dānatoꝝ cōtristatio.
Tertium oīm separatio.

¶ Primū ōr electoꝝ allocutio. Loquet nanq; xp̄s electis suis tria suauissima ꝟba. Primū ꝟbū erit dulcis vocatiōis: qñ facie leta et vultu hylari ad dexterā partē se ꝟtēs aspiciet suā dulcissimam matrē ⁊ ceteros electos ⁊ sanctos: poterit q; dicere licz in euāgelio nō ponat. O genitrix mea: o venerāda ⁊ dignissima regina celoꝝ. Ecce iā tēpus est vt cūctis hoīb⁹ q̄ fuerūt in mūdo innotescat gl'ia tua: videantq; oēs merita tua. Tu nēpe es illa q̄ hūilitate: charitate: ceterisq; ꝟtutib⁹ ad tuū vterū me iclinasti. Tu me nouē mēsib⁹ in vētris tui tabernaculo tenuisti. Tu me natū deū hoīem in p̄sepio adorasti: inuoluisti pānis: ⁊ lacte tuo mellifluo me pauisti. Tu cum lachrymātē me cernebas lachrymabaris. Cū vigilāte vigilabas cū patiēte patiebaris. Tu me i brachys sepe portasti: et corde ⁊ ope semp mecū fuisti. Mecū pre dolore cū crucifigebar i cruce: crucifigebaris in aīa. Et cum a toto mūdo essem derelict⁹: tu sola firma in mea fide mansisti. Jūxisti volūtatē tuā volūtati mee. Sancta: humilis: ⁊ deuota celestia semper desiderasti. En iam toto mūdo pariter ꝯgregato: ⁊ ego excelsam gloriā tuā quā tibi dare volui patēter monstrabo. Postmodū ꝟo aplis referet. Vos discipuli mei filij ⁊ fratres dilecti: q̄ reliquistis oīa ꝓpter nomen meū: ⁊ paupes ⁊ peregrini p̄ terrarū orbē fideliter laborastis: ⁊ tandē patiēter mortē sustinuistis post martyribus dicet: O vos feruentes martyres q̄ ꝓ meo amore tormēta ⁊ penas horribilissimas sustinuistis ⁊ morti potius q̄z me negare elegistis. Deinde alloquit virgines. O vos virgines mūdi q̄ sctām illibatāq; castitatez tātope amastis. Et vos o scti cōfessores qui corpora vra artissima pnia macerastis. O vos oēs scti religiosi q̄ abnegastis ꝓpriā volūtatē. O denicq; vos qui misericordie opa primis vris exhibuistis. Esuriui em ⁊ dedistis mihi mādu care. Sitiui ⁊ dedist⁊ mihi bibere. Peregrinus erā ⁊ collegistis me. Nudus erā et cooperuistis me. Infirmus erā ⁊ visitastis me. Venite ad me vos diligētē. Venite ad me fontē oīm bonorum. Ad me summū gaudiū. Ad me summā pulchritudinē. Ad me summus solaciū. Veni o chara genitrix. Venite omnes electi. O dulce venite: o vor dulcior super mel ⁊ māna. Et q̄d faciēt tūc dānati q̄ non vocabunt: audiēt tñ xp̄m vocantē electos suos. Percutiēt ꝓfecto pectora clamabunt ⁊ dicēt: Vhe nobis cur nati sum⁹? Vhe q: vocati sunt illi: ⁊ nos nō vocamus: ⁊ nobis nihil ōr: Quinimmo expectantes sumus audire snīam horribilis dānationis. ¶ Scōm verbū suauissimū qō loquet xp̄s electis suis ōr benedictionis. Nā post vocationē subiūget eis benedictionē suā: dicetq; vt pie credo primo mīi sue. Bñdicta sis tu: bñdicta sit aīa tua: bñdictū sit corpus tuū: bñdicti sint oēs labores tui. Deinde dicet ⁊ ceteris. Bñdicti sitis vos oēs electi mei. O q̄ grata erit bñdictio illa oībus illis. O q̄ grauis ipsis dānatis q̄ tūc intelligēt quātū ꝓfuit bñfacere: amare deū ⁊ odire pctm̄. ¶ Tertiū verbū suauissimū qō loquet xp̄s electis suis ōr remunerationis qñ subiūget. Possidete paratū vobis regnū a cōstitutione mūdi. Regnū in quo est oīs iocūditas: oīs plenitudo bonoꝝ: oīs suauitas: oīs trāquillitas: oīs pax: oīs ꝯcordia: oīs leticia: oīs q̄es oēs diuitie: oīs satietas: oē denicq; bonū. Nullū incōmodum: nulla tristicia: nullus dolor: nullus labor: nulla infirmitas: nullū fastidiū: nullus meror: nulla discordia: nullū denicq; malū. O pctōres insensati cur nō conamini: ⁊ vos regnū illud acq̄rere cui totus mūdus cuꝝ oībus bonis suis cōparari nō pōt. Secūdū cōtēplādū ōr dānatoꝝ ꝓtristatio. Nā post oīa q̄ supradicta sunt vehemēter pctōres cōtristabunt ꝓpter tria. Primo ꝓpter exprobrationem. Acriter nāq; xp̄s exprobrabit illos di. illud vel simile qō Chryb. sup Mat. ait: Ego ꝓpter vos hō factus sum: alligatus ⁊ derisus cesus ⁊ crucifixus. Ubi est tātarū iniu

riaꝝ meaꝝ fructꝰ. Ecce p̄ciū sanguinis mei quē dedi ꝓ redēptione aīaꝝ vr̄aꝝ. Ubi est seruitus vestra quā mihi ꝓ p̄cio sanguinis mei dedistis? Ego super gloriā meā vos habui cū essem deꝰ apparēs hō: ⁊ viliorē me oībus rebus vestris fecistis. Nā oēm rē vilissimā terre ampliꝰ dilexistis q̄ iusticiā meā ⁊ fidē. hec Chryſ. O scelerati ⁊ ingrati peccatores: q̄d mali feci vobis? Quid ꝓ vr̄a salute facere debui qd̄ nō feci? Uidete caput meū splēdidū: hoc est illud qd̄ ꝓ vobis spinis fuit coronatū. Habui faciē meā nūc sole lucidiorē: fetidissimis sputis ꝓ vobis deturpatā. Corpus hoc gloriosum qd̄ inspicitis pro vobis fuit dure flagellatū ⁊ in cruce confixū. Ecce signa: aspicite loca clauoꝝ: aspicite manus: aspicite pedes: aspicite latꝰ. Inq̄t em̄ Chryſ. Ueniet xp̄s in iudicio nō solū vulnera: sz etiā exprobratissimā mortē ostendens. Scd̄o ꝯtristabunt̄ pctōres ꝓpter ꝯriationē. In tātis em̄ angustijs ꝯstituti oēs sctōs ꝯrios habebūt. Tertio ꝯtristabunt̄ ꝓpter sentētiationē: qn̄ audiēt tonitruū illud grāde ⁊ formidabilē vocē. s. iesu xp̄i indignāter ipsis dicētis Mat. xxv. Ite maledicti in ignē eternū q̄ paratꝰ est diabolo ⁊ angelis eiꝰ. Tertiū ꝯtēplandū d̄r oīm separatio. O si vellemꝰ ꝯtēplari qn̄ separabunt̄ iniusti a ꝯsortio iustoꝝ: ⁊ a visione dei: quāta erit illoꝝ lamētatio: q̄ flebiles voces ꝓrūperemus certe in lachrymas. Ibūt q̄dē ip̄i dānati eiulantes ⁊ q̄rulātes in ignē eternū: iusti aūt in vitā eternā in qua regnabūt cū xp̄o per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria q̄nta post īuocauit: de necessitate sanctissime ꝯfessiōis ꝯ eos q̄ dicūt superfluū esse aut inane ꝯfiteri peccata sua sacerdoti. Sermo. xxvij.



Accedentes discipuli eius rogabāt eū dicentes: Dimitte illaz quia clamat post nos: Mat. xv. et in euāgelio hodierno. Ordinauit xp̄s sacerdotes suos mediatores fore futuros īter ip̄m ⁊ pctōres penitētes: voluitq̄ vt absolutiōis bn̄ficiū ip̄i sacerdotes ꝑ ꝯfessionē sacramētalē largirent̄. Qd̄ mystice innuit̄ in euāgelica lectiōe in qua narrat̄ quēadmodū apl̄i ꝑ quos significātur sacerdotes supplicabāt xp̄o ꝓ chananee filia: sanitatē postulante ꝑ quaz peccatrix aīa denotatur. Qm̄ v̄ro apud nōnullos curiosos extat opinio quedā falsa: q̄ asserūt nō fore opportunū: immo supfluū ⁊ inane sacerdotibꝰ cōfiteri peccata. Iccirco in presenti sermone de necessitate ꝯfessionis tractare curabimus: quam necessariam esse cunctis penitētibus ostēdemus triplici rōne.

Prima ratio ꝓpter doctorum et scripturarum testificationem.

Scd̄a ꝓpter xp̄i institutionem.

Tertia propter ecclesie preceptionem.

¶ Qr per dicta sanctoꝝ doctoꝝ probari pōt qualiter cōfessio peccatoꝝ sit penitētibus ad salutē necessaria. Cap̄m. j.



Prima rō qua ostēdit̄ q̄ confessio sit necessaria ad salutem est ꝓpter doctoꝝ ⁊ scripturarū testificationē. Et anteq̄ inducantur testimonia premittēda est de confessione distinctio quedā quā ponit Alex. in. iiij. volu. summe. q. lxxvj. mem. ij. ar. iij. §. ij. ⁊ Tho. ij. ij. q. iij. ar. j. ad. j. ar. q̄ dicūt q̄ triplex est confessio. Prima eoꝝ q̄ sunt fidei: ⁊ ista est ꝓprius actꝰ fidei. de qua Paulꝰ Roma. x. ait: Ore aūt cōfessio fit ad salutē. Scd̄a est cōfessio gratiaruz actiōis siue laudis: ⁊ est actus latrie: qr ordinat̄ ad honorē deo exteriꝰ exhibēdum. De qua Dauid in ps̄. cxvij. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonꝰ. Tertia est cōfessio sacramētalis q̄ fit sacerdoti. Et de hac Ray. ait in sum. de peni. Cōfessio est corā sacerdote legitima ꝓpriorum pctōꝝ declaratio. Et de hac sctī dicūt q̄ loco ⁊ tp̄e expediat ad salutē. Un̄ de peni. di. j. c. nō pōt. j. inducit̄ Amb. li. de paradiso sic loquēs: Non pōt q̄sq̄ a pctō iustificari nisi pctm̄ fue-

rit ante cõfessus. Et idẽ Amb. i sermone quadragesime inq̃t: Ecce nũc tẽpus acceptabile in q̃ cõfessio a morte aĩaꝫ liberat. Cõfessio paradisuꝫ aperit. Cõfessio spez saluãdi tribuit. Vñ scriptura dicit: Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris. ps. l. Itẽ Johãnes os aureum. ea. in. c. pfecta. In corde cõtritio: in ore cõfessio: in opere tota humilitas. hec est fructifera pnĩa. Et idẽ de peni. di. j. c. nõ põt. ij. Nõ põt q̃s gr̃am vite celestis accipere: nisi purgat⁹ fuerit ab om̃i sorde pctĩ ꝑ pnĩe ꝯfessionẽ. ⁊ Aug. li. de pnĩa. Agite pnĩam qualis agit̃ in eccl̃ia: vt oret pro vobis eccl̃ia. Nemo sibi blãdiatur ⁊ dicat: Occulte ago apud deũ ago. Nouit de⁹ q̃ mihi ignoscit q̃ in corde ago. Ergo sine cã dictũ est. Que solueritis i terra erũt soluta ⁊ in celo. Ergo sine causa claues date sunt ecclesie dei: quasi dicat nõ. Et idẽ in eodẽ li. Quẽ penitet oĩno peniteat: dolorẽ lachrymis ostẽdat: presentet vitã suã deo ꝑ sacerdotẽ: p̃ueniat iudiciũ dei ꝑ cõfessionẽ. ⁊ Aug. in li. de pnĩa. Cõfessio est salus aĩarum: dissipatrix vitiorum: oppugnatrix demonum. Quid plura. Obstruit os inferni ⁊ portas aperit paradisi. Et de peni. dist. j. c. Multiplex mĩa dei. Leo papa inquit: Mediator dei ⁊ hominũ xp̃s iesus: hãc p̃positis ecclesie tradidit ptãtem vt cõfitẽtibus penitẽtie satisfactionẽ darent ⁊ eadẽ salubri satisfactione purgatos ad cõionẽ sacramẽtoꝝ ꝑ ianuã reconciliationis admitterẽt. Et idẽ in sermonibus nõ remanet in iudicio cõdẽnãduꝫ qđ fuerit cõfessione purgatũ. Et q̃bus colligit̃ ꝙ penitẽtes ad cõfessionẽ sunt obligati. Sed cõtra posset q̃s arguere. Primo qꝛ nullus tenet̃ manifestare inhonesta corpis sui: ergo multo minus nec aĩe. Scđo qꝛ vt dicit Amb. sup Lu. Petrus doluit ⁊ fleuit: qꝛ errauit vt hõ Nõ inuenio q̃d dixerit: scio ꝙ fleuerit. Lachrymas lego: satisfactionẽ nõ lego Et Chryb. ait: Lachryme lauãt delictũ qđ voce pudor est confiteri. Tertio arguit̃ qꝛ si esset necessariũ hoĩes cõfiteri sacerdoti: hoc nõ videret̃ esse nisi ad taxãdã emẽdã pcti. Sed hõ põt sufficienter taxare emendã ꝑ pctõ suo: ergo videt̃ ꝙ cõfessio nõ sit necessaria. Respõdet ad hec Rich. in. iiij. di. xvij. ar. ij. q. j. dicens ad primũ. Qꝛ inhonesta corporis expedit aliq̃n manifestare medico ad sanitatẽ cõsequẽdã: iuxta illud Boetij. Si operã medicãtis expectas, oportet vt vulnus detegas. Sic etiã inhonesta aĩe manifestãda sunt sacerdoti tãq̃ medico spũali. Ad scđm̃ vo dicit Rich. ꝙ multa facta sunt q̃ scripta non sunt. Et qñ đꝛ ꝙ lachryme lauant delictũ excludit̃ cõfessio publica: nõ autẽ secreta que cũ ipsis lachrymis intelligitur. Ad tertiũ insup argumentũ di. Rich. ꝙ ille qui est nimis familiaris vni parti: iudex nõ debet esse in illa causa: vt no. ex̃ de officio ⁊ potestate iudicis deleg. c. insinuante. Quia dicit glo. ibidẽ. Familiaritatis affectio veritatẽ impedire solet. Võ autem nimis familiaris est carni sue: ⁊ ideo nõ est rationabile ꝙ sit iudex in illa causa in qua agendum est de punitione carnis sue q̃uis illa punitio sit ad anime correctionẽ. Multi insuper si seipsos iudicare deberent: de grauissimis peccatis sibi conscientiam nõ facerent: reperirenturq̃ vsurarij q̃ vsuras nõ cõdemnarent: raptores ⁊ fures qui restitutionem nõ approbarent adulteri ⁊ fornicatores qui luxuriaꝫ excusarent: ⁊ huiusmodi. Quare opportune preuisum est: vt in foro conscientie alij: scilicꝫ sacerdotes de peccatis nostris: quando illa confitemur habeant iudicare.

¶ Qꝛ confessio est de necessitate salutis eo ꝙ tp̃e legis gratie fuit istituta a domino iesu christo: ⁊ quõ intelligitur ꝙ sit de iure nature ⁊ qualiter in lege scripta fuit figurata. Cap. ij.

Secũda rõ qua ostẽdit̃ ꝙ confessio sacramẽtalis sit ad salutẽ necessaria est ꝓpter xp̃i institutionẽ. Instituta q̃ppe fuit ꝯfessio i lege gr̃e a dño iesu christo

ſm Rich.vbi.ſ.ar.ſ.q.ſ.ſplicite⁊ explicite. Jmplicite in figura cū dicit lepro-ſo mūdato Mat.viij. Vade et oſtende te ſacerdoti. Et etiā explicite ſine figura i hoc q̄ non tm̄ poteſtatē iudicādi in fo-ro exteriori dedit diſcipulis accipiēdaꝫ ab alijs mediante petro: cui eā p̄miſit ante paſſionē cum ſibi dixit illud quod ſcriptū eſt Mat.xvj. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Et dedit poſt reſurrectio-nē cū dixit Joh.xxj. Paſce oues meas. Sꝫ etiā dedit eis ptātem iudicādi in fo-ro ꝓſcie nō tm̄ apoſtolis quoꝝ ſunt epi ſucceſſores: ſꝫ etiā alijs diſcipulis quo-ruꝫ ſunt ſucceſſores inferiores ſacerdo-tes. Et illā ptātem oīb⁹ imediate dedit p ſeipm cū poſt reſurrectioneꝫ dixit eis Joh.xx. Quoruꝫ remiſeritis pctā remit-tunt eis. Quib⁹ aūt daf ptās iudicādi de aliqua cauſa daf eis ptās cognoſcē-di de illa. Nullus em̄ pōt iudicare ⁊ eē bon⁹iudex de his q̄ ignorat. Sacerdos aūt non pōt cognoſcere ſufficiēter fctā pctōus ꝓſcie niſi peccator ei cōfeſſione ꝓſciētiā apiat. Aler.aūt in.iiij. ſumme. q.lxxvj.mē.iij.arti.ij. dicit q̄ due ſunt in cōfeſſione. Vnū formale ⁊ cōpletiuū: ⁊ hoc eſt abſolutio ſiue ptās abſoluēdi vel medicandi. Et h̄ dñs inſtituit q̄ ptā-tem clauiū conceſſit. Et penes h̄ reſidet ſtus. Aliū aūt eſt materiale: ⁊ h̄ eſt deie-ctio pcti ſiue morbi. Et hoc dñs non in-ſtituit: ſed inſinuauit: q⁊ ſufficit egroto exponere medicū ⁊ medicinā. Vñ Aug. li.j. de penitentia. ⁊ ponit de peni.di.j. Quē penitet. Lazarū ait de monumen-to iā reſuſcitatū obtulit dñs diſcipulis ſoluēdū. per h̄ oſtendēs ptātē ſoluendi ſacerdotibus fuiſſe cōceſſam. Et hic q̄ri pōt. vtrū confeſſio inſtituta fuerit in le-ge nature ⁊ i lege ſcripture ſicut i lege gratie. Et de lege nature dicere poſſu-mus ſm Boñ.in.iij. di.xvij.parte.j.ar-ti.j.q.j. q̄ dupl⁹ ſunt aliqua de dictami-ne iuris nature. ſ. aut in generali aut in ſpāli. Jn ſpāli vt honorare parētes. Jn gñali ño dictat natura ea que ſupaddit lex euāgelica. Jntelligendū eſt ergo q̄ eſt cōfeſſio de pctō mentalis ⁊ vocalis. ℣ Mentalis ꝓfeſſio eſt recognitio pec-cati ⁊ offenſe dei. ⁊ hoc eſt de dictamine nature in ſpeciali. ſm q̄ cognitio offen-ſe eſt de dictamine nature. Cognitio au-teꝫ offenſe humane eſt de dictamine na-ture p̄ ſe ſm q̄ eſt rōnabilis. Sꝫ cogni-tio diuine offenſe eſt de dictamine na-ture adiute aliquo modo p̄ fideꝫ. Quō aūt ſcit homo ſe offendiſſe deū quez nō vidit: niſi per aliq̄ē radiū fidei hoc co-gnoſcat. Cū ergo deum cognoſcit hō ſe per p̄uaricationē in honorare: natura dictat q̄ ab ipo mia eſt humilr petēda: ⁊ hoc nunq̄ eſt niſi recognoſcat culpa. Vocalis ño confeſſio eſt dupler: ſcilicz que fit deo ⁊ q̄ fit homini. Vocalr con-fiteri deo dictat natura nō ſimplr: ſꝫ in caſu. vtputa qñ dē exigit. ſicut exegit ad Adam ⁊ Cayn de quib⁹ ſcribit ſic de peni.di.j.c.voluiſſent. §. denicz. Denicz vt ꝓſpicue appareat neminē ſine cōfeſ-ſione a pctō mūdari: ab ipius humani generis principio ſumamus exordium. Pctō trāſgreſſionis primi parētes cor-rupti a dño ſunt req̄ſiti de culpa: vt pec-catū quod trāſgrediendo cōmiſerāt cō-fitendo delerent. Serpēs aūt de culpa requiſitus non eſt: quia per cōfeſſionez nō reuocabatur ad veniā. Cayn q̄ſ cuz prime preuaricationi fratricidiuꝫ addi-diſſet: ſimilr a dño de culpa eſt req̄ſitū cum ei dr: Vbi eſt Abel frater tu⁹. Sed q⁊ ſuperbus pctm̄ ſuū confiteri noluit, potiꝰ mēdaciter negando deum fallere conatus eſt dicens: Nunq̄d cuſtos fra-tris mei ſuꝫ ego indignus venia iudica-tus eſt. Vñ in deſpationis profundum merſus eſt dum ait Geñ.iiij. Maior eſt iniq̄tas mea q̄ vt veniam merear: ⁊ va-gus ⁊ profugus erijt a facie dei. ſignifi-cās eos q̄ pctm̄ ſuū ꝓfiteri diſſimulant: reſpectu diuine miſerationis indignos haberi. hec ibi. Vocaliter ño confiteri homini non dictat natura niſi in gene-rali. Dictat em̄ oībus modis reconcilia-ri oportere deo quibus ipſe ſtatuit. Jō natura dictat q̄ ſi deus arbitrū conſtis-

tueret inter se ⁊ peccatores: ꝙ ipsi esset culpa reuelāda: ⁊ ita dictat in generali De lege aūt scripture dicit Boñ. ꝙ duo principaliꝫ sunt in cōfessione, ꝓpter que oportuit ⁊ ꝓueniens fuit ꝓfessionē instituī. Primū est ꝓpter declarationem pctī ⁊ manifestationē ⁊ ille est finis cōfessionis in se. Secūs finis est ꝓpter reconciliationē faciendam deo ⁊ eiꝫ ecclie. Primo ergo fit ꝓpter peccati detestationē. Peccator em̄ duꝫ mala agit odit lucē. ⁊ iō in reuersione ad iusticiaꝫ opꝫ redargui infructuosa opa tenebrarum. Que aūt arguūtur a lumine manifestā tur: hoc aūt est ꝙ cōfessionē. Et ideo debuit in ea lege institui cōfessio in q̄ est manifestatio vitatis. In qua verbū caro factū est: vt intelligibile fieret sensibile ⁊ manifestū: hec q̄dē lex est lex gratie. Iō quātū ad primū finē sibi cōpetit cōfessionis īstitutio. Alius finis est ad reconciliationē faciēdam humano arbitrio mediāte. Iō fit hoi vt hō sit iudex ⁊ arbiter inter pctōrē ⁊ deum. Arbiter aūt talis dꝫ esse q̄ possit apponere manū in vtrūq̄. Talis aūt non potuit esse quousq̄ deus factus est hō. Et tūc hō deificatus datus est nobis mediator et arbiter rps q̄ potuit arguere ⁊ manuꝫ ponere in vtrūq̄. Vic reliquit in ecclia successores quos arbitros cōstituit ⁊ rectores ecclie: quibus cōmisit autoritatē reconciliādi. Et qm̄ hec autoritas primo fuit in xpo ⁊ in nullo potuit esse añ q̄ veniret: iō tm̄ in lege noua debuit institui cōfessio. Confessio ergo ꝓut sacrm̄ nō fuit in lege scripta nisi in figura: precessit aūt in hoc ꝙ sacerdotibus data erat potestas ⁊ autoritas discernēdi inter leprā ⁊ nō leprā: sanctū ⁊ ꝓphanuꝫ. Sed hec quidem erant corporalia ⁊ nō spiritualia.

¶ Qz homines obligantur de necessitate confiteri non solum ꝓpter primam institutionem: sed etiam ꝓpter precepꝫ ecclesie a quo nullus excipitur: nisi qui esset absq̄ peccato.

Capitulum. iij.

Certia rō qua ostēdit ꝙ confessio sit necessaria ad salutē est ꝓpter ecclie p̄ceptionem. Precepit nāq̄ ecclesia vt homines cōfiterent. in. c. ois. ex̄ de peni. et re. vbi ō: Omnis vtriusq̄ sexus fidelis postq̄ ad annos discretionis peruenerit oīa sua solus pctā saltem semel in anno fideliter cōfiteat ꝓprio sacerdoti ⁊ iniūctā sibi pniam studeat ꝓ viribus adimplere. Propter q̄ verba dī. Boñ. ꝙ oēs siue boni siue mali obligant ad cōfessionem saltem semel in anno. Teneri quidem ad confessionem est dupliciter. Uel ex institutione prima: qz instituta est sub p̄cepto: vt patuit. Uel institutione supaddita q̄ est a generali cōcilio in c. preall. Rone mādati prime institutionis: qm̄ instituta est directe cōtra mortale pctm̄: tenebant oēs q̄ post baptismū peccauerūt mortaliter. Rone vo secunde institutionis tenētur oēs saltem ad semel in anno. Rō aūt huius institutionis tripler est. Prima est vlis indigētia. Oēs em̄ peccauerūt ⁊ oēs egerunt gra dei. ideo quilibet debet deum glorificare cōfitendo se peccatorē. Qui em̄ peccatorē se confitet deū glorificat ostendēs se deū offendisse ⁊ eius misericordia se indigere. Secūda ratio fuit sacre cōionis reuerentia: qz oēs tenent in pascha cōicare tam ꝓfecti q̄ imꝑfecti. Et tūc qz agnus paschalis manducandus est cum solēnitate: vt mundi essent māducantes ⁊ digni: oportuit premitti remediū purgationis ⁊ probationis ⁊ hoc est in pcti confessione. Tertia ratio fuit discretio gregis dñici: ne lupi absconderent in grege qui manducarent agnos. Ideo institutū est vt vultus cōscientiarū suarū sacerdotibus ostenderent: ⁊ ne heretici innocētiā palliarent ⁊ sub pelle innocētie se abscōderet. Uñ si q̄s nullū haberet pctm̄ mortale: ꝓfiteri dꝫ venialia. nō ꝙ hō obligef illa cōfiteri de se vt declarabit inferi⁹ ꝓpter vinculū pctī: sꝫ ꝓpter obligationē precepti. Si aūt aliq̄s diceret ꝙ nō habe-

ret remorsum pcti venialis. Dicit Boñ. ꝙ impossibile est ꝑm statū viatoris vt aliq̄s vnū diē vel septimanā trāseat sine remorsu venialis: tñ ꝙ totū annum trāseat illud magis est īpossibile vt vix credatur ꝙ fuerit hoc donū in aliquo nisi in xp̄o ⁊ eius matre Et iō vnusq̄sq̄ vel hꝫ cōsciam de venialibus vel dꝫ habere: ⁊ oīs hō petere dꝫ. Dimitte nobis debita nr̄a Vix em̄ est hō in vita ista sine veniali: tū propter ignorantiā: qꝛ in multis venialiter peccamus ⁊ ignoramus ⁊ nō cōsideramus: tū ꝓpter adherentiā: qm̄ venialia ista magne sunt adherētie. Et iō quantūcūq̄ aliq̄s sit ꝑfectus dꝫ recognoscere ⁊ opere cōfiteri se pctōrē. Si tñ q̄s reꝑiret q̄ nō haberet venialia pctā ꝓpter suꝑabūdātē gr̄am talis nō tenet ad illud mādatum: qꝛ solis pctōribus ⁊ viatoribus datū est: ipse v̄o iā habitat in celis q̄ venialiter nō peccauit. Hec Boñ. Addit his Rich. ꝙ regulariter oēs tā fideles q̄ꝫ infideles tenent ad cōfessionē faciendā sacerdoti xp̄iano: inquātū istud p̄ceptū est preceptū dei q̄ ptātē hꝫ vl̄r suꝑ oēs: ⁊ p̄ceptū vl̄r dedit. Si aūt nō esset p̄ceptum nisi ab eccl̄ia: ad eius obseruationē nō tenerent nisi illi q̄ sacr̄m baptismi susceperunt. Quia vicario xp̄i nō fuit cōcessa directe ptās suꝑ illos q̄ sacr̄m baptismi nō susceperūt: qd̄ est ianua qua intrat in eccl̄iam militātē. Et tāte obligationis est p̄ceptū de cōfessione vt si q̄s nō pōt loq̄: cōfiteri debeat nutu vel signo eo mō quo pōt: ꝓut notat. xxvj. q. vj. c. q̄ recedūt. Jstud etiā p̄ceptū cū sit euangelicū quātū ad institutionē: quātū v̄o ad circūstātiā sit de iure positiuo: pōt a papa dispēsari quātū ad circūstātiam. Sed ꝙ aliq̄s nullo mō teneat cōfiteri papa nō pōt: qꝛ nō pōt dispēsare cōtra euāgeliū. Vñ Urbanus papa. xxv. q. j. c. sunt q̄dā. ait: Sunt quidā dicētes romano pōtifici semꝑ licuisse nouas condere leges: qd̄ ⁊ nos non solū nō negamus: sed etiā valde affirmamus. Sciēduꝫ v̄o sumopere est qm̄ ⁊ inde nouas leges cōdere pōt: vñ euāgeliste aliquid ⁊ ꝓphete nequaq̄ dixerūt: Ubi v̄o aꝑte dñs vel eius apl̄i ⁊ eos sequētes sanctos p̄res sentētialiter aliquid diffinierūt: ibi nō nouā legē romanus pōtifex dare: sed potius qd̄ p̄dicatū est vsq̄ ad aīam ⁊ sanguinē cōfirmare dꝫ. Si em̄ qd̄ docuerūt apl̄i ⁊ ꝓphete destruere: qd̄ absit: niteret nō sniam dare: sed magis errare cōuinceret. hec ille. Jō vsq̄ nūc in hoc p̄cepto nō est dispēsatū: nec quātū ad institutionē: nec quātum ad circūstantiā. Ego aūt dico ꝙ in hoc p̄cepto lꝫ male: tñ aliq̄s dispēsauit. Naꝫ vidim⁹ plerosq̄ stetisse ꝑ. x. xx. aut. xxx. annos sine cōfessione. Et q̄s dispēsauit cum istis? Nō deus: nō angelus: nō papa: nō legatus a latere: nō ep̄s: nō sacerdos: nec q̄sq̄ alius clericus. Sed quis fuit ille dispēsator? Respōdeāt ipsi. Dic inquā mihi o infelix xp̄iane q̄ ꝑ tot annos sine ꝯfessione stetisti. Quare nō es cōfessus: q̄s dispēsauit te cuꝫ? Et statim dicet: Ego nō cōfiteor ꝓpter luxuriaꝫ: Alter dicet: ego ꝓpter auaricia. Alter ꝓpter discordiā: ergo cuꝫ his ⁊ sil̄ibus dispēsat diabolus. Cū luxuriosis diabolus luxurie: cū auaris diabolus auaricie: cū odiosis diabolus rixarū ⁊ discordie. O iniqua cōditio maloꝝ xp̄ianorū: o ꝑtinacia damnabilissima: o venenata synagoga inferni. Cur tādiu o fatui vestrā salutē negligitis? Expgiscimini igitur ⁊ cōfitemini pctā vr̄a: vt ꝑ cōfessionē in p̄senti efficiamini digni dei gr̄a ⁊ in futuro eterna gloria. Amen.

¶ Feria sexta post Jnuocauit de cōfessione sctissima. Sermo. xxviij.



Respondit ei lāguidus. Dñe hoīem non habeo: vt cū turbata fuerit aqua mittat me in piscinam Joh. v. ⁊ in euangelio hodierno. Egebat adhuc auxilio hoīs vt poneret in piscinā infirmus et languidus: q̄ si ibi descēdisset nō hoīs sed dei virtute sanitatē fuisset confecu

tus. Ut mystice innuat̄ ꝙ lꝫ deus causa sit efficiens pctōꝝ nostroꝝ sanitatis: tñ opportunū est ad eā assequēdā ministeriū sacerdotū. Ipsi eq̄dez ex autoritate sibi cōcessa pctōres penitētes ꝑ absolutionē adiuuant vt saluent̄. Qm̄ aūt in precedenti sermone multa diximus ꝓpter que nōnulli sua pctā ꝯfiteri disposuerunt: vt etiā feruentius animent̄ ad suū ꝓpositū exequendū: iccirco hodierna die adhuc de confessione erimus dicturi. De qua tria mysteria ꝓponem⁹ contēplanda: videlꝫ

Primū d̄r temporalitas.
Scd̄m qualitas.
Tertium integritas.

¶ Qualiter excusant̄ aliq̄ si nō cōfiteantur semel in anno: ⁊ an post pctm̄ necessariū sit cōfiteri. Cap̄. j.

Primū mysteriū declarandū de cōfessione d̄r tēporalitas in quo videre debemus qñ sit cōfitēdū. Circa hoc autez triplex tp̄s subdistinguemus.

Primū d̄r tp̄s assignatū,
Scd̄m festinatū.
Tertium determinatum.

¶ Primum tempus dicitur assignatuz: de quo fit mentio in. c. oīs. ex̄ de peni. ⁊ re. quando dicit̄: semel in anno. Ex quo colligit̄ ꝙ de iure cōi saltē semel in anno oēs hoīes cōfiteri teneantur. ¶ Notandū tñ ꝙ ab istius p̄cepti obligatiōe aliqui excusant̄: aut ꝓpter infatuationem: aut propter locutionē: aut ꝓpter sacerdotis priuationem. ¶ Primi excusantur propter infatuationez cū essent fatui aut mēte capti: quia ī eo statu nō possunt mereri nec demereri. Sed sunt in eo statu siue damnationis siue saluationis in quo reperti sunt qñ perdiderunt sensum: vt d̄r ex̄ de baptismo ⁊ ei⁹ effectu. c. maiores. in fine. Obligant̄ tñ tales ad cōfessionē qñ habēt lucida interualla. ¶ Scd̄i excusantur ꝓpter locutionē: q̄r sunt muti: aut ignorāt idioma patrie in qua morant̄: tales cōfiteātur eo mō quo possunt. s. per signa aut per interpretē si pōt inueniri: ⁊ tunc interpres ⁊ sacerdos ꝓ vna ꝑsona computant̄. Tñ dic̄ Rich̄. i. iiij. dis. xvij. ⁊ videt̄ aliq̄bus ꝙ cōfiteri per interpretē nō est cōstitutū iure diuino nec positiuo: ⁊ cū cōfiteri sit multū difficile: nō videt̄ tutū plus artare cōfessionē q̄ artet̄ per ius diuinū vel positiuū. Ut em̄ d̄r Prouer. penul. ⁊ distin. iiij. c. deniq̄z. Qui nimis emūgit elicit sanguinem. Tertij ꝓpter priuationē seu absentiā sacerdotis excusant̄: quē tñ debēt penitētes diligenter req̄rere: vt dicit magister in. iiij. dis. xvij. c. nūc prius. Et illud dictum magistri: videlꝫ Si defuerit sacerdos proximo vel socio facienda est cōfessio: exponendū est de cōgruitate nō de necessitate ꝟm Rich̄. Utrū ꝟo absente sacerdote penitens debet ei per lr̄as confiteri. Dicit Rich̄. ꝙ nō. q̄r hoc nō īuenit̄ institutum. Et q̄r imminet periculum ne esset defectus in examinatione pctōrū: quaz facere debet sacerdos vt possit salubria prebere remedia: ⁊ ne reuelarentur peccata alicuius. Littere em̄ faciliter possunt perdi: ⁊ ꝑ nunciū maliciose aperiri: aut ꝑ nūcij ignorantiā tradi illis quibus non mittunt̄: qui eas aperirent: ⁊ etiaz q̄r al's maliciosus sacerdos posset cōtra penitentē agere ostendendo scripturam suam. ¶ Scd̄m tempus circa confessionē dicitur festinatū. Pro quo dubitari solet: an pctōr statim teneat̄ cōfiteri pctā habita opportunitate sacerdotis. Et circa h̄ sunt varie opiniones. ¶ Prima est Innocētij super. c. oīs. ex̄ de peni. ⁊ re. ⁊ Archidiaconi sup̄ c. ille rex. de peni. di. iij. qui vident̄ dicere: ꝙ oīs q̄ cecidit in pctm̄ mortale: tenet̄ q̄ citius poterit ex debito necessitatis cōfiteri. Idē dicit Host. in sum. sua: li. v. ti. de peni. ⁊ re. ꝟ. qñ cōfitētem. Cui opinioni quidam inherētes dicūt: ꝙ. c. oīs. nō subuenit negligētibus vt nō obligent̄ ad cōfessionē nisi semel in anno: sed potius punit negligentiaz illorum qui sic saltem nō cōfitent̄. Ratio autez est: q̄r quādocūq̄z fit aliquod preceptuz

absq; determinatione temporis debet impleri q̄citius cōmode fieri pōt. Cuz ergo homo obligetur ad confessionem post pctm̄ mortale ex precepto diuino: ergo q̄citius cōfiteri tenetur. Secūdo addunt rōnē aliā: quia oēs deberēt vitare periculū: sed differre confessionem est esse in periculo: ꝛ nō vitatur periculum ꝓpter impedimenta que possunt euenire: et quia differre confiteri facit hominū obliuisci pctōz suoz quod potest eē nociuū. ¶ Scōa est opinio Ric. xvij. dist. quarti li. di. q̄ peccator nō tenetur confiteri statim habita opportunitate preterq̄ in aliquibus casibus. Primus ratione sacramenti quādo. s. aliquis vult celebrare seu cōicare. Secundus est rōne periculis q̄ aliquis esset in expresso piculo mortis vel propter egritudinē vel aliā causam. Tertiꝰ est ratione ꝓscientie quādo aliquis haberet conscientiā dictātē sibi q̄ statim teneatur. Quartus est ratione dubij q̄ quis verisimiliter dubitaret illo anno se non posse plus habere copiā sacerdotis. Quintus casus est ratione statuti: qui cōpetit religiosis. Ipsi em̄ ratione statutoz suoz ꝛ sui statꝰ tenētur confiteri frequentius q̄ statuat concilū generale. Nec tm̄ propter hoc sequitur q̄ statim teneatur cōfiteri habita opportunitate sacerdotis: nisi adsit dies quo fm statutū religionis sue ꝓfiteri tenētur. Quod aūt peccator regulariter nō teneatur statim cōfiteri ptz: q; ad hoc nō obligatur ex iure nature: q; cōfiteri sacerdoti nō est de iure nature absolute: nec ad hoc obligatur diuina lege: q; si xp̄s ꝓfiteri sacerdoti p̄cepit īplicate non statim tm̄ precepit hoc fieri: nec ad hoc obligatur iure positiuo: sed tm̄ semel in anno. ¶ Tertia est opinio domini Boñ. xvij. di. quarti. q̄ ait: q̄ de confessione est loqui dupl̄r. vel quātum ad propositū interius: vel quātū adverbū exterius. Si quātū ad ꝓpositū interiꝰ: sic cōiter conceditur q̄ peccator tenet proponere ꝓfiteri: q̄nq; ꝓteri. Ad hoc aūt tenetur q̄n recogitat culpam commissam ꝛ dei offensam: vel q̄n tēpus se offert in quo recogitare debet sicut in hora mortis vel piculo vel aliquo alio simili. Si aūt loquamur quantum ad actū: dico q̄ opportunitas loci temporis ꝛ sacerdotis pōt se ante pascha offerre: aut ita q̄ timetur ne vnq̄ se offerat: sicut est in his qui grauiter infirmātur: et tales tenētur absq; dubitatione ad ꝓfessionē: aut ita q̄ maior opportunitas expectaf: vel quātum ad tps: vel quātum ad sacerdotē: ꝛ sic pōt fine alio quo pctō differri. Quia ergo tps quadragesimale est tēpus penitētie ꝛ aptū ad deuotionē: possunt laici tēpꝰ illud rationabiliter expectare nec peccant: dū tm̄ ꝓponant firmiter confiteri. hec Boñ. Alex. autē in. iij. non de necessitate sed quadā congruitate laudat illos qui statim ꝛ sepius ꝓfitenf cū possunt. Asserit em̄ ꝓfessionē illā ad nouam vtilitates valere. Prima est peccati cognitio. Scōa satisfactio. Tertia mētis securatio. Quarta pene diminutio. Quinta ītercessoz multiplicatio. Sexta gratie augmētatio. Septima culpe remissio. Octaua peccatoz euitatio. Nona dei glorificatio. ¶ Prima vtilitas dī peccati cognitio. Nam sacerdos tenet ꝓfitentē instruere: eiq; ostendere quātū potest peccatoz qualitatē: q̄n. s. aliquod peccatū mortale est: aut veniale. Et sic est ex ꝓsequenti q̄ sepius cōfiteꝰ clarius sua peccata cognoscit. ¶ Scōa vtilitas ē satisfactio. Verecūdia nāq; cū qua quis peccata cōfitetur sacerdoti est quasi pallium preciosum peccatū cooperiens. Unde Aug. lib. de penitētia. ꝛ ponit de peni. di. j. c. quē peniter. ait: Qui pervos peccastis p vos erubescatis. Erubescentia em̄ ipsa partē habet remissionis. Et iterū ibi. Dignꝰ est (inq̄t) misericordia qui spirituali labore petit gratiā. Laborat em̄ mēs pariēdo erubescentiā. Et quoniam verecundia magna est pena: qui erubescit pro xp̄o fit dignus misericordia. ¶ Tertia

vtilitas est mentis securatio. Valet cōfessio ad quādā mētis securitatē ex cogitatione venie accepte. Ūñ ps. xlj. In voce exultationis ⁊ cōfessionis: sonus epulantis. ¶ Quarta vtilitas est pene diminutio. Nā sacerdos ex vi clauium pōt aliq̄d pene debite relaxare: licz nō oēm penā. ¶ Quinta vtilitas est intercessoz multiplicatio. Tenent nāq̄z sacerdotes orare p eis q̄ sibi confitētur. ¶ Sexta vtilitas est gr̄e augmentatio. Sepe em̄ in ꝓfessione deuota dñs augmētat gr̄am collatā i ꝓtritiōe. ¶ Septima vtilitas est culpe remissio. Qñq̄z em̄ nō ꝓteritur hō ante confessionē et confitēdo pctā fit ꝓtritus ⁊ remittunt ei. ¶ Octaua vtilitas est peccatoz euitatio. Propter frequentē em̄ ꝓfessionē melius euitant pctā. ¶ Nona vtilitas est dei glorificatio: q: quotiēscūq̄z q̄s sua peccata in spe venie ꝓfitetur: deum clemētissimū et misericordē glorificat. ¶ Quare laudabile est vt qui frequenter peccant: non tm̄ semel in anno sed frequēter etiā confitēatur. ¶ Tertium tēpus quod notatur in ꝓfessiōe ꝺ: determinatū. In quo videndum est qua etate determinate obligat quis ad cōfessionē. Et ad hoc dixerūt aliq̄ q̄ i etate septē annoz q: in glo. in. c. oīs. super verbo discretionis. ꝺ:: Anni discretionis dicūtur cū q̄s est doli capax: q: tūc pōt peccare. Et idē habetur. C. si aduersus delictū. l. j. et. C. si mino: se maiorē dixerit. l. iij. Et glo. super verbo grandiusculis. eī de delictis pueroz. c. pueris grādiusculis. dicit. i. doli capacib?: videlz septē annoz. Tales em̄ mentiri ⁊ verū dicere ⁊ fateri ⁊ negare nō pūt: vt dicit Aug̃. in epistola ad Renatum epm. vt habetur in glo. super. c. paruuli. de conse. dis. iiij. Hostien. Ho in summa sua lib. v. de peni. ⁊ re. Doli inquit capax est cū quis est primus pubertati. ff. de actio. ⁊ obli. lib. j. Et ꝑm eūdē lib. iiij. summe ti. de despon. impu. Pubertas īcipit in muliere in duodecimo anno. In masculo Ho in decimoq̄rto. Sed addit Hostien. q̄ q̄n quis est doli capax in exteriozavir bonas estimabit. Ūñ ex de ꝑsump. in. c. ex studijs. ꝺ:: Ex studijs suis cognoscitur puer. Inuenit nāq̄z in lib. dial. q̄ quidā puer quinq̄z annoz iurans ⁊ blasphemans a diabolo raptus fuit. Sed in illo ꝑm Hostiē. lib:o. v. de delictis pueroz. malicia supplebat etatē. Si ergo pueri non sunt doli capaces: nō tenētur ꝓfiteri. Tales em̄ furiosis comparantur: q: eoz etas quicquid videt ignorat. ff. de acquiren. pos. l. j. §. furiosis. Et. C. de falsa moneta. l. j. in fine. Nec tm̄ in pueris ante decimū vel quartūdecimū annū negādū est pctm̄: eo q̄ peccare non possunt carnal?: q: ꝑter carnalia pctā reperiunt ⁊ alia. Unde in. c. j. de delic. pue. dicitur: Pueris grādiusculis pctm̄ nolunt tribuere quidā nisi ab annis quattuoz decim cū iā pubescere ceperint qō merito crederemus si nulla essent pctā nisi que mēbris genitalib? cōmittunt. Sz quis audeat affirmare futura mēdacia ⁊ periuria nō esse peccata. At his plena est puerilis etas: q̄uis nō ita i eis: vt in maioribus punienda esse videantur. hec ibi. Sz heu ꝓchdoloz:: q̄d referā. Tāta est hodie in pueris et puellis malicia: vt etiā in pctā carnis ante annos pubertatis libidinosissime inardescant. Quare solerti cura a parētib? ad confessionem sunt inducendi.

¶ Qual?r sacerdos audiēs ꝓfessionē ꝺz habere autoritatē: sciētiā ⁊ bonitatē ⁊ quis dicat ꝓprius sacerdos. Cap. ij.

Secundū mysteriū declarādū de ꝓfessione ꝺ: qualitas. In quo notāde sunt qualitates seu ꝓditiones que requiruntur in sacerdote cui peccator ꝓfiteri ꝺz Et colliguntur maxime tres.

Prima ꝺ: potestas.
Secunda sanctitas.
Tertia claritas.

¶ Prima conditio confessionis ꝺ: potestas. Nam ꝑm Durandū in sum. li. j. par. j. dist. j. ad absoluendum in foro

penitentie tria requiruntur.

Primū ꝙ ꝯfessor hēat auctē clauiū.

Scdz ꝙ hēat autoritatē executionē.

Tertiū ꝙ executio sit liba nō ligata.

¶ Et propter hoc dr in.c.oīs. ex̄ de peni.⁊ re.ꝙ vnusquisq; debet ꝯfiteri ꝓprio sacerdoti: qr sibi inest hmōi ptās. Sed notādū ꝟm Rich.dist.xvij.quarti.ꝙ ꝓprius sacerdos pōt accipi multipliciter. Uno modo est ꝓprius sacerdos alicuius habēs sup ipm iurisditionē ordinariā in foro penitentie: modo tñ inferiori: ⁊ sic est proprius sacerdos ille qui cōiter vocatur presbyter parrochialis. Secūdo modo dr̄ ꝓpri⁹ sacerdos habēs iurisditionē ordinariā modo ꝑncipali: ⁊ sic eps est ꝓprius sacerdos oīm existētium in suo episcopatu. Nota tñ ꝙ archiepi nō habēt autoritatem absoluēdi subditos suffraganeorū suoꝝ excepto casu qñ visitant ꝓuinciā. ex̄ de censibus.c.perpetuo.lib.vj. Tertio modo dicitur ꝓprius sacerdos habēs iurisditionē modo ꝑncipalissimo: ⁊ sic papa est ꝓprius sacerdos omniuz xp̄ianoꝝ. Quarto modo dicitur ꝓpri⁹ sacerdos habens iurisditionē delegatam ab aliquo istoꝝ vel a legata dñi pape. Quinto modo dicitur ꝓprius sacerdos habens iurisditionē ex cōmuni cōcessione iuris. Et sic sunt ꝓprij sacerdotes illi quos epi ⁊ abbates exēpti sibi eligunt in ꝯfessores. Talibus em̄ ꝑmittitur ex lege cōmuni eligere sibi discretum ⁊ ꝓuidum cōfessorem. ex̄ de peni. ⁊ remis.c.ne pro dilatiōe. Sic etiā est proprius sacerdos illius quem q̄s audit cōstitutum in articulo necessitatis: in quo casu quilibet sacerdos pōt hominem absoluere: sicut ptz. xxvj.q.vj. c.presbyter.⁊.c.sequenti. Et ex̄ de furtis.c.fures. Hoc etiam modo est ꝓpri⁹ sacerdos vagabundorū quicunq; presbyter parrochialis: in cuius parrochia voluerint confiteri; quia tales nunq̄ habent domicilium ꝓpriū.ff.ad municipa.l.labeo. Siliter dico de illis q̄ domicilio relicto nauigant: vel iter faciūt querentes quo se transferant. Nā ⁊ tales sine domicilio sunt.ff.ad municipales.l.ei⁹.§.celsus. Et similiter ꝟm Inno.sup.c.omnis. Scholares possunt confiteri illi quem elegerint in loco in quo studēt si moram ibidē ꝯtraxerint: vel contrahere intēdant per vnum annum. Accipiendo ergo proprium sacerdotem pro sacerdote habente iurisditionem aliquo predictorū modoꝝ: qui sibi confitetur cōfiteri dicitur proprio sacerdoti. Sed hic oritur dubiū. Utrū illi qui confitentur alicui habenti potestatem ⁊ autoritatē audiendi ꝯfessiones ab episcopo: teneantur illo eodem anno ꝯfiteri suo presbytero parrochiali. Et aliquibus videtur ꝙ sic: qr vt probat.xj.q.j.c.peruenit. Si suavnicuiq; episcopo iurisditio et potestas nō seruatur: ecclesiasticus ordo confunditur ergo similiter si non seruatur presbytero parrochiali. Insuper ꝟm Bern.lib. iij.de consideratione.c.xiij. Ecclesiastica hierarchia est ad exemplar angelice hierarchie. Sz in angelica hierarchia id quod conuenit angelis alicuius ordinis ex officio nunq̄ committitur angelis alterius ordinis: ergo similiter fieri debet in ecclesia. Respondet Rich. vbi.s̄. ꝙ episcopus habet ordinariam iurisditionē super subditos sacerdotū parrochialium. Illud autem quod cōuenit alicui ex ordinaria iurisditione: ipse potest committere alij habenti ordinem conuenientem ad illud officius exequendū. ex̄ de ꝯsecra.eccle.c.aqua. Illi ergo qui confitentur legitime habenti ptātē epi: ⁊ absoluunt ab eodez: vere sunt absoluti: nec eadē peccata in numero tenentur suis presbyteris parrochialis ꝯfiteri. Unde eps concedēs potestatē alicui audiēdi confessiones: non aufert curato iurisditionē: sed sibi seruat dans ei coadiutorem: ⁊ sic soluitur primū argumentū. Ad scdm vo de similitudine ecclesie ad angelicam hierarchiam: respōdēdū est ꝙ in hoc non est sile: qr angelus sufficit plene ad exe

quendū actus cōueniētes officio suo. Nō sic aūt vere potest dici de quolibet inferiore curato. ¶ Scōa conditio confessoris dicitur sanctitas. Ut enim dicit Durandus in summa vbi. s. Tanta debet habere pfessor abilitatē affectionis: vt sit dign⁹ xpi minister. Unde de peni. dist. vj. c. qui vult pfiteri. dr: Sacerdos itaq; cui oīs offertur peccator ante quē statuitur oīs languor in nullo eor sit iudicandus que in alio iudicare est prompt⁹. Judicans em aliū q̄ est iudicādus: condēnat seipm. Cognoscat ergo se t purget in se: qō alios videt sibi afferre. Ex q̄bus ꝟbis sumitur argumētū ꝟm Duran. cp existēs in mortali peccato: peccat mortal⁹ absoluendo: nisi prius peniteat. Nec solū debet esse sanctus pfessor sed in sanctitate solidus t firmatus ꝓpter ea q̄ audiūtur in pfessione. Jdeo Bern. sup cātica sermone. xviij. ait: Tu frat cui firma charitas nōdū est: sed adeo teneraī arundinea: t oī cedat flatui: qua frōte alienā vulnera curare: aut ambis aut acqe scis. Noli esse nimis iustus. Sufficit tibi si diligis primū sicut teipm. Nō em salutē primi debes querere: in salutis pp̄rie detrimentū. hec ille. Caueant tm̄ qui pfiteri volunt ne fiant cōfessor iudices curiosi: sed eis tm̄ sufficiat nō cōspicere malā vitā expresse. ¶ Tertia cōditio pfessoris ō: claritas. Debet vtiq; habere claritatē cognitionis t scientie: vt ō: in. c. omīs. §. sacerdos. Et in glo. in dicto. c. super verbo sacerdoti. Et in glo. sup verbo ꝓuidum. in. c. ne p dilatiōe. ex de peni. t remiss. Jō ō: de peni. di. v. in. c. qui vult confiteri. Caueat' spiritualis iudex: vt sicut nō cōmisit crimē nequicie: ita nō careat munere scientie. Oportet em vt sciat cognoscere quicqd debet iudicare. Judiciaria nanq; ptās exp̄ostulat vt qō debet iudicare discernat. Diligēs ergo inq̄sitor t subtilis inuestigator sapienter t quasi astute interroget a pctōre qō forsitā ignorat vel verecūdia velit occultare. hec ibi. Opz ergo vt confessores sciāt discernere qō debeāt iudicare: sicut in veteri lege iudicabāt de lepra t nō lepra. Leuit. xiij. Hic est q̄ Greg. li. j. pastoralis. c. j. ait: Nulla ars doceri psumit: nisi pri⁹ intēta meditatione discat. Ab imperitis g̃ pastorale magisterium qua temeritate assumit: cū sit ars artiū regimē aiarū. Facit ad hoc. c. Cum sit. ex de qualitate ordinādor. Cōfessor ergo ꝟm Durā. quotiēs se ingerit ad pfessiones audiēdas: totiens offert se ad rndēdū de peccatis mortalib⁹ t p̄ceptis: de ̄ctibus t vsuris: de restitutionibus. Debet itaq; habere scientiā saltē cōpetentē. Vocat aute cōpetēs q̄ necessaria est ad executionē cuiuscūq; ordinis. Usū inquātus sacerdos deputatus est ad diuinū officiū celebrandū: tenet intantus scire de grāmatica q̄ sciat verba pferre: t q̄ intelligat saltē lr̄aliter ea q̄ legit. Jnquātum vo est minister sacramētor̄: tenet scire q̄ sit debita materia vel forma cuiuslibet sacramēti t modū recte singula dispēsandi. Jnquātū doctor est tenetur scire saltē fidei rudimēta. Et inquātū est iudex in foro pscientie: tenet scire discernere inter lepra t nō lepra: saltē inter his pctis q̄ sunt oīb⁹ notiora. Jn alijs vo de q̄bus etiā sapientes dubitāt sciat dubitare: t q̄rere supior cōsiliū. Debet scire q̄ sunt mortalia: q̄ capitalia saltē in cōi: t q̄ venialia in genere. Dz etiam scire canones penitētiales: nō tm̄ propter hoc vt penitētias iniūgeret: cum pne hodie fint arbitrarie: vt dicet i sequēti sermone sz vt p hoc sciat culpas pnias agnoscere. hec Durā. Ego tm̄ credo q̄ pōt q̄s duz nō est nimis peritus in tribus casibus sine periculo pfessiones audire. Primus est q̄n periculū mortis immineret pfitēti: nec alius posset haberi: tunc quilibet pōt et debet audire ꝓpter efficaciā sacramēti ne ea priuet. Secūs est q̄n cōfitens est peritus sufficienter ita q̄ ip̄m confessorem docet. Tertio q̄n pfitētes sunt persone spūaliter viuentes t crebro pfitentes q̄ non

consueuerunt habere nisi venialia.

¶ Qualiter confessio dz esse integra vt penitēs cōfiteat oia pcā mortalia t circunstantias trahentes ad aliud genus peccati: t in casu venialia. Capm. iij.

Ertiū mysteriū de cōfessione declarādum dicitur integritas. Nā vt dicit. c. oīs. sepi⁹ allegatū. De oībus peccatis cōfessio est faciēda vni sacerdoti vt integra sit t nō diuisa. Sed in hoc solet dubitari quantum ad tria.

Primo quātum ad pcōz differētiā:
Scōo quātū ad eoz circūstantiam.
Tertio quātum ad pcā venialia.

¶ Primo solet dubitari quātū ad pcōrum differētiā. Utrū necesse sit differentiam oīs pcī mortalis: siue latētis: siue manifesti: siue sit cordis: siue sit oris cōfiteri. Et rñdet Bona. dist. xvij. iiij. q fic. Et de pcō manifesto dicit: q necessarium est vt dicat in confessione duplici ex causa. Una ex parte audiētis: alia ex parte confitētis. Ex parte audiētis: qm̄ sicut est in iudicio forensi q iuder aliq̄d nouit vt priuata psona: qō tñ nō nouit vt iuder nec pcedit ad sniam quousq; innotescat ei vt iudici: qz vt dz in. iij. q. vij. c. iudicet. Juder debet iudicare ꝑm allegata. Sic est in iudicio penitētiali: qz peccata publica q̄uis sint manifesta sacerdoti sicut homini: nō tñ sunt manifesta sicut dei vicario: ideo sunt confitēda. ¶ Scōa rō est ex parte confitētis: qz per suā humilē cōfessionē hz iustificari. Unī de peni. di. j. c. porro illi. §. alij. Dic tu prius iniq̄tates tuas vt iustificeris in sermonibus tuis. pō. l. t Roma. iij. Dū ergo peccator cōfitet oīa mortalia: secreta: t publica que fecit: debet dicere sacerdoti: t si non recordaretur omniū: precedēte sufficiēti preparatione: sufficit ei q in genere doleat t cōfiteatur se in multis offendisse quoz nō recordat: qz vt scribit in glo. sup. c. porrecta. ex de confir. vti. vel inuti. t. C. de veteri iure enucleādo. l. ij. §. si quid autem. Omniū habere memoriam et in nullo penitus oberrare diuinitatis est potius q̄ humanitatis. Si aūt pctōr recordet t nolit dicere vel nō dat operā vt recordetur confessio sua infructuosa est: vt colligi pōt ex dictis in. c. fratres nr̄os. de peni. dist. v. ¶ Scōo solet dubitari quātū ad pctōrum circūstantias. vtrū circūstātie sint cōfitende. Et dicit dñs Boñ. prefata. xvij. dis. iiij. q tria sunt circūstantiarum genera: quedam sunt alleuiantes: quedā aggrauātes: quedā ad aliud genus trahētes. Prime circūstantie alleuiāt pctm̄: vt si quis peccasset cum muliere: ab ipsa tñ tentatus t puocatus et hmōi. Has circūstātias confiteri nō est bonū nisi ꝓpter hoc vt satisfaciat alteri ne inquisitioni: vel vt puideat ei⁹ scandalo t pturbationi: vtpote si timeret cōfessorē ex hoc accipere occasionē t eremplū malū vel si tātū circūstātia minuat peccatum vt sit in genere venialis aut nullum pctm̄: sicut comedere carnes in quadragesima ꝓpter infirmitatem: hoc excepto pctōr nō dz tales circūstantias referre: qz in cōfessione habet se accusare: nō excusare. Scōe circūstātie dicūtur aggrauātes que aggrauāt pctm̄: nō tñ trahūt in aliud genus: vel in aliā speciē pcti: vt si q̄s lusisset ad taxillos multus libēter: t fuisset fornicat⁹ cū multa delectatione: vel cōmisisset aliquod peccatū ex ꝓpria malicia nulla tētatione precedēte: t tales circūstātias non est de necessitate cōfiteri: sed de cōgruitate. Tertie circūstantie dicūtur ad aliud genus trahētes: eo q trahunt in aliud genus vel in aliā speciē peccati et has cōfiteri est necessariū. ¶ Scōm vo dicta sanctorum octo sunt tales circūstātie. Prima persone. Scōa loci. Tertia modi. Quarta tēporis. Quinta numeri. Sexta qualitatis. Septima inductionis. Octaua cōsequētie. Prima circūstātia dz persone. Notificāda nāq; est persona cū qua vel cōtra quā pctm̄ est cōmissum. Aliud em̄ est peccare cū vna moniali: aliud cū vna seculari: aliud cū soluta: aliud cum cōiugata: aliud cum cōsanguinea: aliud

cū extranea: aliud pcutere laicuz: aliud clericū vel sacerdotē ⁊ hmōi. Scōa circūstātia ōr loci. Nā si pctm̄ cōmittat in loco sacro inducit aliā speciē pcti qō ōr sacrilegiū. sic̄ no. glo. de peni. di. v. c. cōsideret. Tertia est modi. Posset em̄ q̄s tali modo peccare q̄ pctm̄ traheretur in aliā speciez vt si q̄s cū muliere peccaret cōtra naturā. Quarta est tp̄is. Q̄n enim pctm̄ cōmittit in die festo inducit aliaz speciē. s. trāsgressionē tertij p̄cepti: vt dicit Nico. de lyra sup. xx. c. Exodi. Jō peccata in festis cōmissa cū temporis circūstātia sunt cōfitēda. Quinta ōr numeri: q: quotiēs hō peccat totiēs distincta ⁊ plura pctā cōmittit. ꝓterea oportet dicere quotiēs pctm̄ est commissum. Et si q̄s nō recordet dicat numerum quē pōt estimare ꝑm ꝓbabilē opinionē: ⁊ si non pōt estimare numerū estimet quāto tpe in pctō stetit. Sexta ōr q̄litatis. Oportet em̄ cōfiteri q̄n pctm̄ esset publicum q: induceret aliā speciē ⁊ hoc est scandalū primi. Septima ōr inductionis: q̄n alios nō solū ipe peccauit: sed alios induxit ad peccādū: dās consiliū: auxiliū: vel fauorē. Octaua ōr consequētie. Debet pctōr etiā dicere pctā que cōsequuntur ad alia pctā: vtputa q: in vno peccato occurrerēt mēdacia: periuria: adulationes: deceptiones ⁊ similia que in cōfessione nō sunt omittēda: sed ꝓpalanda. ¶ Tertio dubitari solet quātum ad peccata venialia: an expediat illa cōfiteri. Et de hoc dicit Bonauē. vbi. s. q. ſ. q̄ cōfiteri venialia nō est p̄ceptum: eo q̄ ablq̄ cōfessione multipliciter remittuntur. Et primo p dignā eucharistie sumptionē. de cōse. di. ij. c. cū oīe crimē. et c. si quotiēscūq̄. Scōo per aque bñdicte aspersionē: vt patet de cōse. di. iij. c. aquā sale cōspersam. Tertio p ieiunia ⁊ p elemosynarū largitionē: vt hr̄. lxxxij. dist. c. p̄sbyter. Et de peni. di. ſ. c. medicina. ⁊. c. ꝯfitemur. ⁊ dist. iij. c. sane cauēdum. Quarto p dñicam oratiōnē: vt de peni. dist. iij. c. de quotidianis. Quinto per deuotā corporis tonsionē. de peni. dist. ſ. c. tres sunt actiones. ⁊ dist. ij. c. si em̄. inq̄t: Sexto p generalē cōfessionem in ecclesia factā: vt de peni. dis. iij. c. de quotidianis. Jn casu tñ cōtingit q̄ hō teneat venialia cōfiteri: siue ꝓpter dubium: siue ꝓpter ecclesiasticū statutuz. Propter dubiū vt q̄n q̄s ꝓbabiliter de aliquo pctō dubitat vtrum sit mortale vel veniale: q: pctōr si nō penitet de illo sicut de mortali: discrimini se exponit: ⁊ ideo dz cōfiteri. Silr̄ ꝓpter statutū cōfitēda sunt venialia sicut dictū est superius de necessitate cōfitēdi semel in anno: vel de religiosis. Q̄n vo multi hoc audiētes scrupulosi satis efficiunt dubitātes nescire ꝓfiteri pctā sua vt decet Ego dico ⁊ teneo q̄ si q̄s cū volūtate se emēdādi ⁊ ꝓposito bono ad cōfessionē accedit: faciēs qō in se est vt bñ cōfiteat ⁊ nullius pcti recordaret: ⁊ nullā diceret circūstantiā: ⁊ multa omitteret que ad cōfessionē necessaria esse dicunt: cōsiderata voluntate bona ⁊ pēsata humana infirmitate vel ignorantia: talis fructu cōfessionis minime priuaret. Ergo cū bona ad deū fiducia disponāt se oēs pctōres prout poterūt vt sciāt pctā sua cōfiteri ⁊ a xp̄o sanitatē ⁊ salutē simul cum languido quē sanauit in euangelio firmiter obtinebūt hic per gratiā: et in futuro per gloriā: in qua viuit in eternum deus qui est bñdictus. Amen.

¶ Sabbato post Jnuocauit: de fructuosa et vtili confessione peccatorum.

Sermo. xxix.

Hic est filiꝰ meus dilectus in quo mihi bene cōplacui ipsum audite. Matth. xxvij. et in euāgelio hodierno. Seruāda sunt xp̄i precepta animo lero ⁊ libēti corde: quē verū deum credimus saluatorem nostrū. Testatur nāq̄ euangelium hodiernū qualiter xp̄s trāsfigurat̄ est in monte a deo patre et spiritu sancto vestimentū diuinitatis accepit. Jpse ergo nobis viam salutis aperuit:

penitentiāq; post cōmissa peccata illā esse predicauit. Jpse sacerdotibus claues ecclesie cōsignauit: quibus possent peccatorib⁹ aperire ianuā regni celorū. Jpse sanguinē suū offert oībus: quib⁹ merita ꝓpria nō sufficiūt vt illius mereto veniā assequanf ⁊ remissionē. Cūm ño hoīes saluare sic voluit per'gratiam suā: vt etiā ipsi faciāt qō in se est: ⁊ precipue pctā sua sacerdotib⁹ confitendo. Jccirco vnusquisq; illuz audire debet. Vor eñ ei⁹ est Matth. iiij. di. Penitētiam agite. Et qr hec penitētia cōfessionē includit: iccirco preter ea que in precedētibus dicta sunt: adhuc in hoc sermone tria mysteria ponem⁹ cōtēplāda.

Primū ōr humiliationis.
Secundū occultationis.
Tertium iterationis.

¶ Quō pctōr dz humiliter cōfiteri. Primo eraminādo conscientiā. Scōo accusando pctā. Tertio suscipiēdo iniunctā sibi penitētiā a sacerdote. Lapm. j.

PRimū mysteriū de confessione declarandum ōr humiliationis. Qui eñ confitetur dz cū humilitate: que precipue consistit in tribus.

Primo in diligēti examinatione.
Scōo in peccatoꝝ accusatione.
Tertio in penitētie susceptione.

¶ Primo cōsistit humilitas penitentis in diligēti examinatione. Nā qui humilis est ante cōfessionē in aliquo secreto loco examinat seipsum cogitās beneficia que a deo accepit: bona que omisit: ⁊ mala que omisit. dicens illud Esaie xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudie aīe mee. Sed multi sunt q̄ ad cōfessionē accedūt indeuoti imꝑemeditati fine vlla cōpunctione: fine cogitatione aliqua aut recordatione peccatoꝝ suoꝝ quib⁹ cōfessores qñ eos tales inueniūt: ꝑsuadere debēt vt prius se ꝑparēt: ⁊ postea redeāt ad penitendum: qui monēdi sunt vt ꝑ decē cōsiderationes discurrendo conētur sua pctā colligere. Prima cōsideratio est status in quo pctōr est: ⁊ in quo fuit: puta ꝛgi nitatis: viduitatis: aut mrimonij. Secūda est etatis in qua pctōr est ⁊ in qua fuit. Tertia est fortune prospere vel aduerse. Quarta officij artis seu exercitij. Quinta societatis cōmemorādo socios vel socias cū q̄bus hō conuersatus est. Sexta est locoꝝ in quib⁹ hō fuit. Septima tēpoꝝ: puta pacis: guerre: aut solēnitatū aut dierū ferialium. Octaua condis speculādo subtiliter q̄d cōtra deū ⁊ proximuz est corde cōmissum. Nona est ꝙboꝝ notāter in seipso q̄d in ꝙbis maleloquēdo potuerit errare cōsiderās. Decima est factoꝝ ⁊ operum. Vis modis discurrendo potest homo multa peccata que fecit ad memoriā reuocare: ⁊ ꝓpter que in sua cellula aut camera sic solus existēs pectus suū percutiēdo dicere dz cū publicano Luc. xviij. Deus ꝓpitius esto mihi pctōri. Et cū filio ꝓdigo Luc. xv. Pater peccaui in celū ⁊ coram te. Et cū Dauid pō. l. Miserere mei deus: secūm magnā miam tuā. Et quātū pōt conf detestari pctoꝝ suoꝝ magnitudinē turpitudinē ⁊ multitudinē deprecās oipotentem deū vt dignef ꝑ vulnera sui filij indulgere sibi delicta sua: ficq; cū tali dispositione reuertaf ad sacerdotē. Sacerdos ño vbi videt illū deficere diligēter adiuuet ⁊ eraminet. ¶ Scōo cōsistit humilitas in peccatoꝝ accusatione: qñ pctōr lz cū rubore: tñ libere ⁊ manifeste accusat pctā sua. Nā vt ōr de peni. di. j. c. quis aliqñ. §. taciturnitas. Taciturnitas pctī ex supbia nascif cordis. Jō eñ peccatū suuz quisq; celare desiderat: ne iniquitas sua alijs manifesta fiat: ne talis reputetur apud hoīes foris qualē se iam dudum exhibuit diuino cōspectui: qō ex fonte supbie nasci nulli dubiū est. Species etem superbie est se velle iustū videri qui peccator est. Sed excusant se ⁊ maxime mulieres dicētes: Nolle cōfiteri pctā: nō ꝓpter superbiā: sed ꝓpter verecūdiam. Pro quibus Bern. ait: O insania nimia hoīum: pudet ablui ⁊ nō pudet inq̄nari: pudet sordes abstergere

ꝛ nō pudet cōtrahere: abstergit caliga: ꝛ cōtaminatur aīa. Propter istos etiaꝫ de peni. di. j. c. quis aliqñ. §. Hinc etiā. ait Chryso. Nūc aūt si recorderis peccatoruꝫ tuoꝝ frequēter ea in cōspectu dei ꝓnūcies: ꝛ ꝓ eis clementiā eiꝰ deprecaris: citiꝰ illa delebis. Si aūt nūc obliuiscaris peccatoꝝ tuoꝝ: tunc eoꝝ recordaberis nolēs qñ in toto mundo publicabūtur ꝛ in cōspectu proferent oīm tam amicoꝝ tuoꝝ ꝙ inimicoꝝ ꝛ sanctorum angeloꝝ celestiūqꝫ ꝟtutū. hec ibi. Nulla ergo verecundia multominꝰ nec suꝑba tacēda sunt in cōfessione pctā: q̄nimmo illa hūiliter ꝛ dolēter sacerdoti sunt reuelāda sine duplicitate: sine mēdacio sine excusatione. Nec em̄ incipiendū est vt multi faciūt a ꝓpria laude asserētes. Ego ieiuno: do elemosynas: adiuuo pauperes: nō sum blasphemus aut homicida: lꝫ qñqꝫ vt hō carnaliter peccem ꝛ hmōi. Nō pura est nec deo accepta talis cōfessio. Dicenda etiā sunt pctā propria non aliena: vt dicit. c. oīs. ex̄ de peni. ꝛ re. Notādū tñ ꝟm Rich. in. iiij. dis. xxj. ar. v. q. ij. ꝙ expressio aliene persone seu alieni pctī: aut est necessaria ad expressionē peccatoꝝ: aut nō. Si sic tenet eā exprimere cōfessori. Uñ mulieri cum qua cōcubuit frater eiꝰ nō sufficit dicere ꝙ vnus vir cōcubuit cū ea: sed dꝫ exprimere ꝙ ille est frater eius. Et si non habeat nisi vnū fratrem: tūc scit sacerdos quis est ille. Et si est religiosus dꝫ exprimere ꝙ est religiosus. Et si est laicus ꝛ est ꝯiugatus dꝫ exprimere: ꝛ sic de alijs. Si aūt expressio persone nō est necessaria ad expressionē quātitatis pctī: tunc distingue. Qꝛ aut est vtilis ad correctionem illius vel preseruationē a recidiuo: aut nō. Si sic tūc credo ꝙ penitēs bene facit si extra confessionē hoc dicit alicui persone: que illi peccatori possit ꝛ velit prodesse ꝛ nō obesse. Sed ꝓ alia causa noīare ipsum in cōfessione non expedit nec oportet: qꝛ per talē nominationē cōfessor nō posset ꝓcedere ad correctionez illius. Si aūt nominatio illa nō est vtilis ad illiꝰ correctionē tūc subdistinguitur. Qꝛ aut pōt esse vtilis ad preseruandū a recidiuo: aut nō. Si sic: tūc bonum est ꝛ expedit penitēti vt illā personā exprimat confessori. Pōt em̄ cōtingere ꝙ cōfessor ꝑ cognitionē persone sciet iniūgere penitēti penitentiā talē ꝛ talia dare documēta ꝛ tales facere monitiones: ꝙ melius ꝛ securiꝰ penitēs poterit a recidiuo preseruari. Si aūt noīatio ꝑsone non est vtilis ad magnitudinis pctī expressionē: nec ad alterius correctionem: nec ad preseruandū a recidiuo penitētē tūc credo ꝙ penitēs teneat ꝑsonā celare. Quilibet em̄ tenet nō generare malam opinionē de ꝓximo suo in corde alterius sine rōnabili ꝛ vtili causa. ¶ Tertio cōsistit humilitas adhuc in humili pnīe susceptione. Ut em̄ dicit Chris. de peni. di. iij. c. perfecta. Perfecta pnīa cogit pctōrē oīa libēter sufferre. Sed dubiū est vtrū penitēs teneat tētionez necessitatis acceptare ꝛ explere pnīam sibi iniunctā a sacerdote. ¶ Et rñdet Richar. dist. xviij. iiij. ar. j. q. v. ꝙ sacerdos aut iniūgit pnīam rōnalem ꝛ discretā: aut nō. Si scdo modo penitēs nō tenet eā recipere nec cōplere: qꝛ sacerdos indiscretas pnīas iniūgēdo abutitur claue sciētie ꝛ potestate. Si primo nō dico ꝙ tenet tētione necessitatis eā recipere: et ꝓ viribus adimplere: qꝛ talē penitētiaꝫ iniūgendo clauibus vtitur recte. Quilibet em̄ tenet sui iudicis iustā snīam seruare. Unde si penitēs talē penitentiam sciēter ꝛ ex deliberatione implere omiserit mortaliter peccat cum facit absqꝫ legitima causa. Scdm em̄ Hosti. in summa de peni. ꝛ re. ꝓ quolibet pctō mortali regulariter deberet pnīa septēnis imponi. vt pꝫ. xxxiij. q. ij. c. hoc ipm. ꝛ. §. sequēti. ꝛ. xxij. q. j. c. pdicandū. Et est ratio vna: qꝛ deꝰ ꝓcepit mariā sororez Aaron lepra ꝑcussam poni extra castra ꝑ septē dies: ꝛ sic accipit dies pro anno. Alia rō est: vt sicut pctōr ꝑ peccatū septiformē spūssancti gratiā amisit: sic ꝑ septēnem penitentiaꝫ recuperet. Tñ pōt sacerdos

in penitētijs dispēsare ꝯsideratꝫ crimi
nis quātitate: ⁊ ꝑsone dignitate: cōdi-
tione: sexu: officio: pauꝑtate: īfirmita-
te: debilitate: ꝯsuetudine: cōplexione:
societate: causa: animo: voluntate: ⁊ sic
ꝑ arbitrio penitētias taxare ⁊ īpone-
re: vt ꝑbat̄ plene ex̄ de peni. et re. c. si-
gnificauit. ⁊. c. is qui. ⁊. c. oīs. §. sacer-
dos. ⁊ ex̄ de homi. c. sicut dignū. ⁊ ex̄ de
eo q̄ cog. cōsang. vxoris sue. c. trāsmis-
se. ⁊. xj. q. iij. c. absit. et. xv. q. vj. c. Si a
sacerdotib⁹. ⁊. xxvj. q. vij. c. tp̄a. ⁊ de pe
ni. di. j. c. mensurā. ⁊ de ꝯsecra. di. iij. c.
de penitētib⁹. Ideo dicat penitēti sa-
cerdos. Charissime frater tu cōmisisti
tot ⁊ talia pctā ꝑ q̄b⁹ deberes ꝑ quo-
libet sic penitere. Sꝫ forte vita tua ad
hoc agēdū tātū nō extēderet̄. Iniūgo
tm̄ tibi talē pnīam ꝑ oībus: ⁊ elemosy
nas q̄bus pctā redimunt̄: ⁊ oīa alia bo
na q̄ feceris et mala q̄ ꝑ xp̄o sustinue-
ris: accepta loco penitentie: ⁊ ꝙ ꝑsint
tibi in remissionē peccatoꝝ tuoꝝ. Et si
interim moriaris: autoritate dei ⁊ bea
toꝝ apostoloꝝ petri ⁊ pauli ⁊ sancte ec
clesie ⁊ nr̄a te absoluimus ab oīb⁹ his
que ꝯfessus es: ⁊ ab alijs de q̄bus non
recordaris inquātū possumus ⁊ debe-
mus: ⁊ si q̄d purgādū remāserit in pur
gatorio purget̄ iuxta misericordē dn̄i
volūtatē. Caueāt aūt sacerdotes ꝙ sic
arbitrētur ne vilis fiat autoritas eccle
sie ⁊ ptās clauiū ꝯtēnat̄. Vn̄ di. l. c. ab-
sit. d̄r: Absit a romana eccl̄ia vigorē suū
tā ꝑphana facilitate dimittere: ⁊ ner-
uos seueritatis fidei euersa maiestate
dissoluere: vt cū adhuc nō tātū iaceant
in pctīs: sed etiā cadāt euersoꝝ fratruꝫ
ruine: properata nimis remedia cōica
tionū vtiq̄ non ꝑfutura prestent̄. Ubi
em̄ poterit penitētie medicina ꝑdesse:
si etiā ip̄e medicus intercepta peniten
tia indulget ꝑiculis hoc nō est curare:
sed si veruꝫ dicere volum⁹: occidere. Et
ex̄ de vi. ⁊ hone. clericoꝝ. c. vt clericoꝝ.
d̄r: Facilitas venie tribuit incētiuū de-
linquēdi. Et ad hoc facit. c. est iniusta
xxiij. q. iiij. ⁊. c. loci. xxxv. q. ix. ⁊. c. perue
nit. xciij. di. ⁊. c. si quis prepostera. dist.
l. Studeat etiā sacerdos vt peccatori
penitēti semꝑ in ꝯtrariū pnīam impo-
nat: vt supbo iniungat humilē oratio-
nē: auaro elemosynarū largitionē: ac-
cidioso peregrinationē: guloso ieiuniū
luxurioso carnis macerationē: maledi
co bn̄dictionē: ⁊ hm̄oi. hec Hostiē. Ad-
dit Rich̄. vbi. s̄. ꝙ si penitēs sentiat pe
nitētiā sibi nimis grauē ⁊ ad obseruā-
dū ꝑiculosam: sua infirmitate pēsata
debet ad illū ꝯfessorē cui ꝯfessus est vel
ad aliū: si illū hr̄e nō pōt recurrere: ⁊ al
leuiationē vel cōmutationē petere. Et
cōfessor dꝫ ꝯcedere etiā si videat ꝙ pe-
nitētia alleuiata nō sufficiat plenarie
ad emēdā pctī: sed post eā inexpletā ad-
huc remaneat aliq̄d in purgatorio pur
gādū. Tutius em̄ est reseruare purgato
rio penitētē puniēdū q̄ ipsuꝫ exponere
periculo cadēdi in mortale pctm̄ ꝓpter
pnīe trāsgressionē iniūcte. hec Richar.
¶ Qualiter confessio debet esse secreta
respectu circūstantium: respectu cōfesso
ris: ⁊ respectu peccatoris. Cap̄m. ij.

Secūdū mysteriū declarādū
de cōfessione d̄r occultatio.
Debet cōfessio esse occulta
atq̄ secreta triplici occulta
tione.

Prima est quātū ad circūstantes,
Scd̄a quātum ad cōfessores.
Tertia quātū ad confitētes.

¶ Prima occultatio est quātū ad circū-
stātes: vt cōfessio fiat in secreto: non in
publico nec corā alijs. Ratio aūt est s̄m
Bon̄. dist. xvij. iiij. parte. iij. art̄. j. q. iij.
Prima: qꝛ in cōfessione manifestantur
pctā sacerdoti nō vt manifestent̄: sed vt
deleātur ⁊ occultētur: qꝛ charitatis cō-
fessio operit multitudinem peccatorum.
Scd̄a rō: qꝛ manifestantur sacerdoti vt
deo ad testimonium cōscientie interne.
Et iō vt hō totā cōsciētiam reuelet hoī
tanq̄ deo nō dꝫ alius admitti: sed sacer
dos q̄ teneat locū xp̄i. Tertia rō: qꝛ pu-
blicare pctm̄ corā alijs esset onerosuꝫ ⁊
ignominiosum. vn̄ si oporteret publice

cōfiteri nemo auderet cōfiteri pctā sua. Quarta rō: qr si cōfessio fieret corā alijs infinita mala oriētur: ⁊ rixe: ⁊ discordie ac infamie. hec Bona. Sed ista occultatio intelligēda est respectu ꝑsone: nō respectu loci. Nā ego nescio laudare illos q̄ audiūt cōfessiones mulierum in locis secretis: in cellulis: in cameris: in angulis latebrosis: in q̄bus etiā q̄nq̄ et sepe q̄ boni et iusti credunt: ad enormissima sacrilegia et vituꝑabiles dissolutiones labunt. ¶ Scdo dz cōfessio esse occulta quātū ad cōfessores: qr vt ait Greg. ⁊ hr̄ in. iiij. sniarū. di. xxj. ꝓ nullo scādalo est cōfessio reuelāda. Et magr̄ ibi dicit: Caueat sacerdos ne pctā cōfitētiū alijs ꝓdat: alioq̄n deponat. Et de peni. di. vj. sacerdos. dr de cōfessore reuelante pctā ꝙ deponat: ⁊ oīb⁹ dieb⁹ vite sue ignominiosus ꝑegrinādo ꝑgat. In. c. v̄o oīs ex̄ de peni. ⁊ re. scribit sic. Qui pctm̄ in pniali iudicio sibi detectū presumpserit reuelare: nō solū a sacerdotali officio deponēdū decernim⁹: verūetiā ad agēdaz pniam in artū monasteriū detrudēdū. Jō oēs theologi in. iiij. di. xxj. cōueniūt dicētes: ꝙ ī nullo casu licet sacerdoti reuelare cōfessionē siue cōfitens peniteat siue nō: siue ꝯfiteat pctm̄ in opere ꝑpetratū siue ꝑpetrandū: siue sit pctm̄ in fide siue in morib⁹. Hec rō est qr si licituz esset reuelare cōfessionē: primo cōfessio vilis redderet in ppl'o. Scdo ppl's a re sibi necessaria retraheretur. Tertio via fraudibus aperiret: qr cū multū credat hoī in sua cōfessiōe: multi mali se in cōfessione iustos ostēderēt: vt a sacerdote postea laudarent: vt sic possent ꝓmoueri ⁊ honorari. Quarto reuelās mētiret: qr eadē ꝑsona ꝑm naturaz v̄e affirmare pōt aliq̄d in persona alterius loquēs: qd v̄e negat loquēs in ꝑsona propria. Vn̄ angelus loquēs moysi in ꝑsona dei v̄e dixit: Ego sum dn̄s deus tu⁹: q̄ eduxi te de terra egypti. Exo. xx. qd v̄e negasset in ꝑsona ꝓpria loquēs: Ergo a simili hō rep̄sentans dei ꝑsonā in foro cōfessionis: v̄e aliquid pōt affirmare qd extra forū confessionis qn̄ loquit vt ꝑsonā ꝓpriā gerēs v̄e negat: verū ergo dicit negādo se audisse vel scire que ad noticiā eius nō deuenerūt nisi inquantū eis rep̄ntabat ꝑsonā dei. Ergo extra foꝝ cōfessionis dicēdo se illa audiuisse vel scire mentit. ¶ Sed cōtra hoc instatur multipliciter ⁊ arguit. Primo quia Ber. in li. de p̄cepto ⁊ dispēsatiōe. c. iiij. ait: Iniquū ꝓculdubio foret si statuta ꝓ sola charitate cōtra charitatez tenerent. Cū ergo celatio cōfessionis instituta sit ꝓ sola charitate: si aliqn̄ esset vtile aīe cōfitētis: vt eius cōfessio reuelaret: ḡ iniquū esset si celaret. Rn̄det ad h̄ Rich. ꝙ etsi aliqn̄ eēt vtile ꝯfitēti vt sua ꝯfessio reuelaret: tn̄ nūq̄ pōt eē vtile cōi vtilitati cui⁹ bonuz principalius respicit charitas q̄ ꝑsone singularis bonū: iuxta dictū. vij. q. j. c. scias. Plurimorū vtilitas vnius vtilitati p̄ferēda est. ¶ Scdo arguit: qr vnusq̄sq̄ tenet obedire pape. Ergo si papa p̄ciperet alicui ꝙ reuelaret cōfessionem ille deberet ei obedire. Respōdet ei Richar. ꝙ sacerdos nō tantū tenet celare cōfessionem p̄cepto eccl'ie: sed iure nature ⁊ diuino. Papa aūt etsi sit supra oē ius positiuū nō tn̄ est supra ius naturale vel diuinū Jō in tali casu pape nō est obediēduz. ¶ Tertio arguit ꝙ esset possibile vt sacerdos haberet aliqd pctm̄ mortale: de quo nō posset cōfiteri quin reuelaret illi cui cōfiteret cōfessionē sibi factā: ergo in tali casu licet reuelare ꝯfessionez. Respōdet Rich. ꝙ non. ⁊ ꝙ tali casu durāte sacerdos nō debet illd pctm̄ cōfiteri: sed sufficit sibi de illo conteri cuz voluntate ⁊ ꝓposito cōfitendi qn̄ hoc facere poterit sine reuelatione illius ꝑsone que sibi confessa est: sine quocūq̄ p̄iudicio sigilli cōfessionis. Fortiori em̄ vinculo obligat confessor ad celanduz: q̄ penitens ad confitenduz. ¶ Quarto arguitur ponendo casum ꝙ aliquis in confessione audiat hereticum nolentez desistere ab heresi: ⁊ volentem corrūpere alios: tūc videtur ꝙ magis sacerdos

tenetur seruare fidez christo q̄ ipsi he-
retico: ergo magis debet cōfessionē il-
lius detegere q̄ ꝑmittat euz gregē dñi
corrūpere. Rñdet Boñ. ⁊ scotus: q̄ pro
pterea sacerdos nullo mō debet illiꝰ cō
fessionem reuelare: potest tñ sine reue-
latione cōfessionis superiori dicere. Ui
gila sup gregē: qꝛ lupus querit inuade
re: ⁊ tunc cōfitenti ⁊ deo seruat fides.
Et hic Scotus improbat versiculū il-
lum. Est heresis crimen qd̄ nō cōfessio
celat. ¶ Quinto arguit ponēdo casuz:
videlz Si duo eūtes cuz suo sacerdote
ordinassent ipm occidere in nemore ꝑ
quod essent transitū facturi: ⁊ parū an
nemoris introitū vnus penitentia du-
ctus sacerdoti hoc in confessione reue-
laret: tunc licitū videretur tali se sub-
trahere ab ingressu nemoris: qꝛ aliter
corporali morti se exponeret ⁊ daret alij
opportunitatē crimen cōmittēdi. Sz
subtrahendo se crimen sibi ꝯfessuz suo
socio reuelaret: ergo in tali casu licet re
uelare ꝯfessionem. Respōdet Rich. q̄
in tali casu sacerdos posset renuere in-
trare nemus cū illis: scilz pretendendo
aliquā causam necessariā. Si tñ pone-
retur casus q̄ oporteret sacerdotē aut
mortē subire aut reuelare ꝯfessionē: te
net mortē subire ne cōfessionē reuelet.
¶ Sexto arguit ponēdo casum aliū. s.
q̄ aliquis prior de ordine monachorū
confitet abbati ⁊ q̄diu est in prioratu
habet occasionē trahētē ad peccatū a
quo nō vult desistere. Si platus ergo
habet curā anime sue debet illuz inde
amouere sed amouēdo innotescit ipm
peccasse: ergo videt q̄ ꝯfessio possit ali
quo mō reuelari. Rñdet Boñ. q̄ abbas
debet ꝑsuadere tunc priori voluntariā
confessionem ⁊ q̄ ipe petat absolui ab
onere officij. Qd̄ si nō vult facere debet
eā sustinere: nisi sit talis religio in qua
subditi transmutari ⁊ trāsferri possunt
sine nota infamie. ¶ Septimo arguit
qꝛ multotiēs posset esse q̄ penitēs licē
tiaret ꝑ sua vtilitate ꝯfessorē vt ꝯfessio
nē reuelet: q̄ in tali casu nō esset pctm̄.

Rñdet Rich. ⁊ Boñ. q̄ sacerdos de li-
centia ꝯfitentis pōt licite pctm̄ sibi cō
fessum alij reuelare q̄ sibi necessariꝰ est
vel vtilis ad perficiēdū q̄ acquiruntur
ad illud forꝫ: qꝛ q̄diu hoc pēdet adhuc
gerit ꝑsonā vicarij dei. Sed de licētia
ꝯfitētꝫ hoc reuelare alij ꝑsone nō licet
nisi ille q̄ ꝯfessus est hoc iterum diceret
cōfessori extra cōfessionē. Sed quātū-
cunqz penitēs hāc licētiā det ꝯfessori:
cōfessor tñ valde debet vitare scādaluz
scilz ne fractio sigilli reputetur: et qꝛ si
dicat se licētiatū a penitēte q̄ de pctis
eius possit loqui ⁊ penitēs negat: con-
fessori incūbit ꝓbare q̄ p̄dictā licentiā
a penitente habuerit: qd̄ si ꝓbare non
posset tāq̄ reuelator cōfessionis punite
tur. Qñ vo ꝯfessor aliq̄d nouit extra cō
fessionē: ⁊ postea illud audiuit in cōfes-
sione: pōt illud reuelare alteri: ita tñ q̄
modus sciēdi per cōfessionē semper ma
neat in acculto. Qꝛ tñ posset ex hoc scā-
dalū generari: maxime apud penitentē
⁊ apud alios: de bono ⁊ equo magis dz
celare cōfessor q̄ vnꝰ alius. Et iō ꝓpter
vitandū scādalū penitētis dz ei ꝓtesta-
ri in cōfessione quō non dz illud celare:
nō qꝛ per illā ꝓtestationē acquirat ius
reuelādi: sed qꝛ ꝓximo aufert nota scā-
dali. Debet etiā cōfessor pctōr illa reue-
lare ꝓpter necessitatē nō ꝓpter suā vo
luntatē. Et sic patet quāta est vis sigilli
cōfessionis. Addit etiam Rich. q̄ sub si
gillo cōfessionis cadit etiā persona cuz
qua penitēs confitet se peccasse. Ratio
est: qꝛ cū penitētia sit sacramentū: sacer-
dos tenet celare omne illud qd̄ necessa-
rium est ad integritatē sacramēti. Sed
penitēs nō posset sufficiēter exprimere
aliqñ peccatū suū nisi notificādo perso-
nā cum qua peccauit: scz cū cognouit fi-
liam suā: et nunq̄ habuit nisi vnā ⁊ si-
milia. Insuper tenetur sacerdos celare
omne illud sibi dictū in cōfessione quo
confitens posset ꝓdi: vel mala suspitio
de illo generari in cordibus alioꝝ. Sed
qñqz detegēdo personā cū qua penitēs
peccauit ꝓderet cōfitēs: qꝛ si detegeret

filiã concubuisse cũ patre suo ꝓderetur pater qui cõfessus est cõcubuisse cũ ea. Adhuc licitum nõ est facere aliqd qõ sit occasio retrahẽdi hoies a re sibi ad salutem necessaria. Sed reuelatio psone cũ qua penitẽs ꝓfitet se peccasse esset occasio retrahẽdi hoies a re necessaria: scz a cõfessione: qz nõ tantũ qs retrahitur a re aliqua ꝓpter timorez lesionis ꝓprie fame: sed etiã persone sibi cõiuncte vinculo amicitie. ¶ Quarta rõ subsequit: qz dicẽs extra forum confessionis se audisse crimẽ de persona sibi ⁊ in cõfessione accusata qõ nullo modo audiuit extra cõfessionẽ mentitur: vt patet ex dictis. Peccata ergo ipsi⁹ penitẽtis in relatione ad ipsum cadũt sub sigillo confessionis de necessitate ⁊ absolute: ⁊ primo et directe ⁊ explicite ⁊ ex oib⁹ causis. Persona aũt cũ qua confitens confitetur se peccasse cadit sub sigillo cõfessionis de necessitate ⁊ absolute: nõ primo: sed ex cõsequẽti et indirecte ⁊ implicite nec ex oibus causis: sed ex aliquibus. Peccata em̃ ipsius penitẽtis nõ referẽdo ea ad personã determinatã: sicut cũ aliqs dicit: Ego audiui tale quid qõ tñ nõ audiuit nisi in cõfessione: cadunt sub sigillo cõfessionis de necessitate: nõ tñ absolute: sed sub cõditione sed si ex prolatione taliũ verboꝝ per se vel per accidẽs directe vel indirecte aliqua verecũdia vel cõfusio vel suspitio mala: vel aliqd aliud nocumentũ illi qui confessus est posset ꝓuenire. Eavo q̃ penitens interserit in cõfessione que nõ sunt pcã nec circũstãtie pcti: nec que deducunt in manifestationem confitentis: vtpote si interserat in confessione: in tali terra sunt blada ⁊ hmõi non cadunt sub sigillo cõfessionis nisi de ꝓgruitate. Si in dicẽdo illa nõ dat intelligere cõfessori ꝙ talia velit celare. Tñ ꝓfessor dicẽs se talia audiuisse mẽdax nõ est: qz per cõparationez ad ea nõ repꝛesentauit psonam dei: sed hois. Similiter ⁊ si aliqs aliud a cõfessore audiret aliqd ab aliquo dũ cõfitet̃ dz illud tenere secretũ ex lege nature q̃ dicit: Qõ tibi nõ vis fieri: nõ facias alijs. ¶ Tertio ꝓfessio dz esse occulta quãtum ad ꝓfitẽtẽ: vt nõ reuelet ea q̃ sibi ꝓ sua salute in ꝓfessione vel dicta vel imposita sunt: ex quoꝝ reuelatione scãdalũ oriret. De pnia aũt impsita dicit Ric. ꝙ aut penitẽs manifestãdo pniaz sibi iniunctã a ꝓfessore faceret ꝓiudiciũ absqz vtilitate: aut ꝓprie fame: aut ꝓfessori q̃ forte talẽ iniũxit pniam ꝓ qua si sciret incurreret alicuius vel aliquoꝝ maliuolentiã: vtpote qz iniũxit mulieri vt abstineret a familiaritate alicuius viri periculosa. Aut penitẽs manifestãdo suam pniam: nec fame ꝓprie: nec ꝓfessori: nec alicui ꝓiudiciũ generaret. In primo casu penitẽs tenet pniam suã celare: ⁊ in scõo sic. Si em̃ illud qõ ꝓfessor sibi iniũgit seu ꝓsulit bona fide ꝓ salute alie sue ⁊ secreto alij reuelaret in cõfessionis ꝓiudiciũ: crimẽ ꝓditionis incurreret ⁊ sigilli secreti fractionez. In tertio casu nõ tenet tacere nec dicere: sed de hoc irrepꝛehẽsibiliter põt facere qõ illoꝝ duorum sibi melius placuerit.

¶ Qz cõfessio est reiteranda qñ qs male confessus fuisset ꝓpter suã negligentiam: aut qñ fraudulenter diuisit cõfessionem: vel qñ confessus est cum deliberatione peccandi. Cap. iij.

TErtium mysteriũ cõtemplãdum de ꝓfessione dz iteratio. Est em̃ qñqz necessariũ reiterare cõfessionẽ pctoꝝ als factam: ⁊ dicere illa eadem peccata in numero que quis fuisset confessus maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter negligẽtẽ electionem.
Scõo ꝓpter ꝓfessionis diuisionem.
Tertio ꝓpter malicie cõtinuationẽ.

¶ Primo est necessariũ reiterare ꝓfessionem ꝓpter negligentẽ electionẽ. Quãdo qs est negligẽs q̃rere sacerdotẽ peritũ ⁊ absoluẽdi autoritatẽ habẽtẽ: ⁊ cõfess⁹ fuisset alicui q̃ eũ aut nescit aut nõ põt absoluere. Talis ꝓfecte q̃ꝑmũ sibi cõstat de impitia ⁊ facultate sacerdotis cui ꝓfessus est: ⁊ de negligẽtia ꝓ-

Et.xxxviij.dist.c.nullus eps.dr: Nullus eps propter opprobrium senectutis vel nobilitatē generis a paruulis vel minimis eruditis: si quid forte est vtilitatis aut salutis inquirere negligat. Quarto superbiūt prelati eo ꝙ nō patiuntur reprehēdi ab alijs in his q̄ minus benefaciūt. Nō sic egit Petr⁹ princeps apostoloꝝ: q̄ reprehēsus a Paulo de nimia cōdescēsione erga iudeos in cōseruatione legaliū eū audiuit: vt dr ad Gal.ij.c. ¶ Scda est supbia religiosorū qui quadrupliciter peccāt. Primo qr despiciūt seculares ⁊ pctōres credētes se inquinari ex eoꝝ cōsortio: similes iudeis de quibus dr Johā.xviij. ꝙ nolebant introire in pretoriū vt nō cōtaminarentur: timētes coinquinari cohabitatione infidelium: neq; sibi cōscientiā faciētes: de morte xp̄i ꝓcurata. Cōtra quos dicit deus Deut.xxiij. Nō abominaberis egyptiū: qr ⁊ ipse aduena fuisti in terra ei⁹. Egyptus interpretat tenebre ⁊ signat seculares. Ad qd etiā facit illud Hiero. xlv. dist. in.c.recedite. Recedite. s.inq̄unt q̄ presumunt de sua bonitate ad pctōres polluti: recedite a nobis: nolite nos tāgere: nolite nobiscū cōicare. Talis locutio nō illuminat cecū: nō sanat egrotū: non curat infirmum: sed magis occidit atq; in desperationē periclitantē inducit. Debēt q̄z religiosi cōsiderare ꝙ aliquādo in seculo sunt aliqui deo magis grati q̄ aliqui in religione. Et hoc legitur in vitis patrū de beato Pānutio: q̄ cū oraret sibi reuelari cui assimilaretur in merito: audiuit a dño ꝙ similis erat cuidā symphoniaco q̄ querebat sibi victum ex arte cātādi. Quē cū quesiuisset Pānuti⁹ et inuenisset: interrogauit q̄d boni egisset in mūdo isto? Respōdit ꝙ semel cū esset latro: ⁊ quedā mulier fuisset rapta quā socij ei⁹ volebāt opprimere ipse defendit eā ⁊ liberauit de manibus eoꝝ. Et alia vice cū inuenisset quādam mulierē per heremū discurrentē ⁊ lamentantē eo ꝙ maritus eius ⁊ filij ex debito tenerent captiui: ipse errantē reduxit ⁊ redemptionē dedit: ⁊ pecunias tribuit quibus maritū ⁊ filios redimeret. Cum autē Pānutius hortaret illū vt deseret munduz: acquieuit: ⁊ factus religiosus in sancta vita perseuerauit. Iterum post hec rogauit Pānutius cui similis esset. Et dictū fuit sibi ꝙ similis erat primario cuiusdam vici qui erat in ꝓximo. Et cū venisset Pānutius ad eū ⁊ diligēter inquisiuisset de vita eius: dixit se esse cōiugatū ⁊ vxorē nō cognoscere nisi causa ꝓlis: nō raptorē: nō ledentem alios: sedantē lites: ⁊ hospitalitatē seruantē. Qui demū vxore mortua hortatu Pānutij intrauit heremū: ⁊ sancte vitā finiuit. Itē tertio rogauit Pannutius cui assimilaret? Et responsum fuit sibi ꝙ cuidā mercatori qui iuste lucrās subueniebat pauperib⁹. Que oīa sibi reuelata fuere ne eleuaret in superbiam. Quis aūt religiosus nō debeat despicere secularē vitā vel abhorrere cōsortiuz cū expedit: non tñ debet extra necessitatē secularib⁹ nimis familiaris existere: vel plus debito cōuersari cū eis. Scdo superbiunt religiosi ex sua religione de pluribus se iactāt preferētes statū suū oībus alijs: quinimmo ⁊ alios despiciētes: ⁊ multa mēdacia fugiētes ad se exaltandū ⁊ alios deprimēdū. Monachi quidē gloriātur se patrē habere Benedictum patrē omniū religiosoꝝ in occidēte ⁊ Basilium in oriēte multosq; sanctos ac summos pōtifices ex monachis extitisse: vt Gregoriū: Nazāsenum: Eugenium: Urbanum: Petrum: Celestinū: et alios multos optimam partem elegisse: scilz vitam contemplatiuā. Predicatores et minores multa dicunt suos ordines extollendo. Augustinū summe venerātur heremitani vt gemmam doctorum: induentes cum habitu suo: et canonici regulares habitu suo Seruitute virginis se p̄cipuos seruitores appellant. Carmelite a mōte carmelo sub Helia propheta initium habuisse suspicātur: partem regule Basilij suscipientes. Et ita vnusquisq; superbe ⁊ passio-

nate suū ordinē alijs ꝓferre conat. Sz aduertāt oēs illud qđ dixit Petr⁹ Act. x. c. In veritate cōperi: qz non est acceptor ꝓsonarū deus: sed in omni gēte q̄ timet eū acceptus est illi. Notent insuper illud Hiero. xl. di. c. nō est. Nō sunt filij sanctoꝝ q̄ tenēt loca sctōꝝ sz q̄ exercēt opa eoꝝ. Et illud Greg. eadē dis. c. nō loca. Non loca vel ordines creatori nostro nos primos faciunt: sed nos ei merita bona ꝓtingunt: aut mala disiūgunt. ¶ Tertio superbiūt religio in eo ꝙ se sapiētes existimātes seq̄ volūt in penitetijs sensum ꝓpriū t ꝓpriā volūtatē. ¶ Quarto superbiūt religiosi q̄ gloriant de diuitijs quas habuerūt in seculo: vel de nobilitate generis: rhmōi. Tertia est supbia clericoꝝ q̄ quadruplr supbiēdo peccāt. Primo in supfluo ornatu vestiū. Qui audire debēt illud qđ scribit. xlj. dis. c. clericus. Clericus ꝓfessionē suā etiā habitu t incessu ꝓbet iō nec vestib⁹ nec calciamētis decorem querat. Qđ ꝓfirmat. xxj. q. iiij. c. oīs ia crātia. c. null⁹ eoꝝ. c. epi. t. c. pcipim⁹. Et xp̄s dixit Mat. xj. Ecce q̄ mollibus vestiunt in domib⁹ regum sunt. Scđo peccāt clerici supbiendo in ampliatiōe ecclesiaꝝ suarū in picturis: sculpturis: marmoribus: ornamētis: calicib⁹: vasis aureis: t argēteis: q̄ licz ad dei honorē fiant t diuino cultui applicent: tñ quo ad supfluitates q̄ ibi sunt: t ad paperū necessitates reprehensibilia sunt. Pro quib⁹. xxj. q. ij. c. aurū. Amb. ait: Aurum hz eccl'ia nō vt seruet: sz vt erogēt t subueniat in necessitatib⁹ posit⁹. Quid est op⁹ custodire qđ nihil adiuuat t̄. ibi. Ad qđ facit ibidē. c. gl'ia. t ibi. §. multi edificant. Tertio peccant supbiēdo clerici de audientia ꝓfessionū cū hñt magnū ꝓcursum estimātes se meliores et sanctiores ꝙ sint. Quarto supbiūt clerici cū vident aut in mīstris aut in p̄dicationib⁹ ecclesias suas impleri: t multis alijs modis inflantur vento supbie quos omittimus pro honestate. Quarta est supbia laicoꝝ qui quadruplr superbiunt. Primo de diuitijs. Jō. j. Timotheī. vj. apl's di. Precipe diuitibus huius seculi nō sublime sape. Et Aug. Vermis diuitiaꝝ supbia est. Sz aduertāt illud diuites oēs qđ dr in ps. lxv. Dormierūt somnū suū t nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū in manib⁹ suis. Secūdo supbiūt laici de nobilitate gēis. Vñ Salusti⁹. Cōe malū nobilitas est supbia. Sz tales ꝓfiderare debent: q̄ mors sceptra ligonib⁹ equat: t moritur doct⁹ pariter t indoct⁹. Tertio supbiūt laici de operib⁹ ex gñe bonis de elemosynis de ieiunijs t fil'ib⁹ cū q̄bus cōmiscent multa pctā mortalia: t ꝓpter illa bona opa reputāt se iustos: nō ꝓfiderates illud Eccs. ix. Qui in vno peccauerit multa bona perdet. Quarto superbiūt laici erubescēdo cessare a q̄busdā penis eis cōsuetis: cōtra q̄s dixim⁹ in sermone de dilatione pnie. Sunt t alia mala ta in quib⁹ oēs predicti p supbiā offendunt deū. Nos aūt hec pauca diximus: qz alimēta que minus sufficiūt audiens sumunt: vt ait Grego. di. Ergo pater et dictis ꝙ q̄ se exaltat p superbiā humiliabit a deo. Et q̄ se humiliat exaltabit hic p gratiā t i futuro per gloriā. Āmē.

¶ Feria quarta post Reminiscere: de periculoso vitio ambitionis: de quo xp̄s in euāgelio discipulos suos redarguit.

Sermo. xxxiij.

SI quis voluerit maior fieri inter vos sit vester minister. Matthei. xx. t in euāgelio hodierno. Reprehensibile valde est atq̄ fugiēdum ambitionis vitium qđ xp̄s redēptor noster in lectiōe euāgelica terribilr t sapientissime cōfutauit. Querebāt nāq̄ iacob⁹ t iohānes filij zebedei matre mediāte t intercedēte habere primatū sup ceteros in regno xp̄i vt vn⁹ sederet ad dexterā: alt⁹ ad sinistrā. Sapiebāt adhuc aliq̄d terrenus atq̄ carnale credebantq̄ post resurrectionē xp̄m tēporaliter regnaturū. Alij

etiã discipuli xp̄i adhuc debiles ⁊ nõdũ in spũ solidati talia dici audiẽtes indignabãtur. Propterea ipse dñs hũilitatis magister ⁊ illis duob⁹: qꝛ quid peterẽt nescirẽt rñdit: ⁊ alios vt ambitionẽ euitarẽt admonuit. Qm̄ aũt ꝓpter illã periclitant̄ multi: ĩ hoc sermone aliqua ad ambitionis detestationez explicabimus: de q̄ tria mysteria erũt declarãda.

Primum d̄r offensio.
Scd̄m distinctio.
Tertium abominatio.

¶ Qꝛ ambitio est peccatũ: tum qꝛ procedit a superbia: tum qꝛ cõtrariatur charitati: tum qꝛ opponit̄ magnanimitati: ⁊ quot modis honor appetit̄. Cap̄m. j.

PRimũ mysteriũ declarandũ de ambitione dicit̄ offensio. Offendũt ambitiosi grauiter deum. qd̄ probatur ab Alexan. in. ij. summe. ⁊ Tho. ij. ij. q. cxiij. triplici ratione.

Primo ratione originationis.
Scd̄o ratione cõtrariationis.
Tertio ratione oppositionis.

¶ Primo rõne originatiõis: sicut fruct⁹ est infect⁹ q̄ ex infecta radice generatur: ita ⁊ actus humanus q̄ ꝓcedit ex pctõ: oportet ꝙ sit pctm̄. Sed ambitio q̄ est inordinatus appetitus honoris ꝓcedit ex pctõ: ergo ipsa erit pctm̄. Inq̄t enim Aug̃ in li. de vera religione: ꝙ ambitio ꝓcedit ex sup̄bia ⁊ cupiditate: sed sup̄bia ⁊ cupiditas sunt pctã. Prout aũt ꝑ potentiã vel dignitatẽ intendit q̄s acq̄rere apparentẽ ⁊ excellentẽ honorificentiã: sic orit̄ ambitio ex sup̄bia. Sed ꝓut q̄s intẽdit acq̄rere ꝑ hmõi sufficientiaz seu rerũ abundantiã: sic orit̄ ambitio ex cupiditate. ¶ Scd̄o ꝓbat̄ ꝙ ambitiosi fendũt ⁊ peccãt rõne cõtrariationis: qꝛ omne illud qd̄ repugnat ⁊ est ꝯtrariuz charitati est pctm̄: sz ambitio repugnat charitati: iõ est pctm̄: dicit nãq̄ apl̄s. j. Coꝝ. xiij. Charitas nõ est ambitiosa. i. ꝟm glo. ibi: nõ vult alij preponi. Charitas em̄ diligit ꝓximũ sicut seipsum: ⁊ iõ nõ vult eũ subijcere sibi: sed sociuz esse: appetit seruire ꝓximo ⁊ nõ sibi seruiri: sicut filius hoĩs nõ venit ministrari: sed ministrare: vt d̄r ĩ pñti euãgelio. ¶ Tertio ostẽdit̄ ꝙ ambitiosi offendũt ⁊ peccant rõne oppositionis. Oẽ em̄ qd̄ opponit̄ virtuti morali q̄ est ꝟm regulam rõnis pctm̄ est: sed ambitio opponitur magnanimitati q̄ est v̄tus moralis ꝟm pb̄m. iiij. ethi. ergo est pctm̄. magnanimitati siquidez aduersat̄ ambitio sicut inordinatũ ordinato. Notãdum tñ ꝟm Tho. ꝙ honor importat quandã reuerẽtiã exhibitã alicui in testimoniũ excellẽtie vel virtutis ei⁹. ¶ Circa excellẽtiã autem hoĩs duo sunt attendenda. Primo q̄dẽ ꝙ id in quo hõ excellit nõ hz a seipso: sed est quasi quoddã in eo diuinũ: ⁊ iõ ex hoc non debet̄ sibi principaliter honor: sed ipsi deo. Scd̄o aũt attendendum est ꝙ id in quo excellit dat̄ hoĩ a deo vt ex eo alijs prosit. Uñ intantũ dz hoĩ placere testimoniũ sue excellẽtie ꝙ ab alijs exhibetur: inquantũ ex hoc parat̄ sibi via ad hoc vt ꝓsit. Tripliciter ergo ꝯtingit appetitũ honoris esse inordinatũ. Uno mõ qꝛ appetit hõ testimonium de excellentia quam nõ habet qd̄ est appetere honorẽ supra suã ꝓportionem: vt si malus desideret honorẽ ac si esset bonus: ⁊ nil curans de virtute: desideret regimẽ ⁊ presidentiã que nõ debetur nisi virtuosis. Ex hoc refert Aug. li. iiij. de ciui. dei. antiquos romanos cũ dediti essent idolatrie duo construxisse tẽpla inter cetera: vnũ dee virtutis: aliud dee honoris: ⁊ cõtigua tñ ordinata ꝙ ad tẽplũ dee honoris nõ poterat esse accessus nisi per templum dee virtutis. Qui q̄uis errarẽt vt infideles in facto ⁊ opinione: tñ quoad ordinẽ cõstructionis tẽploꝝ nõ errabãt. Uolebãt em̄ cũctis ostẽdere ꝙ ad honorẽ q̄ multũ appetit̄ recte ꝑuenire nõ põt nisi ꝑ opera virtutis. Scd̄o inordinate appetit̄ honor inquãtũ nõ refert̄ ĩ deũ: iuxta illud apl̄i. j. Tim̄. j. Soli deo honor ⁊ gl̄ia: sed cupit aliq̄s illũ honorẽ vt quoddã bonũ. Sed posset aliq̄s obijcere sic. Quili

bet pōt absq; vitio appetere illud qd̄ sibi debet ꝓ p̄mio: sed honor est p̄miū virtutis: vt dicit Arist. j. ethi. ergo q̄libet virtuosus sine vitio pōt honorē appetere. Hic est qd̄ Juuenalis satyra. x. ait: Quis em̄ virtutē amplectit̄ ip̄am. Premia si tollas: ⁊ Cassiod. li. ij. epl̄arū. Nutriūt premiorū exēpla virtutes: nec quisq̄ est q̄ nō ad mor̄ summa nitat̄ ascēdere qn̄ irremuneratū nō relinquit̄ qd̄ ꝯscīa teste laudat̄. et Tulli⁹ in lib. qō. tuscu. bonos alit artes. Rn̄det Tho. ꝙ honor nō est p̄miū virtutis quo ad ip̄m virtuosum: vt scilz ꝓ premio expetere debeat: sed ꝓ p̄mio expetit beatitudinē q̄ est finis virtutis. Dicitur tn̄ honor esse p̄miū virtutis ex parte aliorū qui nō habēt aliquid maius qd̄ virtuoso retribuant q̄ honorē q̄ ex hocipso magnitudinē habet ꝙ ꝑhibet testimoniū virtuti. Un̄ pz ꝙ nō est sufficiēs premiū vt d̄r. iiij. ethi. Tetio modo appetitur honor inordinate inquātū appetitus in ip̄o honore quiescit nō referens honorē ad vtilitatē alior̄. Appetere ergo honorem ꝟm tres modos est appetere illum inordinate ⁊ cum pctō. Magnanimitas v̄o tendit ad honores ordinate: cū scilicz quis virtuosos act⁹ prosequitur intendens ex illis honorare deum ⁊ adiuuare ꝓximos: licz ex cōsequenti sibi proueniat honor: de quo gaudet et contentatur.

¶ Qr in tribus solent homines esse ambitiosi: scilz in appetitu inordinato dignitatis ecclesiastice: aut gradus magisterij: vel temporalis dominij vel potestatis.

Capitulum. ij.

Secundū mysteriū ꝯtēplādū de ambitione d̄r distinctio. In quo distinguemus triplicem inordinatū appetitū honoris ambitiosum.

Primus d̄r ecclesiastice dignitatis.
Secūdus magistralis sublimitatis.
Tertius temporalis potestatis.

¶ Primus appetit⁹ inordinat⁹ honoris d̄r eccl̄iastice dignitatis. Sunt quidē multi inhabiles indocti illitterati insufficiētes īdigni q̄ sitiūt dignitates eccl̄iasticas: illas q̄runt ꝑ fas ⁊ nefas: illas ꝓcurāt p̄cib⁹ ⁊ muneribꝰ: ad illas habēdas ⁊ acq̄rēdas adhibēt oē studiū: oēmq; sollicitudinē: ⁊ qd̄ dolēdū est: vt in pluribꝰ ip̄is ꝯferunt̄. Pro quibꝰ d̄r ī. c. nihil. ex̄ de electiōe. Nihil est qd̄ eccl̄ie dei magis officiat q̄ ꝙ indigni assumunt̄ p̄lati ad regimē aīarū. Et ꝓ clariore particule huiꝰ noticia q̄tuor dubia occurrūt disputāda. Primū est vtrū sit licitū appetere ep̄atū. Secūdū dubiū vtrū infra dignitatē ep̄alē sit pctm̄ appetere alias dignitates vt abbatiā: prioratū: decanatuz: p̄posituram: vel archidiaconatū ⁊ sil̄ia. Tertium dubiū vtrū prelat⁹ peccet in cōferendo beneficiuz bono: pretermisso meliore: siue peccēt eligētes min⁹ bonū pretermisso meliori. Quartum dubium vtrum prelatus ecclesie possit committere cōsanguineo suo curā ecclesie postposito meliore. Ad primuz dubium arguitur pro vna parte ꝙ non sit peccatum: immo sit licitum appetere episcopatum. Dicit enim apl̄s. j. Timoth. iij. Qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat: sed licitū est ⁊ laudabile desiderare bonum opus: ergo est laudabile appetere ep̄atum. Scd̄o arguitur: qr status episcoporum est ꝑfectior q̄ stat⁹ religiosorū: sed licet appetere ꝓpt̄ suā ꝑfectionē statū religionis: ꝗ statū ep̄alem. Tertio arguit̄ ꝑ illud qd̄ scribit̄ Prouerb. xi. Qui abscōdit frumēta maledicet̄ in populis: bn̄dictio aūt sup caput vēdētiū. Sed ille q̄ est idone⁹ ꝓpter vitā ⁊ scientiam ad ep̄atuz: videt̄ frumēta sp̄ualia abscōdere si se ab ep̄atu subtrahat. Per hoc aūt ꝙ episcopatuz accipit ponit̄ in statu frumēta sp̄ualia dispēsandi: ergo videt̄ ꝙ laudabile sit ep̄atum appetere ipsumq; vituperabile refugere. Quarto arguit̄: qr facta sanctoruz que in scriptura narrant̄ ꝓponunt̄ nobis in exēplum: ꝟm illud Rom̄. xv. Quecūq; scripta sunt ad nr̄am doctrinā scripta sunt.

Sed legit Esa.vj. ꝙ Esaias se obtulit ad officiū p̄dicatiōis qđ p̄cipue cōpetit ep̄is: ḡ videt ꝙ appetere ep̄atū sit laudabile. Sed in ꝯrium est Aug.xix.de ciui.dei.q̄ dicit illud qđ scribit.viij.q.j.c. q̄ ep̄atum. Locus superior sine quo regi populus non pōt: etsi ita teneatur atq; administret vt decet: tamē non decēter appetit. Rñdet Tho.ij.ij.q.clxxxv.ꝙ in ep̄atu tria pñt cōsiderari. Unū est principale ⁊ finale. s.ep̄alis operatio ꝑ quā vtilitati ꝓximoꝝ intendit. ꝟm illud Johā.vlti. Pasce oues meas. Scđm est altitudo gradus: qr ep̄s sup alios ꝯstituitur. ꝟm illud Mat.xxv. Fidelis seruus ⁊ prudēs quē ꝯstituit dñs sup familiaꝫ suā. Tertiū est ꝙ ꝯsequēter se hꝫ ad istā vt reuerētia ⁊ honor ⁊ sufficiētia tēporaliuꝫ: ꝟm illud. j.Timoth.v. Qui bene presunt p̄sbyteri duplici honore digni habeant. Appetere ḡ ep̄atū rōne hmōi circūstantiū bonoꝝ: manifestū est ꝙ nō licet: eo ꝙ finis esset cupiditas ⁊ ambitio. Et dñs reprehēdit ambitiosos phariseos dicēs Mat.xxiij. Amant primos recubitus in cenis ⁊ primas cathedras in synagogis: et salutationes in foro. Quātum autē ad scđm.s.ad celsitudinē gradus appetere ep̄atum est ambitiosum ⁊ presumptuosum. Unde dñs Mat. xx.arguit discipulos primatū querētes dicēs: Principes gentiū dñantur eorū. Ubi Chryb.dicit: Per hoc ostendit ꝙ gentile est primatum sapere: ⁊ sic gētiū cōparatione aīarū eoꝝ estuationē conuertit: sed appetere ꝓximis ꝓdesse est ꝟm se laudabile ⁊ virtuosum. Ueruꝫ qr ꝓut ep̄alis actus hꝫ annexā celsitudinē gradus p̄sumptuosuꝫ videt ꝙ aliquis preesse appetat ad hoc ꝙ subditis ꝓfit nisi manifesta necessitate imminēte: sicut Grego.dicit in pastorali. Qr tūc erat laudabile ep̄atū appetere qñ dubiū nō erat per hūc quēq; ad maiora supplicia peruenire. Unde nō de facili inueniebat q̄ hoc onus assumeret: p̄sertim cuꝫ ad h̄ aliquis zelo charitatis diuinitꝰ fuisset incitatus. Pōt tñ q̄libet absq; vitio p̄sumptionis appetere talia opa facere: si cōtingeret in tali officio esse vel appetere se esse dignū ad talia opa exercēda ita ꝙ bonuꝫ opus cadat sub desiderio: nō aūt p̄matus dignitatis. Unde Chryb. sup Mat.ait: Opus q̄dē desiderare bonū est: primatū aūt honoris concupiscere vanitas est: primatus em̄ fugientes se desiderat: desiderantem se horret. Ad primū ergo dicendū ꝙ sicut Grego.dicit in pastorali. Illo tpe apl̄s dixit illa verba q̄ ille q̄ plebibus p̄erat primꝰ ad martyrij tormenta ducebat. Augu. ꝟo xix.de ciui.dei dicit: ꝙ apl̄s exponere voluit q̄d sit ep̄atus: qr nomen oneris est: nō honoris. ¶ Ad scđm dicendū ꝙ non est eadem rō de statu religionis ⁊ statu ep̄ali ꝓpter duo. Primo q̄dē: qr ad statū ep̄alē p̄exigit vite ꝑfectio: ⁊ ꝑ h̄ dñs a petro exq̄siuit si plus ceteris eū diligeret añq̄ ei cōmitteret pastorale officiū: sed ad statū religionis nō p̄exigit perfectio: sed est via ad ꝑfectionē. Unde ⁊ dñs Mat.xix.nō dixit: Si es ꝑfectus: sed si vis esse ꝑfectus: vade ⁊ vende oīa q̄ habes. Et huius dr̄ie rō est: qr ꝟm Diony. ꝑfectio ꝑtinet actiue ad ep̄m sicut ad ꝑfectiorē: ad monachū aūt passiue sicut ad p̄fectū. Req̄rit aūt ꝙ sit ꝑfectꝰ aliq̄s ad hoc ꝙ possit alios ad ꝑfectionē adducere: qđ non p̄exigit in eo q̄ dꝫ ad ꝑfectionē adduci. Est aūt p̄sumptuosuꝫ ꝙ aliq̄s se ꝑfectū reputet: nō aūt ꝙ aliq̄s ad ꝑfectionē tēdat. Scđo nō est eadem rō: qr ille q̄ statuꝫ religionis assumit: se alijs subijcit ad spūalia capiēda: ⁊ hoc cuilibet licet. Ille ꝟo q̄ trāsit ad statuꝫ ep̄alē sublimat ad hoc ꝙ alijs ꝓuideat Et hāc sublimationē dꝫ sibi nullus assumere: ꝟm illud Heb.v. Nemo sibi assumat honorē: sed qui vocat a deo, tāq̄ aarō. Et vt Greg.dicit.viij.q.j.c.in scripturis. Sicut locus regiminis desiderātibus negādus est: ita fugiētibus offerēdus. Ad tertiū argumētū dicēdū ꝙ dispēsatio spūalium frumētoꝝ non est facienda ꝟm arbitriū ꝓprium: sed principaliter q̄dē ꝟm arbitriū ⁊ dispositio

nē dei: secūdario aūt ꝑm argumētū superioꝝ ꝑlatoꝝ. Ex quo nō intelligit ille abscōdere frumēta spūalia cui nō cōpetit ex officio nec ei a superiori iniūgit si ab alioꝝ correctione aut gubernatione desistat: sed solū tūc intelligit abscōdere si dispēsationē negligit cum ei ex officio incūbat: vel iniūctū officiū ꝑtinaciter recusat: qꝛ vt dr̄ ex̄ de renū. in. c. nisi cū pridē. Tūc in te veraz humilitatē custodies cū ꝑ eā locū sublimē effugies et ꝑ obediētiā nō dimittes. ⁊. viij. q. j. c. in scripturis. Si is q̄ valet oīpotētis dei oues renuerit pascere: ostendit se pastorē summū minime amare ¶ Ad quartū ꝟo argumētū respōdet Greg. in pastorali. ꝙ Esaias si mitti voluit ad ꝑdicādū vidit se antea purgatū ꝑ altaris calculum. Qꝛ ergo valde difficile est quēlibet purgatū se cognoscere: iō nullus ꝑdicare debet nisi mittat. Periculosuz ergo est ⁊ nō sine ambitione etiam viris idoneis q̄rere ⁊ petere ep̄atuz. Sed q̄d de illis in q̄bus nulla cōditio q̄ in ep̄o est req̄renda penitus inuenit: q̄ instant satagūt ⁊ ambiūt: vt ꝓmoueant ad dignitatē ep̄alē? O temeraria ꝑsumptio: o inflata elatio: o diabolica suꝑbia. Audiant tales id qd̄ scribit ex̄ de elec. c. cū in cūctis. Cū in cūctis sacris ordinibus ⁊ eccl̄iasticis mysterijs: sint etatis maturitas: moꝝ grauitas: ⁊ litterarū scīa inquirēda: multo fortius hec ī ep̄o opz inquiri: q̄ ad curā alioꝝ positus in seipso dz ostendere qualiter alios oporteat in domo dn̄i cōuersari. Glo. ꝟo suꝑ verbo litterarū. dicit: Propter defectū scīe repellit aliquis ab ep̄atu etiā iā ꝓmotus: vt ptz ex̄ de etate ⁊ qualitate ordinādoꝝ. c. vlti. ⁊ ex̄ de electis. c. cōgregato. ⁊. j. q. j. c. vilissimus. dr̄: Vilissimus est reputādus nisi precellat scīa ⁊ scti̅tate qui est honore ꝑstantior. Ad idē est c. nō opz. vij. q. j. ¶ Scd̄m dubium erat vtrum vltra episcopalē dignitatem sit peccatuz appetere aliquas dignitates seu officia vel bn̄ficia: vt abbatiā: prioratum ⁊c. Et videtur ꝙ nō; qꝛ qd̄ nō est ꝓhibitum per aliqd̄ ius videtur esse cōcessum. xiij. q. ij. c. hebrō. §. seq. Sed ista nullo iure ꝓhibentur: ergo vt licita cōceduntur. Cōtrarium huius videt esse rei veritas. Et ratio est: qꝛ vbi eadem ratio legis ⁊ idem ius. Naz de similibus idem est iudiciū. ar. di. v. c. ad eius. Sed ratio quare illicitus est appetitus ep̄atus est ꝓpter curā quaz habet annexā: qꝛ presumptuosum nimis est vt q̄s se reputet idoneū ad regendas aīas alioꝝ. sed eadē ratio est in quolibet ꝑdictoꝝ: qꝛ. s. in oībus est cura annexa: nec differunt ab episcopatu nisi ꝑm magis ⁊ minus: qꝛ vt pz ep̄s habet curā vniuersalem totius diocesis sue: sed in predictis officijs constituti habent curam particularem: vt pz vnius parrochie vel vnius collegij. Talis aūt appetitus non diuersificat speciem sed quidditatē peccati: sicut appetere furari vnū florenū est eiusdem speciei cum appetitu furandi mille: lz hoc sit grauius. Sic in ꝓposito de appetitu ep̄atus ⁊ alioꝝ bn̄ficioꝝ curatoꝝ. Preterea ꝑm Tho. Ray. Vost. ⁊ Goff. Qui petit ꝓ se aliqd̄ predictoꝝ si al's sit dignus efficit indignus rōne presumptiōis ⁊ cōmittit simoniā: ergo peccat mortaliter. Et ꝓ hac cōclusione faciūt dicta sctōꝝ. Unde Chryꝰ. xl. di. c. multi. ait: Quicūq; desiderauerit primatum in terra inueniet cōfusionē in celo nec inter seruos xp̄i computabit qui de primatu tractauerit. Nullus aūt inuenit confusionē in celo aut separat a cōsortio seruoꝝ xp̄i nisi ꝓpter mortale: ergo ⁊c. ⁊. j. q. j. c. Principatus. Leo papa ait: Principatus. i. ꝑlatio quē aut seditio extorsit: aut ambit⁹ occupauit etiaz si moribus aut actibus nō offendat: ipsius tn̄ initij sui est perniciosus exēplo ⁊ difficile est vt bono peragantur exitu que malo sunt inchoata principio. Sed non dicitur aliq̄d perniciosuz nisi mortale. Sciendus aūt ꝙ id qd̄ dictū est. s. ꝙ non licet petere beneficium curatū: nec peti potest absq; vitio simonie. aliqui illud nō tenent vt Ber. ⁊ Guil. Vāc

opinionē sequi vident curiales: sed tñ
nō est tuta. Forte posset dici ꝙ q̄ inten
deret deo seruire in clero: nō ꝓpter ho
nores maiores cōsequendos ⁊ diuitias
in seculo: sed qꝛ status ille melior est q̄ꝫ
secularis: ⁊ diuinis applicatꝰ ⁊ magis
sibi gratus ⁊ in eo positus appetit sibi
ꝓuideri de bñficio: ⁊ petit illud a supe
rioribus vt possit ꝑm cōditionē suaꝫ su
stentari: nō ad pōpā: sed ad decentiaꝫ:
nō habēs intētionē ad curā: nec ad ho
nores ⁊ gradus: ⁊ ad pinguius bñficiū:
sed ad sui gubernationē: ita contentus
de simplici bñficio sicut de curato: dū
modo sibi sufficiens esset: non peccaret.
Appetit em̄ ⁊ querit qd̄ est de iure diui
no debitū: videlꝫ ꝙ q̄ altari seruit de al
tari dꝫ viuere: vñ apl̄s. j. Coꝝ. ix. qd̄ est
licitū cuilibet. Et q̄ꝫuis cura annexa sit
ei qd̄ sibi cōfert: oculus eius non est ad
hoc principaliter: sed ad sustentationē
sibi debitā ex seruitio eccl̄ie: illud aūt. s.
ꝙ sit curatū est accessoriū ⁊ per accidēs
⁊ accessoriū naturā sequi cōgruit princi
palis. de reg. iu. li. vj. Sed principale in
tentū. s. sustentatio sui iure est licitū: er
go ⁊ qd̄ inde sequit: nō aliq̄d illicitum
adiungendū. ¶ Tertiū dubiū erat vtrū
prelatus peccet ꝯferendo beneficiū bo
no p̄termisso meliori: vel vtrū peccēt sic
eligētes. Et videt ꝙ sic: Quia. viij. q. j.
c. licet. Hiero. ait: Sciāt oēs ⁊ certi sint
ꝙ qui p̄stātior est ex oī ppl̄o: q̄ doctior:
q̄ sanctior: qui oī virtute eminētior: ille
eligit ad sacerdotiū. Sed btūs Tho. in
quadā q̄stione de quolibet. dicit: Qꝛ ali
quis pōt dici melior dupl̄r. Uno modo
simpliciter. Alio mō ꝑm q̄d. Simplici
ter aūt d̄r melior qui est sanctior ⁊ plus
habens de charitate. Scd̄m q̄d d̄r meli
or q̄ est melior ꝑm aliquē respectū. Con
tingit aūt aliquē esse meliorē simplici
ter. i. maioris sanctitatis q̄ nō est meli
or quantū ad hoc ꝙ preficiat in eccl̄ia.
Sed alius minoris sctitatis esset meli
or in regimine: qꝛ forte magis ecclesiaꝫ
iuuare poterit vel ꝑ lumē sapiētie vel ꝑ
auxiliū potentie: vel qꝛ diu in eccl̄ia de
seruiuit. Nō ergo tenet dare p̄latus of
ficiū vel bñficiū meliori simpliciter: sed
meliori quoad hoc: iō si p̄ferat vnū alte
ri ꝓpter aliquā causam q̄ pertineat ad
honorē dei ⁊ vtilitatē eccl̄ie: iā quantū
ad hoc iste est melior: ⁊ p̄latus recte fa
cit ꝓmouēs illū: sicut etiā ⁊ eligentes.
hec ille. Notandū etiā ꝙ q̄ꝫuis minus
bonus simpl̄r posset preferri magis bo
no in regimine ecclesie: qꝛ vtilior: nō tñ
si scit esse malus: q̄ꝫuis posset iuuare ec
clesiam ꝑ sciam ⁊ potētiam: qꝛ in hmōi
ꝑmaxime requirit bonitas vite: al̄s si
ne pctō cura exerceri nō pōt. Hoc enim
nō esset p̄ferre minus bonū: sed simpl̄r
malū: ⁊ ꝑ ꝯñs qui non est idoneus. Uñ
Alb. magnus dicit expresse ꝙ ꝓmouen
tes ad ordines vel curā pastoralē: vl̄ ali
quod bñficiū eccl̄iasticū sciēter īdignū
absq̄ꝫ dubio peccāt mortaliter. Nec no
bilitas excusare pōt ꝙ ꝓmoueatur ma
lus: qꝛ quāto nobilior tāto nociuior. Et
si dicat ꝙ alius non sit ita vtilis oīno:
ista rō nihil valet: qꝛ vtilitas spūalis tē
porali est p̄ponenda: nec excusat pauci
tas ministroꝝ eccl̄ie. Hec Alber. Dr̄ v̄o
aliq̄s eoipso bonus ꝙ nō est malus. ex̄
de p̄sum. c. dudū. ¶ Quartū dubiū erat
vtrū prelatus eccl̄ie possit cōmittere cō
sanguineo suo curam eccl̄ie postposito
meliore: Uidet ꝙ nō: qꝛ Hiero. dicit lo
quēs de moyse ꝙ substituit sibi succes
sorē in regimine iesum naue. viij. q. j. c.
si ergo. Nulla cōsanguinitatis rō: nulla
ꝓpinquitatis habita cōtēplatio est vt
ꝓpinquis agroꝝ ⁊ p̄dioꝝ relinquat he
reditas: gubernatio populi illi tradat
quē deus elegit hoī. s. tali q̄ hꝫ sicut scri
ptū audisti in semetipso spm̄ dei: ⁊ p̄ce
pta dei in conspectu eius sunt. Et idem
Hiero. viij. q. j. c. moyses. Moyses ami
cus dei cui facie ad faciē locutus est de
us: potuit vtiq̄ꝫ successores p̄ncipatus
filios suos facere ⁊ posteris ꝓpriam re
linquere dignitatem: sed extraneus de
alia tribu eligit iesus naue. i. iosue: vt
sciremus principatuꝫ in populo nō san
guini deferendū esse sed vite, Glo, dicit

ibi super verbo tribu. Moyses fuit de tribu leui: iesus naue siue iosue fuit de tribu effraim. Ad hoc ꝓpositu⁊ recitat etiam Policratus li.iiij. ꝙ obsecrante senatu vt adrianus filiū quē habebat augustum faceret: respōdisse ferť. Sufficere debet ꝙ ego regnauerim cū non merear. Principatus eñ non sanguini sed meritis dādus est. Inutiliter q̄ppe regnat qui rex nascit nec meret. Uerū tñ Tho. in quadā q̄stione de quolibet. dicit: ꝙ aliter est dicendū de cōsanguineo eque idoneo: aliter de cōsanguineo minus idoneo. Si aūt consanguineus sit eque idoneus pōt prelatus preferre cōsanguineum: nisi ex hoc forte scandalum oriať: vel aliqui exinde malū exemplum accipiant: vt qñ ꝓbabiliter timetur ꝙ aliqui prelati inducerenť hoc exēplo ad dandū suis minus dignis. Rō est hec: qꝛ in hoc ꝙ det cōsanguineo eq̄ digno nil deperit vtilitati ecclesie: nec est cōtra charitatem. Et hoc figuratum est Beñ.xlvij. vbi pharao ioseph loq̄ns de fratribus suis dixit: Si esse nosti in eis viros industrios constitue illos magistros pecoꝝ meoꝝ. Si v̄o consanguineus prelati sit minus idoneus nō debet eum preficere ad curaꝫ ecclesie postposito meliore: ⁊ sic faciendo, ⁊ preficiēdo illum grauiter peccat. Quid tēporibus his in beneficioꝝ collatione ac distributione fiat non opus est enarrare: cū iam manifesta sit omnibus ecclesie sancte iactura. Preficiuntur infames: promouentur ambitiosi: exaltātur amici: ⁊ quasi nulla est amplius cura de regimine animarum: preualuit ambitio ⁊ ad lucra tēporalia mundanāq̄ pompam oīa sunt redacta. O deus de celis: o deus oīpotens: inspice: succurre: visita: ⁊ nō derelinquas ꝓpter peccata nostra sponsam tuā ecclesiam quā tuo precioso sanguine redemisti. Inua serūt lupi rapaces gregē tuum ⁊ nō est qui pascat oues tuas. ¶ Scd̄s appetitus inordinatꝰ honoris: dicit magisterialis sublimitatis. Appetunt nāq̄ multi indebite magisterialē gradū. Et lꝫ sm̄ Hostien. in sum. sua li.v. in rubrica de magistris. p̄ceptor cuiuslibet discipline vocari possit magister. vt in.l. quibus erga.ff. de verbo. signi. vel qui regimē habet pre ceteris. vt in.l.j.ff. de exactionibus. vel doctor legū. vt in ꝓemio.ff.§. penul. Nos tñ loquimur de magistris ꝓut sic appellātur doctores theologie. In quibus reprehensibilis esse pōt magisterij gradus ⁊ ambitiosus reputari quadruplici ratione.

Primo rōne sufficientie.
Scd̄o rōne repugnantie.
Tertio rōne superbie.
Quarto rōne finis.

¶ Primo rōne sufficiētie qñ aliq̄s insufficiens est: qꝛ vel indoctus vel adeo parum doctus vt sibi gradus magisterij conuenire non possit. Pro quibus dicit lxj.di.c. miserum. Miserum est eu⁊ fieri magistrum qui nūq̄ fuit discipulus. ⁊.lix.dist.c. ordinatos. Debet eñ aū esse discipulus quisquis doctor esse desideratvt possit docere qd̄ didicit.xvj.q.j.c. sicut viue. Multo tp̄e disce q̄ postmodum doceas. ⁊.c.si clericatus. Si clericatꝰ titillat desideriū: discas qd̄ possis docere: ⁊ rōnabilē deo offeras hostiaꝫ: ne sis miles anteq̄ tyro: ne prius magister sis q̄ discipulus. ⁊ ex̄ de electione. c.cū in magistruꝫ. In magistrū assumi nō debet qui formā discipuli nō assumpsit. hec ibi. Dicit aūt Host. vbi.s. ꝙ ꝓmouēdus ad magisterium cognosci potest legendo ⁊ disputando si sit idoneus. ¶ Scd̄o est reprehensibilis ⁊ ambitiosus magisterij gradus ratione repugnantie qñ aliquis esset in aliqua religione que talia cōtineret ꝙ sibi magisterij gradus repugnaret: sicut de monacho dicit Hiero.xvj.q.j.c. monachꝰ. Monachus nō docentis sed plangentis habet officium. Ad qd̄ facit ibidē.c. si cupis. ⁊.c. alia causa. Si aūt talis eēt religio in qua possent religiosi cū obseruantia regule ⁊ statutorum suorum vacare etiam studio litteraruꝫ ⁊ predica-

tioni ⁊ instructiōi alioꝝ: possent hmōi viri religionis docti ꝟm Alexan. in. iiij. summe. ad gradū magisterij ꝓmoueri. Qđ cōfirmat̄ ꝑ ea que scribunt̄. xvj. q. j. c. doctos. c. moderamine. c. sunt tñ nonnulli. c. vos aūt. c. in parrochia. c. cū ꝓ vtilitate. Et hoc apparet ꝑ experiētiaꝫ: qꝛ quotidie ex ordinibus mendicantiuꝫ multi fiūt magistri in theologia. ¶ Tertio est reprehēsibilis ⁊ ambitiosus gradus magisterij rōne suꝑbie qñ aliquis querit illum gradū importune se ingerēdo vt excellat ⁊ appareat gloriosus: qđ ꝓhibet xp̄s Mat. xxiij. di. Nec vocemini magistri. s. cū elatione mentis: qꝛ magister vester vnus est xp̄s. In q̄bus verbis nō nomen aut gradū damnauit magisterij ꝟm oēs doc. sed tm̄ suꝑbiaꝫ ad quam multi cū noīe illo deueniunt: qui eo ꝙ magistri sunt ⁊ vocantur: credunt se oīa scire: spernūt indoctos: ⁊ qđ ipsi sciunt alijs cū difficultate ⁊ labore vix cōicare volunt. ¶ Quarto est reprehensibilis ⁊ ambitiosus magisterij gradus rōne finis: qñ aliquis magisteriuꝫ suscipit nō ꝓpter honorē dei aut salutē ꝓpriā vel vtilitatē ꝓximoꝝ: sed ꝓpter tꝑalia lucra ⁊ ꝓpter prelationes obtinendas ⁊ acquirendas dignitates. Tales siquidē qꝛ a debito fine deficiūt honorē indebite appetūt ⁊ inordinate: iudicet ergo vnusquisq̄ seipsum. Ego nō audeo aliena facta culpare: p̄cor tñ deū celi vt magisterij dignitas tā multis ad salutē accedat quot causa est dānationis eterne. ¶ Tertius appetitus inordinatus honoris ⁊ ambitionis est secularis potestatis: quō aliquis aspirauit tyrānice dñia tēporalia vsurpare. Rñdēdū vt melius intelligat̄. notandū ꝙ q̄drupliciter pōt aliquid recte ⁊ merito esse princeps: aut dñs.

Primo ex diuina ordinatione.
Scđo ex ecclesie collatione.
Tertio ex legitima successione.
Quarto ex populi electione.

¶ Primo ex diuina ordinatiōe: sic̄ Saul fuit vnctus in regē a Samuele de voluntate dei: vt habetur. j. Regū. x. Qui cum fuisset absconditus domi: cucurrerunt illi de populo ⁊ tulerunt eum inde sicut fuerat diuinitus reuelatum: stetitq̄ in medio populi. Et Samuel dixit: Certe videtis quem elegit dñs: qm̄ non sit similis ei in omni ppl̄o ⁊ clamauit cūctus ppl̄s: viuat rex. ¶ Scđo pōt esse aliquis princeps ex ecclesie collatione: qñ. s. ecclesia autoritate diuina ꝯferret alicui principatū: ⁊ p̄cipue imperialem dignitatem. Papa enim imperatorem instituere ⁊ destituere debet ⁊ pōt rōnabilib⁹ causis īterueniētibus: sicut factum fuit tꝑe Stephani scđi: vt đr in chronica martiniana: quō Arstulphus rex lōgobardoꝝ inquietabat romanos quapropter Stephanus romanus pōtifex aduertens ꝙ Constantinus. v. cōstantinopolitanus imperator non poterat iuuare Romanos: venit in franciam ad Pipinum regem francoꝝ: qui cum papa veniens liberauit romanos ab iniurijs longobardoruꝫ: ⁊ continuo in premio virtuosi laboris factus est imperator: ⁊ reuersus in franciam imperauit annis tredecim. Pipino aūt successit in imperio Karolus eius filius: mā sitq̄ imperium apud frācos annis trigintaquinq̄ ⁊ mensibus nouem: vsq̄ ad tꝑa Ludouici. iij. cuius tꝑe: qꝛ francigene nō iuuerunt Romā ab iniurijs longobardoꝝ fuit diuisum imperiū: eo ꝙ vnus imperauit in italia: alius in alemānia: ⁊ scisma durauit vsq̄ ad Ottonem: qui liberauit ecclesiam ab impietate Johannis pape. xij. quem cardinales suo adiutorio deposuerunt: quare Otto coronā imperij suscepit: ⁊ eo mortuo imperauit filius eius. Otto. ij. et post illum Otto. iij. per hereditariam successionem. Sed post mortem Ottonis. iij. fuit institutum ꝙ imperator eligeretur ab electoribus: scilicꝫ Magūtinensi: Treuerēsi: Coloniensi: Marchione brandeburgensi: Palatino: duce Saxonie: ⁊ rege Bohemie. De ptāte v̄o pape supra imperatorē dixi in sermone de

sacerdoti dignitate. ¶ Tertio pōt aliquis esse princeps ⁊ dn̄s ex paterna successione: sicut de Salomō dr̄.iij. Reg. ij.c. Salomon autē sedit sup̄ thronum Dauid patris sui ⁊ firmatū est regnuz eius nimis. ¶ Quarto potest aliq̄s esse princeps ex electione: qn̄ eligitur vniformiter ⁊ concorditer ab illis quibus habet preesse. His modis exceptis qui dominari cupit ambitionis vitio tāgitur. Sed dubitaret aliquis quid de officijs ⁊ dignitatibus secularibus si appetātur ⁊ ꝓcurentur per preces ⁊ obsequia: vt officiuz potestatis: senatoris: capitanei: ⁊ hmōi. nunquid est pctm̄? Rn̄deo ꝙ si quis hmōi appetat ⁊ querat magis curans de honore ⁊ lucro q̄ de iusticia seruanda: ꝙ talis peccaret. Similiter si ignorat ea que spectāt ad executionē debitam dicti officij: nec iuuari per aliū potest. Similiter si paratus est se intromittere de his ad q̄ sua potestas non extenditur q̄uis ibi consueuerit fieri: puta si laicus velit de clericis iudicare vel de ecclesia disponere: quod eis ꝓhibetur di.xcvj. per totum. Si aūt appeteret q̄s illos gradus zelo iusticie ⁊ charitatis ꝓximoꝝ exigente: non rōne ꝓprij cōmodi non peccaret. Sed quis est hic ⁊ laudabimus eum? Ideo magnus erit numer⁹ dānatoꝝ.

¶ Qꝛ abominanda est ambitio: tum qꝛ inducit multa mala: tum qꝛ oīs iustus illam fugit: tum etiā qꝛ tollit quietem mentis. Capitulum.iij.

Tertiū mysteriū declarādū de ambitione dicitur abominatio. Abominandū quippe et fugiēdum est huiusmodi peccatum propter tria.

Primo qꝛ multa crimina inducit.
Scd̄o qꝛ omnis iustus illā fugit.
Tertio quia quietē mentis tollit.

¶ Primo ambitio multa crimina inducit. Hoc maxime malū hz ambitiosus ꝙ nec timet deum nec veretur hoīes: sepe ⁊ libēter mentitur adulat̄ sepe simulat humilitatē: inclinatur cunctis: seruus est oīm ⁊ tributarius crudelissimus ⁊ venenosus: quādoq̄ ꝓpter ambitionē etiā suis Romulus quidē occidit fratrē Rhemum vt solus regnaret. Julius cesar pompeiū est semp̄ ꝑsecutus vsq̄ ad mortem: cum quo plurima bella gessit cupiditate imperij. Absalō suum patrē dauid tentauit pellere regno: vt ip̄e rex preficeretur. Et quid historias querimus qn̄ clara sunt omnia bella que fuerūt in mūdo vsq̄ ad nūc? Nec dubiū est illa fuisse ꝓ maiori parte confecta ex liuore ampliandi dn̄ia. Propterea Ninus rex assyriorū bellis vexauit ꝓuincias. Propterea magnus Alexander duxit exercitū extra patriā contra duriū: īmo ꝯtra oēs reges oriētales. Propterea martiales Romani semp̄ fuerunt in bello ab vrbe condita vsq̄ ad tp̄a Constātini: habueruntq̄ bella plurima aduersus sabinos ꝯ volscos: coriolanos: veios: faliscos: pelignos: picētes: sannites: tarētinos: carthaginēses: hyspanos: mitridatē: egyptum: germanos: cymbros: ⁊ parthos. Et vt breuiter dicā ꝯtra totū mundū. Et quis enumeret quantus hoīm sanguis in tot prelijs sit effusus? quot milia milium sint extincti: quot ciuitates depopulate: quot violate v̄gines: quot vtriusq̄ sexus precio venūdati? O ambitio tantorum scelerū mater: o venenosa radix ex qua facile ꝓdit oīs facinoris germē: o bonoꝝ moꝝ dissipatrix: o inimica iusticie: o seminatrix odiorū: o fons oīs scandali: o confusio religiosorum: o turbatrix ecclesie: o desolatrix ciuitatū: o deniq̄ destructrix gn̄is humani. Propter ambitionē nāq̄ vix potest aliq̄s perviā rectā incedere: ⁊ q̄nq̄ immo multotiens qui boni creduntur et sancti propter ambitionem efficiuntur reprobi ⁊ diaboli filij. ¶ Scd̄o abominādа est ambitio qꝛ quilibet iustus eā fugit. Dn̄s nr̄ iesus xp̄s cū facto miraculo de quinq̄ panib⁹ voluissent eū sibi regē facere aufugit. vt hr̄ Job.vj. Moyses cū esset annoꝝ.lxxxiij. ⁊ matre

retur a dño vt esset dux ppl'i israel mul
tũ excusauit se dicẽs ꝙ esset impeditio
ris lingue. Exo.iiij. Hieremias cũ mit-
teret a dño ⁊ ꝯstitueret sup reges ⁊ re-
gna ad annũciãdũ verbũ dei: subtrahe
bat se dicẽs: A a a dñe deꝰ nescio loq:
Hier.j. Marcus euãgelista vt sacerdo
tio inhabilis esset amputauit sibi pol-
licẽ. Gregoriꝰ magnꝰ a clero ⁊ ppl'o ac-
clamatꝰ in papã occulte fugit. Ambro-
sius ne ꝓmoueretur in archiep̃m ma-
gnã resistẽtiã fecit. Et sic oẽs boni ⁊ iu
sti viri ambitionẽ sunt detestati. ¶ Ter
tio abomināda est ambitio: qꝛ q̃etẽ mẽ
tis tollit. Semp eñ ambitiosi habent
in corde ignẽ: semp sunt in cogitationi
bus: semp in desiderijs martyres. non
dei: sꝫ principis tenebrarũ. Propterea
Bern.li.iij.de ꝯsideratiõe ad Eugeniũ
ait: O ambitio ambiẽtiũ crux: quõ oẽs
torques: oĩbꝰ places. Nil acriꝰ cruciat:
nil molestiꝰ inq̃etat: nil tam apud mise
ros mortales celebriꝰ negocijs eiꝰ. Et
idẽ in sermone.xl. Ambitio subtile ma
lũ: secretũ virꝰ: pestis occulta: doli arti
fex: mater hypocrisis: liuoris parẽs: vi
tioꝝ origo: tinea sanctitatis: excecatrix
cordiũ. hec ille. Propter hec itaqꝫ oĩa
vitari dꝫ ambitio: vt sic obtineri possit
ꝑ hũilitatẽ diuina gr̃a ⁊ in fine sempi-
terna gl'ia: in qua viuit ⁊ regnatqꝫ gl'io
sus deꝰ ꝑ infinita seculoꝝ secula. Amẽ.
¶ Feria q̃nta post Reminiscere: de vi-
tio vane gl'ie: quo laborabat diues ille
dãnatꝰ: ⁊ qđ plurimũ timere debẽt pe-
nitẽtes: qꝛ oriri solet maxime ex opibꝰ
bonis: Sermo.xxxv.



Induebatur
purpura ⁊ bysso. Uer
ba sũt redẽptor nr̃i
original'r Luce. xvj.
⁊ in euãgel'. hodier-
no. Audiuimus ex le
ctione sctĩ euãgelij dãnatũ fuisse diui-
tẽ in inferno nõ qꝛ diuitias possidebat
sꝫ qm̃ illis male vtebat. Erat eñ crude
lis ꝓximis ⁊ lazaro mẽdico ĩ cuiꝰ vlce-
ra canes lingebãt aĩ alia bruta ipse hõ
nullã pietatẽ exhibebat. Cõstituerat fi
nẽ suũ in copia bonoꝝ tpaliũ: ⁊ ꝓpter
illa superiorẽ nõ cognoscebat deũ: exal
tabat seip̃m: ⁊ elatꝰ corde cupiebat ho
norari. Et ꝓpterea induebat purpura
⁊ bysso: gloriã querens in excessiuo or-
natu ⁊ ĩmoderato. Et qm̃ plurimi sunt
illiꝰ diuitis sequaces ⁊ imitatores: qui
oẽ desideriũ suũ inflãmãt ad hãc glo-
riã tpalẽ inanẽ ⁊ vacuã: iccirco in p̃sen
ti sermone de vane glorie vitio aliqua
discutiemꝰ: de qua tria mysteria occur-
runt declaranda.

Primum đr diffinitio.
Secundum detestatio.
Tertium generatio.

¶ Quid sit vana gl'ia et quõ differat a
gl'ia sctã q̃ esse põt in bonis et virtuo-
sis ⁊ a gloria beata. Capl'm.j.

Primũ mysteriũ de vana glo
ria dicit diffinitio. In quo
quid sit vana gloria videa-
mus. Et Alexã.in.ij.summe
diffinit eã sic dicens: Uana gl'ia est ap
petitus inordinatꝰ ⁊ ĩordinata delecta
tio hũane laudis. Nã gl'ia claritatem
quãdã significat. Uñ gl'ificari idem est
qđ clarificari. vt Aug. dicit sup Job.
Et Amb.in li.de officijs. Gl'ia est clara
cũ laude noticia. Et Tullius in rheto.
Gl'ia est frequẽs de aliq̃ fama cũ laude
Laus v̄o vt Arist.dicit.j.rheto.est ser-
mo elucidãs magnitudinẽ v̄tutis. Jõ
nomẽ gl'ie ĩportat manifestationẽ ali-
cuiꝰ de hoc qđ apud hoĩes decoꝝ vr̃ si-
ue illud sit aliqđ bonũ sp̃uale siue tpa-
le. Possumꝰ tñ ꝓ clariori intelligentia
distinguere triplicem gloriam.

Prima dicitur beata.
Secunda sancta.
Tertia vana.

¶ Prima est gloria beata: de qua ĩ ps.
cxj. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. Et
ps.cxlix. Exultabunt sctĩ in gl'ia. Et de
hac diffusius loco suo dicemꝰ. ¶ Scđa
est gloria sancta. Et hec s̄m Tho.ij.ij.
q.cxxxij. est cũ quis cognoscit bonum

suũ dignũ laude: et approbat illud cupiens ab alijs laudari: aut ꝓpter diuinum honorẽ: aut ꝓpter ꝓximoꝝ salutẽ. Nã ꝑm Alex. laudari ꝓpter deum ⁊ ꝓpter bonũ ꝓximi nõ est aliud q̃ deũ laudari in nobis. Vñ nõ erratur: sꝫ sancte appetitur gloria cũ virtuose viuit ⁊ nõ constituitur ibi finis. Ad hanc hortat̃ nos xp̃s dicẽs Mat. v. Sic luceat lux vestra corã hoĩbus vt videãt opera vestra bona: et glorificent patrẽ vestrũ qui in celis est. Et. j. Coꝝ. x. Sine offensione estote iudeis ⁊ gentib⁹ ⁊ ecclesie dei: sicut ⁊ ego oĩbus ꝑ oĩa placeo: nõ querẽs qd̃ mihi vtile est: sed qd̃ multis vt salui fiant. Et Rom̃. xij. Prouidentes bona nõ tm̃ corã deo: sed etiã corã oĩbus hoĩbus. Et Ecc̃i. xlj. Curã habe de bono nomine. Et Prouerb̃. xv. Fama bona impinguat ossa. Et Ouidius libro de tristib⁹. Deniq̃ nõ paruas aĩo dat gloria vires. Et fecũda facit pectora laudis amor. Ideo Aug. in sermone de cõfessiõe ait: Solet mouere charissimi q̃ dñs noster iesus xp̃s in sermone euãgelico cũ prius dixisset Mat. v. Luceat lux vestra corã hominib⁹ vt videãt vestra opera bona ⁊ glorificẽt patrẽ vestrũ q̃ in celis est. postea dixit Mat. vj. Attendite ne iusticiã vestram faciatis corã hominibus vt videamini ab eis. Turbatur enim mẽs parũ intelligẽtis ⁊ precepto vtriq̃ obaudire cupiẽtis et per diuersa ⁊ aduersa distendit̃. Tã nemo em̃ potest q̃uis vni dño obtẽperare repugnãtia iubenti: q̃ nemo potest etiã duobus dñis seruire: quod eodem sermone saluator ipse testat⁹ est. Quid ergo faciet anim⁹ nutans cũ se obtẽperare nõ posse existimat: ⁊ nõ obtẽperare formidat. Si enim opera sua in luce posuerit hominib⁹ intuenda vt faciat quod preceptũ est Mat. v. Luceat lux vestra corã hominibus. reum se teneri arbitrabitur quasi cõtra preceptũ fecerit. vbi dicitur Mat. vj. Attẽdite ne iusticiam vestram faciatis coram hominib⁹ vt videamini ab eis. Qui autez recte intelligit vtrunq̃ implet: ⁊ seruiet vni verissimo dño qui seruũ pigrũ non dãnaret: si ea que nullo modo poterat imperaret. Hec ille. Et ibi cõcludit dicens: Intentio quippe cordis humani quo dirigatur ⁊ quid expectet intuẽdũ est. Ex quibus oĩbus colligitur q̃ non sunt virtutis opera pretermittẽda: qm̃ ad illa sequitur laus multoꝝ: ⁊ redundant in virtuosoꝝ famam dũmodo ibi intẽtio non ꝯstituat finẽ suũ. ¶ Tertia est gloria vana: q̃ ꝑm Alexã. ⁊ Boñ. vbi s̃. põt esse triplex. Primo ex parte rei ꝓ qua quis gloriã querit: vtputa si quis gloriaꝫ quereret de sapientia quã non habet ⁊ hmõi: vel de eo quod est pctm̃. Propter qd̃ ĩ ps̃. lj. d̃r: Quid gloriaris in malicia. Vel cuꝫ querit gloriã de eo qd̃ nõ est gl'ia dignũ: vt de diuitijs: de pulchritudine: de dominijs: ⁊ hmõi. de quib⁹ nõ est gloriãdũ eo q̃ transitoria sunt caduca ⁊ vana. Vñ Esa. xl. d̃r: Oĩs caro fenũ: ⁊ oĩs gl'ia ei⁹ quasi flos agri. Secũdo gl'ia est vana ex parte ei⁹ a quo quis gl'iam q̃rit: puta ab hoĩe ꝑncipaliter cui⁹ iudiciũ nõ est rectũ. Vñ ĩ ps̃. lij. Maledicta ossa eorũ q̃ hoĩbus placẽt: supple cũ ponitur ibi finis. Tertio gloria est vana ex parte ei⁹ q̃ gl'iam appetit: qui videlꝫ appetitũ gl'ie sue non refert in debitũ finẽ: puta ad honorem dei ⁊ ꝓximi salutẽ. Nã oĩs gloria finaliter ad deũ est referẽda. Vñ Dauid in ps̃. cxiij. Nõ nobis dñe nõ nobis: sꝫ nei tuo da gloriam. Et christus Johannis viij. Ego gloriam meam non q̃ro. Si ego gl'ifico meipm gl'ia mea nihil est. ¶ Or fugienda est vana gloria: tũ quia per illã offenditur deus: tum quia homo per eam spiritualiter infatuatur: tum etiam quia oẽs iusti ipsam conati sunt vitare.

Capitulum. ij.

Secũdum mysterium declarandum de vana gloria dicitur detestatio. Est siquidem vitium graue ⁊ detestabile propter tria.

Primo propter offensionem.

Scdo ꝓpter infatuationem.
Tertio ꝓpter exemplationem.

¶ Primo vana gloria est vitiũ graue et detestabile ꝓpter offensionẽ: qꝛ ꝑ illam offenditur deꝰ. Notãdũ aũt ꝟm Boñ. vbi. s. ꝙ aliqñ est peccatũ veniale: aliquãdo mortale. Veniale est cũ ex subito motu trahitur animꝰ ad ꝓpriã laudẽ ⁊ gaudet de bona hoĩm opinione: tñ cũ ratio excitatur statim reprimit et subijcit motũ illũ recognoscẽs deum ⁊ illi se hũiliãs. Difficile nãq; est primis motibus gl'ie vt nõ veniãt posse resistere. qꝛ vt dicit Señ. ad Lucilluz. Nulla est tam excelsa virtus q̃ dulcedine glorie nõ tãgatur. Et Hiero. ad Sabinianũ. Naturali ducimur malo ⁊ adulatoribus nr̃is libenter fauemus. Et q̃q̃ respõdeamus nos indignos ⁊ calidus rubor ora perfundat: tñ ad laudẽ suam intrinsecus letatur animus. Et Chryꝰ. di. super Mattheũ. Cũ cetera vitia locum habeant in seruis diaboli: inanis gloria locuz etiam habet in seruis xp̃i. Si ergo amor humane glorie q̃uis sit inanis non repugnat charitati: neq; quantum ad id de quo est gloria: neq; quantum ad intẽtionẽ gl'iam q̃rentis: non est peccatum mortale: sed veniale. Peccatum autẽ mortale est vana gl'ia: quando ꝯtrariatur charitati dei dupliciter. Uno mõ ratione materie de qua quis gloriatur: vtputa de aliquo falso quod contrariatur diuine reuerentie. ꝟm illud Ezechꝰ. xxviij. c. Eleuatum est cor tuũ. ⁊ dixisti: Deus ego sum. Vel cũ quis bonum temporale de quo gloriat̃ prefert deo. Aut etiam cum quis p̃fert testimonium hominuz testimonio dei: sicut contra quosdã dicitur Johannis xij. Qui dilexerunt magis gloriam hominum q̃ gloriam dei. Alio modo contrariatur charitati ex parte ipsius gloriantis: qui intentionem suã refert ad gloriam tanq̃ ad vltimũ finem: ad quẽ etiam ordinat virtutis opera: et ꝑ illo consequendo nõ p̃termittit facere etiã ea que sunt contra deũ. Sic faciebant antiqui romani de quibus dicit Aug. v. de ciuita. dei. c. xij. Veteres igit̃ primiq; romani quantum eorum docet ⁊ commendat historia: q̃uis vt alie gentes: excepta vna populi hebreorũ: falsos deos colerent ⁊ non deo victimas: sed demonijs immolarent: tamen laudis auidi: pecunie liberales erant: gloriam ingentem: diuitias honestas volebant. Hanc ardentissime dilexerunt: propter hanc viuere voluerunt ꝑ hac mori non dubitauerunt: ceteras cupiditates huius vnius ingenti cupiditate presserunt. hec ille. ¶ Secũdo vana gloria est vitium graue ⁊ detestabile ratione infatuationis quia in hoc vitio magna est fatuitas: quã dñs explicauit Mat. xxv. in parabola de decẽ virginibus: quarum quinq; erãt fatue: ⁊ q̃nq; prudentes. Et prudẽtes intrauerũt cũ sponso ad nuptias: fatue ꝟo licz essent virgines: qꝛ tñ oleum recte intentiõis ad dei gloriam non habebant: excluse fuerunt a sponso. Pro quibꝰ dicit Gregorius in homelia. Sepe vos fratres charissimi admoneo praua opera fugere: mundi huius inquinamenta deuitare: sed hodierna sancti euangelij lectione compellor dicere: vt ⁊ bona que agitis cum magna cautela timeatis: ne per hoc quod a vobis rectum geritur: fauor aut gratia humana requiratur: ne appetitus laudis subrepat: ⁊ quod foris ostenditur intus a mercede euacuetur. Ecce enim redẽptoris voce decem virgines ⁊ oẽs dicũtur virgines: ⁊ tñ infra beatitudinis ianuam non oẽs recepte: qꝛ earũ quedã dũ de virginitate sua gl'iam foris expetũt oleũ in vasis suis habere noluerũt. ¶ Tertio detestabile est ⁊ graue vitiũ vane glorie ꝓpter exẽplationẽ. Omnes quidẽ sancti dederunt nobis exemplũ vanã gl'iam fugiendi: vt patet in eoruz gestis. Cicero etiã. j. de officijs dicit: Cauenda est glorie cupiditas. Eripit em̃ animi libertatẽ: pro qua magnanimis viris oĩs dz esse cõtemptio. i. ꝯtemptus. Legimus

in vitispatrū: ꝙ cū quidā senex in spelū
ca req̄sceret: rogatus est multis preci-
bus a quodā seculari vt veniret oratio-
nem facturus sup̄ filiū suū defunctum.
Cūq̄ ille iret occurrerūt multi cū lāpa-
dibus in ei⁹ occursuz: q̄ homo sanctus
erat. Qd̄ cum percepisset senex finxit se
esse stultū: ⁊ expoliās vestimenta sua in
flumen descēdit ⁊ stans lauabat ea nu-
dus. Secularis aūt ille erubescēs dixit
populo: Reuertimini: senex noster infa
tuatus est. Et veniēs ad senē interroga
uit eū dicēs: Quare sic fecisti: q̄ oēs di-
cunt demoniū habet senex. Qui rn̄dit:
Et ego volebam hoc audire: ⁊ sic rediit
in speluncā suaz. Silr̄ fecit btūs frater
Juniperus: de quo sepius sanctus Frā
ciscus dicebat: Utinam multi essent ta-
les iuniperi in hortis nostris. Cū ergo
semel prefatus iret Romā et multi ob-
uiam venirent ꝓpter famā sanctitatis
sue: eos declinare volēs iunxit se ad lu-
dendum cū vno puero ad vnā tabulam
que dū leuabatur de vno capite depri-
mebatur in alio. Qd̄ illi videntes repu-
tauerunt eū leuem ⁊ fatuū. Ipse v̄o sub
illa specie vanā gloriā euitauit.

¶ Q̄ ex vana gloria generant̄ septē pec
cata que dicunt̄ septē ei⁹ filie. Cap̄m. iij.



Tertiū mysteriū declarādū de
vana gl̄ia d̄r gn̄atio. Scd̄m
em̄ Grego. xxj. moral̄. inanis
gloria generat septē filias.

Prima est iactantia.
Scd̄a est presumptio nouitatum.
Tertia hypocrisis.
Quarta pertinacia.
Quinta discordia.
Sexta contentio.
Septima inobediētia. Nam vt dixit
Tho. vbi. s̄. vitia illa q̄ de se nata sunt
ordinari ad finē alicuius vitij capitalis
dicuntur esse filie ei⁹. Finis aūt inanis
glorie est manifestatio ꝓprie excellētie:
ad quā pōt hō tendere dupl̄r. Uno mō
directe: alio mō indirecte. Directe siue
per v̄ba: ⁊ sic est iactātia: siue p̄ facta: et
si sint habētia aliquā admirationem est
presumptio nouitatū quas hoīes solēt
magis admirari. Si aūt facta sint sim-
pliciter sic est hypocrisis. Alio mō nitit
q̄s manifestare suā excellētiaz indirecte
ostēdendo se nō esse alio minorez: ⁊ hoc
quadrupl̄r. Primo quātū ad intētionē:
⁊ sic est pertinacia p̄ quā hō nimis inni-
titur sue sciētie nolens credere melioti.
Scd̄o quātum ad voluntatē: ⁊ sic est di-
scordia cū nō vult ꝓpria volūtate disce-
dere vt alijs cōcordet. Tertio quātū ad
libro cōtra insipientē. Non solū ꝓpter
defectum presentie pōt aliquid cogita
ri nō esse: sed ⁊ propter defectū euiden
tie q: nō est euidens in se ⁊ in ꝓbādo.
Sed deū esse est veritas euidens in se
⁊ in probando in se: quia est quo nihil
maius excogitari potest. In probando
ꝟo quia et ductu rationis hoc ꝓbarūt
phi: ergo non potest cogitari nisi insi-
pienter et stulte ꝙ non sit deus. Unde
Dauid in ps̄. xiij. ait: Dixit insipiēs in
corde suo nō est deꝰ. Stultus ergo est
qui cogitat vel dicit: nō est deus quem
confitetur intellectus rōnis naturale
lumen. Unde Bern̄. in li. de diligendo
deū. Inexcusabilis est omnino infide-
lis si nō diligit deū toto corde. Clamat
nēpe intus eius innata iusticia: q: ex se
toto illū diligere debet: cui se totū de-
bere nō ignorat. hec ille. Clamat deum
esse oīs creata natura angeli homines
celum ⁊ terra ⁊ omnia que in eis sunt,

Uñ Aug. in li. de vtilitate credēdi ait:
Non em̄ frustra intueri oportet ⁊ ina-
niter ordinē celi: pulchritudinē siderū:
vicissitudines tempoꝝ: in quoꝝ ꝯside-
ratione non curiositas est exercēda: sꝫ
gradus ad eterna faciēdꝰ. Et Job. xij.
Interroga iumenta ⁊ docebūt te: ⁊ vo-
latilia celi: et indicabūt tibi. Loquere
terre ⁊ rñdebit tibi: et narrabūt pisces
maris. Quis ignorat ꝙ oīa hec manꝰ
dñi fecerit? Mirabilis certe in tāta re-
rū varietate ordo reperitur. Est quidē
ordo situalis siue localis: q: quelibet
creatura tenet suū locū ꝟm suā dignita
tem. Nā terra ⁊ terrena sicut viliora in
imis locata sunt. Aqua vt dignior ei p̄-
eminet. Aer vt ꝑfectior superior est. Et
ignis ita actiuus ⁊ calidus a nobis elō
gatur sup alia elementa situatus. Celi
incorruptibiles: sol ⁊ luna ⁊ stelle lucē-
tes ī spheris suis altissime collate sunt
Et celū empyreū nobilissimū vbi gau-
dent sancti cū xp̄o supremū omniū est.
Subsequit ⁊ aliꝰ ordo q̄ tēpus potest
dici: Ordinatissime em̄ sol facit cursū
suū ꝑ signa zodiaci infra annū ītegrū.
Et sic transeūt tēpora veris: estatis: au
tūni: ⁊ hyemis cū effectibꝰ suis. Trās-
eunt et dies naturales eadē tp̄is mēsu
ra ad motū primi mobilis cōpletum: ⁊
ea q̄ in hyeme mortua videbant in ve-
re reuiuiscunt: et in estate fructificant.
Predicat insuper deū esse sacra scriptu
ra tā veteris q̄ noui testamenti: et oīs
scriptura ⁊ phoꝝ ⁊ poetarū oīm genti
liū. O qualis dementia illorū ergo qui
tante veritati acq̄escere nolunt. Tales
vtiq̄ sunt q̄ dei iracūdiā nō formidāt.
¶ Secūda ratio quare a multis non ti
metur ira dei: dicit̄ false opiniōis. Nā
cū multi negare nō possint esse deum:
opinant̄ tñ false ꝙ in illo ira cadere nō
pōt. Dicūt nāq̄ deū esse clemētissimū:
irā ꝟo clemētie dei fore cōtrariā: iō nec
in deo cadere posse. Pro q̄bꝰ di. Lactā-
tius ī p̄ncipio libri de ira dei. Aīaduer
ti sepe donate plurimos id existimare
ꝙ nōnulli phoꝝ putauerūt non irasci

deū: qm̄ beneficia sit tm̄modo natura diuina: nec cuiq̄ nocere prestantissime atq; optime ꝯgruat potestati. Arguūt ⁊ secūdo modo tales: q̄ nulla passio cadit in deo: sed ira dei est passio quedaꝫ: ergo nō cadit in deo. ¶ Tertio ꝯfirmāt errorē suū: quia omne peccatum a deo est remouendū: sed ira est vnū ex septē vitijs capitalibus: ergo est a deo remouēda. Uerūtamen ꝯtra sic tenētes sunt autoritates ⁊ dicta siue scripture sacre siue gentiliū ⁊ moraliū pb̄oꝝ. Unū Exo. xv. In multitudine glorie tue deposuisti oēs aduersarios nr̄os. Misisti iram tuā que deuorauit eos. Et. xxxij. c. moyses. ad deū orans ait: Quiescat ira tua ⁊ esto placabilis super neq̄cia ppl'i tui. Et. iiij. Reg̃. xxij. Magna ira dn̄i succēsa est ꝯtra nos. Et Deut̃. xj. Iratus dn̄s clausit celū ⁊ pluuie nō descedūt. Et. ij. Paral'. xij. d̄r de filijs israel: Q̄r hūiliati sūt auersa est ab eis ira dn̄i. Et xxiiij. c. Facta est ira dn̄i ꝯtra iudā ⁊ hierusalē. Et Job. ix. Deus cuiꝰ ire resistere nemo pōt. Et Dauid in ps̄. ij. Apprehēdite disciplinam nequando irascatur dominus: et pereatis de via iusta. Et ps̄. vj. Domīe ne in furore tuo arguas me: neq; ī ira tua corripias me. Et ps̄. xvij. Fundamēta montiū cōturbata sunt ⁊ cōmota sunt: qm̄ iratus est eis. Et ps̄. lxxvij. Ira dei ascendit in israel. Et ps̄. lxxviij. Effunde irā tuam in gentes que te nō nouerunt. Et ps̄. lxxxix. Quis nouit potestatē ire tue: et pre timore tuo iram tuā dinumerare? Et Eccl's. v. Ne dicas corā angelo nō est ꝓuidentia: ne forte iratus dn̄s dissipet cuncta opera tua. Et Esaie. v. Iratus est furor dn̄i in ppl'm suū. Et Hiere. iiij. Plāgite ⁊ vlulate: q̄ non est auersa ira furoris dn̄i a vobis. Et Treñ. iiij. Cōpleuit dn̄s furorē suū: ⁊ effudit irā indignationis sue. Et Osee. v. Effundā q̄si aquā irā meaꝫ. Et Naū. j. Ulciscēs dn̄s in hostes suos ⁊ irascens ipe inimicis suis. Et Rom̄. j. Reuelatur ira dei de celo. Et Rom̄. iij. Nunquid iniquꝰ est deus qui infert iram. Et. j. Thessal'. ij. Peruenit ira dei super illos vsq; in finem. Et Apoc̄. xv. Consummata est ira dei. Et. xvj. c. Audiui vocē magnā de templo dicētē septem angelis: Ite et effundite septem phialas ire dei in terrā. Et Ualeriꝰ maximus lib̄. j. Lento em̄ gradu ad vindictam sui diuina ꝓcedit ira: tarditatēq; supplicij grauitate cōpensat. Et Ouidius de arte amandi. Flectitur iratus voce rogante deus. Et Aug̃. xviij. de ciui. dei. c. xij. Apollini delphico īstituti sunt ludi musici: vt placeret̃ ira eiꝰ qua putabāt afflictas esse sterilitate grecie regiones: q̄ nō defenderunt templum eius: quod rex Danaus cū easdē terras bello inuasisset incēdit. Et in p̄mo lib̄. vbi. s̄. c. iij. dicit de iunone q̄ apud gentiles colebatur pro dea. Apud Uergil'. nēpe iuno inducitur infesta troianis: Eolo ventoꝝ regi aduersus eos irritando dicere: Gēs inimica mihi tyrrhenū nauigat equor. Illū in italiā portans victosq; penates. Hec ille. Et idē Uergilius cōmemorat in p̄ncipio p̄mi lib̄. Eneidos ob irā iunonis eneā ꝓfugum fuisse cū reliq̄s troianis dicens: Arma virūq; cano troie q̄ p̄mꝰ ab oris. Italiā fato ꝓfugus lauinaq; venit Littora: multū ille ⁊ terris iactatus et alto. Ui superꝝ seue memorē iunonis ob irā. At ⁊ Ualerius maximꝰ li. j. rubrica de neglecta religiōe: multa narrat de iratis dijs. Nos vero talia exēpla nō inducimus vt errores gentiliū cōprobemus: sed tm̄ vt ostendamus q̄ etiā ꝑm illos ira ponēda sit in deo. ¶ Pro solutione itaq; obiectoꝝ tria sunt notanda. Primū ꝑm Bon̄. ī. iij. sen. di. xxxiij. ⁊ Rich̄. in. iiij. di. xxvj. ⁊ Tho. j. parte. di. xxij. q̄ q̄ncūq; d̄r aliquid de eo quod in nobis denotat passionē: de deo dicit̃ ꝑm effectum: et non ꝑm passionis defectum. Odium ergo amor ira et similia que in nobis sunt passiones in deo dicuntur ꝑm effectum quoad nos: vt tunc dicatur odire cum effectum odij nobis exhibet; tunc irasci cum effectū ire nobis

ostẽdit. Ipse aũt deꝰ stabilis manẽs sine passione aliqua dat cuncta moueri. ¶ Scõm notandũ ꝙ nõ oĩa que ꝟm nomen sonãt virtutẽ: dicũt virtutes in re: nec oĩa que ꝟm nomẽ sonãt vitiũ: dicũt illud in re. Propterea inqt Iuuenalis satyra.xiiij. Fallit eñ vitiũ specie virtutis ⁊ vmbra. Et Seneca ad Lucillũ. Vitia in nobis sub virtutũ noĩe repunt. et Greg. xlj. di. c. sepe vitia. ait: Sepe vitia se ingerũt ⁊ virtutes se esse mentiũtur: vt tenacitas: parsimonia: effusio: largitas: crudelitas: zelus iusticie: remissio pietas velit videri. Jõ nõ ome qõ dicit ira: vitiũ est aut peccatũ. ¶ Tertiũ notãdũ ꝟm Boñ. in.iij. dist. xv. ꝙ triplex est ira. Quedã est preter rõnis imperiũ p primus. s. iracũdie motus. Scõa ira est cõtra rõnis imperium qñ ꝗs cõcitatus in irã passioni rationẽ subiicit sequiturqz inordinate impetus ire. Tertia est ira q̃ est ꝟm rõnis imperiũ: qñ quis irascitur ꝟm ꝙ merito irasci debet. Sic merito irascunt patres filijs impijs: et prout exigit illoꝝ malicia ordinate corrigunt eos. Sic irascunt prelati ⁊ dñi quilibet subditis inobediẽtibus. Sic iratus est xps qñ eiecit oẽs vendentes et emẽtes de tẽplo. Dicimus ergo ꝙ deus qui est clemẽtissimus sine sui mutatione: sine passione: sine peccato: sua exigẽte iusticia irascitur sepe peccatores obstinatos in ira cõculcans: qñ eis effectus ire demonstrat. Vi sunt guerre: pestilẽtie: tẽpestates: grandines: sterilitates terre: fames: terremotus: terrores de celo: et signa magna. O presumptuosi peccatores audiuistis iã ꝙ falsa est opinio vestra. Dicebatis eñ ꝙ non irascitur deꝰ. Et ecce tot preconia scripturarũ clamãt iram dei ab omnibus esse timendam.

¶ Tertia ratio quare a multis nõ timetur ira dei: ỏr diuturne expectationis. Cõsueuit equidẽ deꝰ ꝓpter lõganimitatem suam sufferre peccatores iniquos per tempora longa: vt sic per dulcedinẽ eiꝰ attrahãtur ad penitentiã. Sed inde multi sumũt audaciã ⁊ deteriores facti iram dei nõ existimãt. Veruntamen vt ait Hieronymus in expositione Hiere. quãto maior est numerus tẽporũ quibus obliuiscimur deum: tãto maior est pena peccati qõ nec lõgitudine temporum potuerit edomari.

¶ Or terribilis est ira dei eo ꝙ seuit in paruulos ⁊ in iustos: atqz oĩones supplicantiũ spernit ⁊ abominat. Lap.n.

Secundũ mysterium contemplandũ de ira dei dicitur terribilitas. Cõsiderandũ nãqz est ꝙ cũ irascitur deus ⁊ ꝓuocatur etiam ad temporalẽ flagellãdum homines sibi rebelles: seuerus est et terribilis valde maxime propter tria.

Primo ꝓpter paruulorũ punitionẽ.
Scõo ꝓpter iustoꝝ afflictionẽ.
Tertio ꝓpter orationũ detestationẽ.

¶ Primo deus iratus est terribilis propter paruuloꝝ punitionẽ. Punit nãqz paruulos pueros et innocẽtes propter peccata parentũ. Perierũt nẽpe ⁊ suffocati sunt in diluuio oẽs infantes ⁊ paruuli quotquot reperiebãtur in mundo. Adusti sunt in sodomitis incẽdio cõcremati oẽs q̃ erant in vteris matrũ ⁊ qui sugebãt vbera. Et tñ sepꝰ veratur mãdus aut fame aut pestilẽtia aut qualibet alia aduersitate: que non nisi ꝓpter peccata veniũt: paruuli qui ea nõ cõmiserunt puniũtur ꝓ illis. O formidabilis dei iusticia: o tremẽda dei iracũdia: cur eos qui te non leserũt exterminas: paruulos cur tã acriter punis: ⁊ respondebit tibi protinus ꝙ propter peccata parentũ. Sed hic oritur dubium: vtrum filij ꝓpter peccata parentũ puniri possint: Et videtur ꝙ nõ. Nã per Ezechie. xviij. deus dixit. Filius nõ portabit iniquitatẽ patris: ⁊ pater nõ portabit iniquitatẽ filij. Justicia iusti super eũ erit: ⁊ impietas impij erit super eum. ⁊ cẽ de his que fiũt a maio. par. ca. c. questiõt. in glo. dicitur: Peccata suos debent tenere autores. Et idem. C. de penis. l. sancimus, ⁊. C. ne vxor pro marito. l. ob ma

ritorum. ⁊. xj. q. iij. c. illud. ⁊ ex̄ de sen. ex-
com. lib. vj. c. romana. §. vlti. ⁊. lvj. dist.
c. satis. ⁊ Augu. ait. j. q. iiij. c. nullius.
Nullius crimē maculat nescientem. Ad
hoc facit ibidē. c. placuit. ⁊. c. iudei. Sed
contra arguitur q: Exod. xx. deus dixit:
Ego sum dn̄s deus tuus: fortis: zelotes
visitās iniq̄tatē patrū in filijs in tertiā
⁊ quartā generationē eorū qui oderunt
me. Ad idem facit. c. vergentis, ex̄ de he
reticis. ⁊ idē habet ex̄ de filijs presby.
non ordi. c. j. c. ad presentiā. c. presentiū.
c. conquerente. ⁊. c. quoniā. ⁊. j. q. iiij. c.
ecclesia. §. item dicitur. Cayn peccante
chanaā filius eius maledicitur. Respō
det sanct⁹ Bon̄. di. xxxiij. ij. libri. ꝙ du-
plex est punitio: vna eterna: alia tempo
ralis. Filij nō puniunt̄ pro peccato pa-
rentum pena eterna. Unde Anselmus
de cōceptu v̄ginali dicit: ꝙ paruuli nō
dānantur pro culpa ade tm̄: sed ꝓ pro-
pria culpa quā habēt: licz nō habeāt eā
agēdo sed cōtrahendo. Puniutur tn̄ fi-
lij ꝓ peccato parentū pena tēporali: eo
ꝙ filij sunt aliquid patris. Et hoc pa-
tet per sanctā scripturā in plurib⁹ exem
plis. Jō dicit Grego. j. q. iiij. c. ecclesia.
§. paruulos. Paruulos sodomitarū nō
excusauit ignorātia: q̄n ꝓ paterno sce-
lere celesti igne cōsumeretur. Sed hoc
igne pena illis diminuta est quib⁹ suc-
cessio paterni sceleris est adēpta. Pari-
ter etiam demonstratū est pro peccatis
parētum paruulos aliquādo corporali-
ter flagellari. ¶ Secūdo deus iratus est
terribilis propter iustorum afflictionē.
Affligit etiaz et sepe bonos cum malis.
Sed dubitatur hic vtrum possit esse in
aliquo pena sine culpa? Et videt̄ ꝙ non
q: Hieronym⁹ ait: Quicquid patimur
peccata nostra meruerunt. ⁊ Gregorius
dicit in collecta. Nulla eis nocebit ad-
uersitas si nulla dominetur iniquitas.
Sed contra est illud Job. xvij. c. Non
peccaui et in amaritudinibus moratur
oculus meus. ⁊ Johan. ix. Quis pecca-
uit: hic aut parentes eius vt cecus na-
sceretur? Et respōdit xp̄s. Neq̄ hic pec-
cauit neq̄ parētes eius. Et exponit Au
gustinus ꝙ hoc nō dicitur: q: nō pecca-
uerit: sed q: cecitas nō erat pena pecca-
ti. Preterea pro peccato originali non
meretur quis nisi semel mori: sed la-
zarus non tm̄ fuit mortuus semel: sed
bis: ergo videt̄ ꝙ aut mors prima aut
secūda fuerit ei absq̄ merito peccati in-
flicta. Item xp̄s nullum habuit pecca-
tum: ⁊ tn̄ in eo fuit pena. Respōdet Bo
na. dist. xxxvj. ij. libri. ꝙ malum pene du
pliciter potest ordinari. Uno modo ad
malum culpe qd̄ puniēdo ordinat. Alio
modo in comparatione ad bonum: qd̄
deus elicit ex illa pena. Si ergo aliqua
pena infligatur cuius ordinatio princi-
paliter cōsistit in comparatione ad ma-
lum culpe puniēdum necesse est aliquā
culpam precessisse: nec tm̄ precessisse: sed
etiam aliquo modo communicari inse-
parabiliter. Pena enim aut est directe
ordinata ad puniendum: aut est ordina
ta principaliter ad malum excludendū.
Primo modo est pena infernalis. Se-
cundo modo est pena purgatoria. Pri-
mo modo pena requirit presentiam cul
pe ꝑm deformitatem ⁊ maculam. Secū
do modo requirit culpe presentiam ꝑm
reatum et sequelā. Si autem pena infli
gatur principaliter propter ordinē quē
habet ad bonū qd̄ inde elicitur. Aut er-
go propter bonum propriū: aut propter
alienum. Si ꝓpter bonum propriū: sic
requirit ꝙ in subiecto illo aliquādo fue
rit culpa et ꝙ possit esse de futuro. Si
autem propter bonū alienum sic sufficit
pene vt fuerit culpa in alio q̄ in eo qui
punitur: in eo videlz pro quo pena illa
sustinet̄: per quē modū fuit in xp̄o: cu-
ius mors ⁊ passio ordinata erat ad redi
mendum genus humanū et liberanduz
et reparandū a lapsu in quem ceciderat
ex peccato primi parētis. Et sic patet ꝙ
oīs pena aliquo modo respicit culpam.
Sed quedā vt presentē in se: vtpote pe
na infernalis. Quedā vt preteritā in se:
sed presentē in reatu ⁊ sequela sicut pe-
na purgatoria. Quedā v̄o solū vt prete-

ritam: ⁊ hoc in eo q̄ punit̄. Et sic est oīs pena iustoꝝ excepto xp̄o. Quedā ꝟo respicit culpā nō in se: sed in alio: sicut in xp̄o. Pōt etiā pena ordinari ad bonum qd̄ inde elicitur. Et sic pōt esse in aliquo sine culpa talis pene meritoria: qꝛ illud malū pene recōpensat̄ per maius bonū qd̄ inde elicitur: sicut patet in ceco nato in Job: in Lazaro: in Tobia: et in quolibet viro iusto. hec Boñ. Alex. autē in. iij. summe allegādo Johannē damascenū dicit: Cōcedit deꝰ iustū incidere in calamitates ꝓpter multas cās. Prima est: vt eā que in ipso latet virtutē alijs manifestā faciat: vt Job. j. Scd̄a est vt nō ex recta cōsciētia cadat ꝑ superbiam. vt in Paulo. ij. Coꝝ. xij. Tertia vt alij erudiantur: vt in lazaro ⁊ diuite Luce. xvj. Quarto ꝓpter gloriā dei: vt in ceco nato Joh. ix. Quinta ꝓpter zelū alterius siue imitationē: vt gloria eiꝰ qui passus est magnificata in pugna alijs passio fiat spes future vite vt in martyribꝰ. ad Heb. xj. Propterea dicit Aug. li. j. de ciui. dei. c. viij. Hec cū ita sint q̄cūq̄ boni ⁊ mali pariter afflicti sunt nō ideo ipsi distincti nō sunt: qꝛ distinctū nō est qd̄ vtriq̄ perpessi sunt. Manet em̄ dissimilitudo passoꝝ etiaꝫ in sil̄itudine passionū. Et licꝫ sub eodē tormento nō est idē virtus ⁊ vitiū. Nam sicut sub vno igne aurū rutilat ⁊ palea fumat: ⁊ sub eadeꝫ tritura stipule cōminuuntur frumenta purgātur ne ideo cū oleo amurca cōfunditur: qꝛ eodē prelij pōdere exprimitur: vna eadēq̄ vis irruens bonos probat: purificat: eliquat: malos dānat: vastat: ⁊ exterminat. Uñ ī eadē afflictiōe mali deū detestantur atq̄ blasphemant: boni autē precantur et laudant. ¶ Tertio deus iratus est terribilis: eo ꝙ qñ post diuturnā expectationeꝫ ꝓuocat̄ ad iracūdiam nō exaudit obstinatorem voces peccatorum prout plene diximus in sermone de impedimētis orationis.

¶ Qꝛ cognoscitur ira dei propinqua: tū cum peccata sunt consummata: tum cū peccatores sunt obstinati: tum cum illā prpohete ⁊ amici dei pronunciant ⁊ cōminantur. Cap̄m. iij.

Tertiū mysteriū contemplandum de ira dei dicitur ꝓpinquitas. Quis em̄ nesciamus certitudinaliter qñ ꝓpinqua sit ira dei ad flagellandum peccatores: possumus tamen id cognoscere ex coniectura signorum. Sunt autē de hoc tria principalia signa.

Primū peccatoꝝ cōsummatio.
Scd̄o populorū obstinatio.
Tertiū prophetarū annūciatio.

¶ Primū signū ad cognoscēdū seu timēdum ne propinqua sit ira dei est peccatorū cōsummatio. Qñ cōsummata sunt pctā ⁊ impleta est mēsura. Possunt aūt notari septē signa cōsummationis peccatorū: quibus signis adimpletis nihil aliud nobis expectādū ⁊ timendū est q̄ ira: vindicta flagellum: et vltio diuina. Primum est horribilitas peccatoꝝ multorū. Scd̄m multitudo peccantiū. Tertium impunitas manifestoꝝ scelerum. Quartū aīaduersio in pctīs. Quintum affectio ad scelera. Sextū studiū peccādi. Septimū lōga perseuerātia in peccatis. De cōditiones explicātur Gen. vj. Prima cōditio seu primū signum: qꝛ in mūdo tēpore diluuij erant magna peccata ⁊ horrēda nimis. Propterea dr̄ Gene. vj. Uidēs aūt deꝰ ꝙ multa malicia. Qꝛ verbū manifeste ostēdit horribilitatem ⁊ turpitudinē multoꝝ peccatoruꝫ. Scd̄o cōiter hoīes talia perpetrabant: propterea subditur hominū. Tertio insuper pctā illa inuerecūde ⁊ impune fiebāt: ideo subiūctū est: esset in terra: idest manifesta erāt ⁊ impunita. Quarto fiebāt peccata tota mentis aīaduersione: ideo addit̄: ⁊ cūcta cogitatio. s. non partim non dinisim sed in malis integra et cōiūcta. Quinto fiebāt tota cordis affectione: iō subditur cordis. Sexto perpetrabātur toto studio. iō subdit̄ intanta esse ad malū. Septimo fiebant perseuerāter: ꝓpterea addit̄ om̄i tēpore. Timeo satis ne hec signa verificētur in nobis.

Tēpore nāq; isto nefandissima scelera cōmitti solēt: nec a paucis: sed a multis neq; puniūtur aut corriguntur: qm̄ illi ad quos spectat corrigere vl' punire deteriores sunt alijs. Et nō est veritas: nō iusticia: neq; rectitudo in filijs hoīm. Fiūt peccata cū animaduersione mētis: cū om̄i affectiōe: studio ac perseuerātia. O fatui populi cur nō timetis? Cur nō expauescitis? Cur ad pniam redire negligitis? Audite ps̄. vij. dicētē: Nisi conuersi fueritis gladiū suū vibrauit: arcū suū tetēdit ⁊ parauit illum. ¶ Scd̄m signum ꝓpinquitatis ire dei d̄r populorū obstinatio. Qn̄cunq; populi pctōres obstinātur ⁊ obdurātur in corde: nō moti bn̄ficijs dei: nō cōminationibus: non p̄dicationib⁹: nō signis: nō deniq; vllo alio modo signū forte est ꝙ ꝓpe est eis flagellū dei. Est de hoc exēplū obstinatissimi populi iudeoꝝ quē deus deleuit ꝓpter obstinationē suā. Nā post multa mala a iudeis perpetrata xp̄s viuēs in carne in medio ipsorum vocauit eos: ad pniam vita miraculis et doctrina. Ipsi v̄ro noluerūt audire ip̄m. In dn̄ica aūt oliuarū cū introisset hierosolymā: vt d̄r Luc̄. xix. Uidens ciuitatē fleuit sup illā dicēs: O ciuitas ampla: o ciuitas regia o ciuitas digna plena populo affluens diuitijs ⁊ abundans peccatis. Uenient dies in te: ⁊ circundabunt te inimici tui vallo ⁊ circūdabūt te: ⁊ coangustabunt te vndiq;: ⁊ in terram prosternent te: et filios tuos qui in te sunt: ⁊ non derelinquēt in te lapidē super lapidē: eo ꝙ nō cognoueris tēpus visitatiōis tue. Propterea dicit Hiero. in q̄stionib⁹ ad helbidiā. Intantū aūt hierusalem amauit dn̄s vt fleret eā ⁊ plāgeret: ⁊ pendēs in cruce loqueret̄. Luc̄. xxiij. Pater dimitte eis: nō em̄ sciunt q̄d faciunt. Itaq; impetrauit qd̄ petierat: ⁊ datum est eis tēpus penitētie vsq; ad quadragesimū scd̄m annū. Post qd̄ perseuerātibus in blasphemia: egressi sunt duo vrsi de filuis romanoꝝ Uespasianus et Titus et eos interfecerūt atq; lacerauerūt. hec ille. Die autē qua crucifixus est iesus dei filij: conuersus ad mulieres q̄ plāgebāt ⁊ lamētabātur eū. dixit: Luc̄. xxiij. Filie hierl'z nolite flere sup me: s̄ sup vosip̄as flete: ⁊ sup filios vr̄os: qm̄ veniēt dies in q̄bus dicent: Beate steriles ⁊ vētres qui nō genuerūt: ⁊ vbera que nō lactauerūt. O saxea: o lapidea: o adamātina iudeoꝝ corda. Nec v̄bis xp̄i crediderūt: nec susceperūt testimoniū apostoloꝝ: q̄ magna v̄tute predicabāt resurrectionez magistri sui: sed indies crudeliores facti: persequebant̄ ecclesiā: lapidauerunt Stephanū: interfecerūt Jacobū iustū: et Paulo cōuerso miraculose: ac ceteris predicātib⁹ xp̄m impijssime restiterunt. Uoluit tn̄ de⁹ anteq̄ irā suā inferret in eos terrorib⁹ ⁊ signis: celi illos ad penitētiā vocare. Et vt meminit Josephus in libris de bello iudaico. ⁊ Eusebius in historia eccl'iastica. ⁊ Policrat⁹ in lib. de nugis curialiū. Stella quedam sub forma gladij stare visa est: quasi imminēs desup ciuitati. Cometes exitialib⁹ flāmis per totuz annū visus est ardere. Luna eclypsim p duodecim noctes passa est cōtinuas. Cū die festi plurimi cōuenissent octaua die mēsis aprilis noctis tpe hora nona tantus fulgor luminis aram tēplumq; circūdedit: vt dies clarissimus videretur: mansitq; spacio hore dimidie. Hoc quidem ignaris prosperum visum est: sed probos peritosq; doctores portētum exitiale non latuit. Janua tēpli que erat ad orientem cum esset ere solido induta tāti ponderis ꝙ vix a viginti viris summo conatu impellentibus clauderetur repente hora noctis sexta per seipsaz aperta est q̄q̄ ferreis vectib⁹ teneretur. Die vigesimaprima Maij ꝓpe occasum solis visi sunt currus ⁊ quadrige in oēm regionē per aerē ferri: ⁊ armatoꝝ cohortes nubib⁹ commisceri. In nocte pentecostes sacerdotes ingressi templum ad diuina officia celebranda: primo senserunt quosdā

strepitus: ⁊ paulopost audierūt voces clamantes: Discedamus ab his sedib⁹ Ante quartū annū belli in die festi tabernaculoꝝ: quidā rusticus ⁊ plebe⁹ iesus noīe: filius Ananie repēte clamare cepit. Uox ab oriēte: vox ab occidente: vox a quattuor ventis: vox sup hierosolymā ⁊ templū: vox sup sponsos ⁊ sponsas: vox supvniuersum populū. Sicqꝫ indesinēter die ac nocte clamabat per vicos ⁊ plateas discurrēdo: ⁊ flagellatus ac ꝑcussus etiā ante iudicē flagris vsqꝫ ad ossa lacerat⁹ vt taceret ipe quolibet die cū eiulatu semp illud replicabat addens. Uhe hierosolymis. Uhe masculis ⁊ femellis. Necvnq̄ in tot ꝓdigijs atqꝫ signis ille dure ceruicis popul⁹ errores suos corrigere voluit. Ob quā obstinationē altissim⁹ de⁹ in illos irā suā effudit. O quis explicet sine singultib⁹. Quis audiat sine lachrymis. Quis ꝯsideret sine timore ciuitatis hierosolymitane excidiū ⁊ desolationē. Refert nāqꝫ Josephus in. vj. lib. de bello iudaico: ꝙ Titus ⁊ Uespasian⁹ cū exercitu validissimo a romanis missi in die solenni pasche: qñ etiā ex circumiacētibus locis innumerabilis populus inerat: hierosolymā ciuitatē obsederūt fecerūtqꝫ in circūituvallū munitissimuꝫ: ita vt nullus ciuitatē exiens illud pertransire posset. Ob quā causam in breui ciuitatis fame cepit vrgeri: tantūqꝫ inualuit: penuria rerū ꝙ ꝓpter famem hec q̄ referā dicit Josephus fuisse mala secuta. Primo ꝙ p̄dones ꝑ ciuitatē discurrētes vi intrabāt domos ⁊ rapiebant si quid ibi inuenissent comestabile. Scd̄o ꝙ filij ex ore parētū ⁊ ecōuerso violēter stricto gutture masticatum cibū extrahebāt: ⁊ velut rabidi comedebant. Tertio ꝙ etiā fimū boum aliaqꝫ vilissima sumpserunt in cibū. Quarto ꝙ multi contendebant exire vt herbas colligerent et capiebantur a romanis: ⁊ tantus numerus fuit captiuoꝝ vt tute custodiri nō possent: quapropter statutū fuit: vt euulsis eorum oculis aut amputatis illoꝝ manibus cōpellerent sic ad ciuitatē redire. Quinto ꝙ q̄plures diuites ne iocalia sua ꝑuenirēt ad manus romanoꝝ: quos verisimiliter credebāt ciuitatē debellaturos illa deglutiuerunt. Cuius rei fama cum deuenisset ad aures romanoꝝ cōmouit eos vt existimarent captiuos iudeos quos tenebāt gēmas in vētre adhuc retinere. Quare vna nocte duoꝝ miliū patefacta sunt viscera. Sexto ꝙ multi formosi iuuenes in via: in plateis publicis: in ꝓprijs domib⁹ fame afflicti improuisa morte cadebant. Septimo ꝙ inuente sunt mulieres que filios proprios comederūt. Uñ refert Josephus de quadā: ꝙ cū nō haberet ad comedēdum: lactantē filiū in manibus tenens dixit: Infelicis matris: infelicior fili: in bello: in fame: in direptione: cui te reseruabo? Ueni ergo nūc. O mi nate esto cibus matri: predonibus furor: seculis fabula. Et his dictis filiū iugulauit ⁊ coxit: ⁊ dimidiū comedens: partē alteram occultauit. Et ecce confestim predones odorē carnis cocte sentiētes in domum irruunt: ⁊ nisi carnem prodat mortē minātur. Tūc illa detegēs infantis mēbra Ecce inquit vobis partē optimā reseruaui. At illos tantus horror inuasit ꝙ nec loqui potuerūt. Et illa meus est inquit hic filius: meū est peccatum: securi edite: qꝛ prior ego comedi quem genui. Illi v̄o tremētes ⁊ territi discesserunt. O quot erāt in ciuitate illa amara spectacula: vbi videbant̄ quotidie tot moriētes. O quot infantes et pueri extendentes manū ad vbera matrū ⁊ panem petētes ad pedes illarū mortui deficiebant. O quot erant ibi flebiles voces: quot lamēta: quot singult⁹: quot gemitus ⁊ suspiria. Clauserat eis de⁹ ⁊ strinxerat veniam mīe sue. Tādem post biennīū capta fuit ciuitas ⁊ in predā data: ⁊ muri ⁊ edificia quelibet solo equata: et vt Josephus refert: decies cētena milia iudeoꝝ fame et gladio perierūt: ⁊ nouē milia vēdita fuerūt. O si possem in talē

ascēdere speculā: de qua omnē italiam cernerē: oēsq; meā vocē possent audire ꝓfecto clamarē. O italia plāge: o italia time: o italia caue ne ꝓpter obstinationem tuā in te deseuiat ira dei. Vocauit ipse te multis annis: dotauit amplis beneficijs. Misit ad te predicatores suos. Terruit te signis et prodigijs. Sensisti terremotus: pestilētias: ⁊ rēporū sterilē conditionem. Cōminatus est tibi deus: Sic certe hoc fecit vt te induceret ad penitētiā. Et tu indies durior efficieris in petis ⁊ malicia perseuerādo. Fiunt iā vbiq; vsure publice. Oīa fedata sunt spurcissimis vitijs carnis ⁊ ignominiose sodomie. Superbia pōparū iā occupauit oēs ciuitates ⁊ terras. Blasphemie dei: periuria: mēdacia: iniusticie: violentie: oppressiones pauperū: et similia superabūdāt. O italia decora: o regio diuitijs plena. Noli contēnere deū: noli exacerbare maiestatē ei⁹. ¶ Tertiū signuz ꝓpinquitatis ire dei dicit ꝓphetarum annūciatio. Cognoscim⁹ ꝓpinquaz dei irā qñ p ꝓphetas suos de⁹ illā pronunciat. Dieb⁹ aūt istis multa dicūtur pronūciata per sanctā Brigidā que spū claruit ꝓphetico: per sanctū Methodiū: ⁊ p nonnullos alios. Ego aūt qui dicta ipsoz etiā originaliter legi: cū illa clare non intelligā: non audeo quicq; temere diffinire. Vortor tñ omnes populos vt cessent a via sua mala: ne forte si in illa pseuerauerint: repente supueniat ira ⁊ indignatio dei: a qua ipse nos liberet q̄ est benedictus ⁊ laudabilis per infinita secula seculoz. Amen.

¶ Dñica Oculi infra diē devitio ⁊ pctō discordie: qō nullo pacto stare pōt cum veritate pnie: ob qō penitētes ab illo si bi maxime cauere debēt. Sermo. xxxix.

ONe regnuz in se diuisum desolabit: ⁊ domus supra domū cadet. Verba sunt redemptoris nr̄i originaliter Lu. xj. c. ⁊ in euāgelio presentis dñice. Non potuit efficacius aut clari⁹ explicari q̄z pernicios̄um sit malū aut graue discordia dānata q̄ in verbis dñi nostri iesu xp̄i que dixit cōtra phariseos. Et ly sua fuisset intētio ostēdere demones cōcordes esse ad oēm maliciam hoīq; perditionem: verūtñ nos intelligimus dissensiōes quelibet regna validissime exterminare. Ad hoc aūt astut⁹ diabolus innitit: vt charitate abiecta cum discordijs: odijs: ⁊ dissensionibus deū oīpotētem offendamus. Eapropter p vtilitate penitentiū in presenti sermone cōtra discordie vitiū stilū nostrū exacuemus: qm̄ redēptor nr̄ amaruz illius effectū q̄ est regnoruz desolatio apparuit in verbis allegatis in themate: in quibus de discordia tria mysteria declarāda videlz

Primū ꝺ originatio.
Scōm distinctio.
Tertiū ꝺ offensio.

¶ Q: tres possunt esse radices vel originales cause dānabilis discordie: vana gloria: videlz auaricia: vel stulticia siue leuitas.

Eap̄. j.

PRimū mysteriū declarāduz de discordia dicitur originatio. In quo videndū est que sunt discordie originales cāe Et assignari possunt tres cause.

Prima ꝺ vana gloria.
Scōa ꝺ auaricia.
Tertia ꝺ stulticia.

¶ Prima causa discordie ꝺ vana gloria ẏm em̄ Grego. xxxij. moral. discordia est vane glorie filia. Nā vt dicit Tho. ij. ij. q. xxxvij. discordia importat quandam disgregationem volūtatum: inquantū scz voluntas vnius stat in vno: ⁊ voluntas alterius stat in altero. Qō aūt volūtas alicuius in ꝓprio fistat: puenit ex hoc q̄ aliquis ea q̄ sunt sua prefert his que sunt aliorum. Qō cum inordinate fit: pertinet ad inanem gloriam: ⁊ ad superbiam. Et ẏm circūstantias pōt esse peccatuz mortale aut veniale. Sed aliquis posset arguere q̄ discordia nō est peccatum. Nam Act. xxiij. Paulus po-

fuit discordiam inter phariseos ⁊ saduceos: quod nō fecisset si fuisset peccatū Itē dicitur Actuū. xv. Facta est dissentio inter paulum ⁊ barnabā. Sed Thomas respondit ad primū q causare discordiam per quā tollitur mala concordia est laudabile: ⁊ hoc modo fecit paulus. Christus etiā de seipso dicit Mat. x. c. Non veni pacē mittere: sz gladiuz. ¶ Ad scōm dicit Thomas: q discordia que fuit inter paulū ⁊ Barnabā fuit p accidens ⁊ nō per se. Uterq enī intendebat bonū: sz vni videbaī hoc esse bonū: alij aliud. qō ad humanū defectum pertinebat: nec erat talis controuersia in his que sunt de necessitate salutis. ¶ Sed hic oritur vnū dubiū vtrū auditores diuersoz magistroz tenentiū diuersas opiniones excusentur a pctō si opiniones suoz magistroz tenent qī non sunt bone. Et respondet Thomas in quolibetis: q si diuerse opiniones doctoz sacre scripture non sunt contra fidē vel bonos mores: absq periculo auditores vtrāq opinionē sequi pñt. Sicut varia fuit opinio inter Augustinum ⁊ Hieronymū de obseruatione legalium ante diuulgationem euāgelij. In illis vo que pertinēt ad fidē vel bonos mores: nullus excusaī si sequaī erroneā opinionē alicuiꝰ magistri: in talibus enim ignorātia nō excusat. Alioquin immunes a peccato fuissent q sequti sunt opinionē Arrij Nestorij: ⁊ aliorum hereſiarcharū. Nec possunt excusationē habere ꝓpter simplicitatem: si in talibus opinionē erroneā sequātur. In talibus nāq dubijs nō est de facili prestandus assensus: sed potiꝰ vt dicit Aug. in. iij. de doctrina xpiana, consulere quis debet regulā fidei quam de scripturarum planoribus locis ⁊ ecclesie autoritate perceperit. Qui ergo assentit opinioni alicuius magistri ꝓtra manifestum scripture testimoniū: siue contra illud quod pblice teneī ꝑm ecclesie autoritatem: non pōt a vitio erroris excusari. Concordat Monaldus ⁊ Hostiensis. Aliqua tñ sunt que aliqñ fuerunt in varia opinione doctoz anteq per ecclesiā fieret determinatio. Et pro illo tpe potuerunt excusari qui vnā vel contrariā tenebant. Sed postq determinatū est per ecclesiā ⁊ firmata altera earū hereticum esset contrariū sentire: sicut est exemplū de paupertate xpi. de qua ante Job. xxij. erant varie et contrarie opiniones vtrū xps cum apostolis habuit aliquid in cōmuni. Sed determinatū fuit per ipm Johannē. xxij. immo p ecclesiā q habuit: eo q Joh. iiij. dicit: Discipuli eius abierūt in ciuitatem vt cibos emerēt. Et Joh. xij. de iuda dicitur: Fur erat: ⁊ loculos habēs ea que mittebantur portabat. Et hoc ipsum ď. xij. q. j. c. habebat. Que ergo cōtrarium assereret pertinaciter hereticus haberet. Addit Hostiēsis q qñ sunt diuersa iura ⁊ opiniones: scilz nec contra deū nec bonos mores: humanior sententia est preferenda ceteris paribus q standū est ei qui meliori innititur rōni. dist. xx. c. j. ⁊ ex de ferijs. c. capellanus. Adde etiā q in his que cōcernūt foru cōscientie in dubijs tutior via est eligēda. ex de sponsalibus. c. iuuenis. Nec ē de facili cōtraria opinio est reprobāda. ¶ Scōa cā discordie dicitur auaricia. Inquit Seneca in libro de quatuor virtutibꝰ. Quietissime viuerēt homines si per terrā si hec duo pronomina tolerentur meū ⁊ tuū. Et Plato in Phedrone. Propter pecuniarū possessionē vniuersa bella nobis fiūt. Et Salustius in catilinario. Imperij ⁊ diuitiarū causa bella atq certamia omnia inter mortales sunt. Et Lucanus libro. iij. Certamen mouistis opes. Uidemus hoc per experientiam omni die: quādo propter auariciam filius discordat a patre: frater a fratre: ⁊ amicus ab amico. ¶ Tertia causa discordie dicit stulticia. Sunt namq multi stulti et leues: qui omnia credunt que a susurronibus eis dicitur. Susurratio siquidē aptissimuz est instrumentū ad discordias semjnādas. Propterea

dixit sapiēs Prouerb. xxvj. Cum defecerint ligna extinguetur ignis ⁊ susurrone subtracto iurgia conquiescunt. Et Ecc̄i. xxviij. Susurro ⁊ bilinguis maledictus multos em̄ turbauit pacē habētes. Lingua tertia multos cōmouit: et dispersit illos de gente in gētem. Ciuitates muratas diuitum destruxit et domos magnatoruz effodit. Uirtutes populorū cōcidit et gētes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit: ⁊ priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illam nō habebit requiem: nec habebit amicū in quo requiescat. Flagelli plaga liuorem facit: plaga autē lingue comminuet ossa. hec ibi. Quisnam sufficeret enumerare discordias que exorte sunt inter ciues: inter vicinos: inter dominos: inter populos: inter vxorē ⁊ virum: inter fratrē ⁊ fratrem ꝓpter susurrātes. O lingua ignita. O lingua venenata. O lingua immanior et crudelior omni fera pestifera. Tu lingua susurronum instrumentuz est diaboli: tu illius sagitta vulnerans: tu eius acutissimus ensis. Propterea susurratio ponitur inter grauia pctā que execrat̄ de⁹. de quibus sapiēs dicit Prouerb. vj. Sex sunt que odit dn̄s: ⁊ septimū detestatur aīa eius. Oculos sublimes: linguā mēdacē: manus effundētes innoxiū sanguinez: cor machinans cogitationes pessimas: pedes veloces ad currendū in malū: ꝓferentē mēdacia: testē fallacē: ⁊ eū q̄ seminat inter fratres discordiā. Sed culpabiles adhuc sunt illi q̄ a susurronib⁹ sibi cauere aut nesciunt aut nolunt.

¶ Qr triplex est discordia dānabilis: scismatice prauitatis: ciuilis partialitatis ⁊ importabilis societatis. Cap̄. ij.

Secundum mysterium declarandum de discordia d̄r distinctio. Distinguit̄ enim triplex discordia damnabilis ⁊ periculosa: videlz

Prima est scismatice prauitatis.
Scd̄a ciuilis partialitatis.
Tertia importabilis societatis.

¶ Pr̄ia discordia ē scismatice prauitatz. Est aūt scisma vitiū q̄ q̄s summo pōtifici subesse recusat ⁊ mēbris eccl̄ie subiectis cōicare nō vult. Scisma siq̄dē grecū est nomē qd̄ latine scissurā sonat. vt d̄r. xxiiij. q. j. c. scisma. Est aūt pctm̄ mortale: qr ꝯriat̄ charitati eccl̄iastice vnitatis. Est autem dr̄ia inter heresim ⁊ scisma: qr heresis opponit̄ directe ⁊ ꝑ se fidei: vt dicit Tho. ij. ij. q. xxxix. ⁊ scisma ꝑ se opponit̄ eccl̄iastice vnitatz charitati Un̄ Hiero. xxiiij. q iiij. c. inter heresim. Inter heresim ⁊ scisma arbitror ĩteresse ꝙ heresis ꝑuersū dogma hz: scisma aūt ab eccl̄ia separat. Cōtra scismaticos d̄r ex̄ in. c. de summa tri. ⁊ fide ca. vna est fidelium vniuersalis ecclesia extra quam nullus omnino saluatur. ⁊. xxiiij. q. j. c. loquitur. Cyprianus ait: Loquitur dn̄s ad petrum. Ego dico tibi: quia tu es petrus: ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Super vnuz edificat ecclesiam. Et q̄uis apostolis oībus post resurrectionem suam parem potestatē tribuat ⁊ dicat: Sicut misit me pater ⁊ ego mitto vos: accipite spiritum sanctū tamen vt vnitatem manifestaret: vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua autoritate disposuit. Ad idem est. c. alienus. c. omnibus. c. quoniam vetus. prefata causa ⁊ questione. Sed hic oritur vnū dubium. Quid cum duo vel plures sunt in eccl̄ia gerētes se ꝓ papa ⁊ q̄libet eoꝝ habet suā sequelaz. Quis eoꝝ dicet̄ scismaticus cū suis sequacib⁹. Respōdeo aut cōstat aut cōiter tenet̄: ꝙ q̄libet eoꝝ intrusus est. i. non canonice electus. Aut constat vnum eoꝝ canonice ⁊ rite electū; videlz a duabus partibus cardinaliū ⁊ sine violētia: ⁊ postea alius supinductus. Aut dubitatur q̄s illorum sit canonice vel rite electus vn⁹ vel alter. Et in primo casu nullus eoruz est papa: sed q̄libet eoꝝ est scismaticus cū his q̄ sciēter sequunt̄ ip̄m: ⁊ excōicati sunt ip̄o facto: ex̄ de elec. c. licet. Et de hoc loquit̄. c. si duo. lxxix. di. vbi d̄r: Si duo forte ꝯ fas temeritate ꝯcertātium

fuerint ordinati in summos pontifices
nullū ex eis futurū sacerdotē. i. summū
pōtificē ꝑmittimus. Sed illū solū in se
de apl'ica ꝑmāsurū cēsemus quē ex nu-
mero clericoꝝ. i. cardinaliū noua ordi-
natione diuinū iudiciū ⁊ vniuersitatis
consensus elegerint. Nec obstat ꝙ hoc
statuit honorius augustus ⁊ ad impe-
ratorē nō spectat statuere aliq̄d de ele-
ctionibus eccl'ie: sicut nec de rebus alijs
eccl'iasticis. vt. xcvj. dis. c. bñ. qꝛ vt d̄r in
glo. in p̄fato. c. si duos. Honorius fecit
illud rogatu eccl'ie: ⁊ eccl'ia approbauit
iō rōne approbationis statutū illud hꝫ
quasi fecisset eccl'ia. Qñ ergo cōstat nul
lū eoꝝ canonice electū: vt q̄ nō a cardi-
nalibus sed ab alijs in quo casu loquit̄
c. si q̄s ex ep̄is. ⁊. c. si q̄s pecunia. lxxix.
di. Vel si a cardinalibus: nō tñ a duab⁹
partibus cardinaliū: vt in. c. licꝫ. ex̄ de
elec. qui tali adheret ꝟe scismaticus est
⁊ ꝑ cōciliū ꝓuidendū esset cū cardina-
les hmōi essent. Al's si ipsi cardinales
alium eligerēt ille esset verus apl'icus.
Et nota ꝙ ex hoc electio pape simonia
ce facta esset a cardinalibus dūmō al's
rite cessare nō pōt nec tolli q̄n sit verus
papa. Et sil'r quātūcūq̄ criminosus et
irregularis esset electus: vt dicit glo. in
c. si q̄s pecunia. ¶ In scd̄o casu. scꝫ cū cō
stat vnum canonice electū: ⁊ postea ali
us se intrudit: sicut Cornelius papa q̄
Fabiano successit ⁊ post eum canonice
creatū Nouatianus q̄dā papa se fecit.
vt d̄r. vij. q. j. c. factus est. ⁊. c. nouatia-
nus. Tūc primus est verus papa: ⁊ secū
dus apostaticus ⁊ scismatic⁹ cū sequa-
cibus eius. Sic sub Eugenio. iiij. factuꝫ
est scisma tꝑe beati Bernardi. Nā ipso
eugenio rite electo alius intrusus est: sꝫ
meritis ⁊ labore sancti Bern̄. scisma il-
lud ablatū fuit: remanēte Eugenio in
apl'ica sede. Deinde sub Johāne. xxij. fa
ctum est aliud scisma. Nā cū ipse decla-
raret fore hereticos qui assererent xp̄m
nihil habuisse in cōi etiā mobile quidā
fraticelli nūcupati de opinione dixerūt
ipsum papā Johānē hereticū cū succes-
soribus ⁊ sequacib⁹ eius ⁊ fecerunt aliū
papā Pisis. Greci aūt circa annum d̄ñi
nongentesimū scisma facientes in here
sim inciderunt de spūsctō dānatam. c.
de sum. tri. ⁊ fi. ca. c. j. lib. vj. Sed redu
cti fuere ad eccl'ie vnitatē tꝑe Eugenij
iiij. ¶ In tertio ꝟo casu cū dubiū est q̄s
horum duoꝝ sic canonice electus: qꝛ ele
ctio primi d̄r facta ꝑ metū q̄ cadit in cō
stantē virū: q̄uis a duabus partibus
cardinaliū postmodū ab eis sit electio
sine violētia ⁊ metu quocūq̄ sicut acci
dit casus circa annos. Mccclxxx. Nam
mortuo Gregorio. xj. cardinales deben
tes ꝓcedere ad electionē successoris: vt
d̄r fuerūt a romanis cōminati ꝙ occide
rentur si nō eligerent italicū aliquem.
Elegerūt igit̄ archiep̄m barensem: qui
tūc erat rome exprimētes ei ꝙ eligebāt
eum ad vitādū periculū se fingebāt eli
gere. Electo ergo illo qui Urbanus. vj.
dictus est: ille vt fertur. dixit: ꝙ si vole
bant eū eligere volūtarie eligerēt: qꝛ in
tendebat esse papa. Publicato igit̄ Ur
bano papa: ⁊ a cardinalibus ipsis ado
rato ⁊ cōsecrato de cōsensu eoꝝ ac prin
cipibus xp̄ianitatis ac ꝑ eos significa
to ꝙ canonice esset electus. Inde ad al
quot menses ipsi recesserūt ab eo: ⁊ fu
giētes ad ciuitatem fundensem qui est
in principio regni ibi elegerūt aliū qui
dictus est Clemēs. vj. q̄ trāstulit curiaꝫ
suā in Auinionē: illūq̄ venerata est ꝑ
papa tota francia ⁊ hyspania ⁊ catha lo
nia. Alteri ꝟo. s. Urbano adhesit italia
alemānia ⁊ vngaria: ꝑseuerauitq̄ hoc
pessimuꝫ scisma vltra. xxx. annos. Cum
ergo hic esset dubiū ex ignorantia facti:
qꝛ exceptis cardinalibus ⁊ paucis alijs
tūc p̄sentibus ceteri scire nō poterant
si talia sic ꝓcesserunt vel aliter cū diuer
si diuersimode referrēt: ⁊ partim etiam
ignorātia iuris: qꝛ dubiū erat apud pe
ritissimos: vtrū fuerit talis metus q̄ ca
dere posset in constantē virū vel nō: vel
etiam qꝛ post electionē habuerunt tp̄s
ad recedendum ⁊ nō fecerunt: immo ꝑ
signa expressa ostenderūt voluntarie et

libere factā electionez. In illo ergo scis-
mate illi ꝓprie erāt scismatici qui scien
tes factū ꝯtra iura vel cōtra ꝯsciam fa
ciebant ducti amore: vel odio: vel cupi
ditate: vel ambitione. Alij ṽo excusaban
tur etiā adherēdo ei q̄ nō erat verus pa
pa quē tñ ipsi credebāt verus. Et q̄uis
vna pars excōicaret alterā tñ q̄ simplici
ter inherebāt excusari videbant. Durā-
te ṽo illo scismate post Urbanū succes-
sit ex altera parte Bonifacius. ix. Boni-
facio successit Inno. vj. ⁊ Inno. Grego.
xij. ex alia parte Clemēti successit Bene
dictus. xij. Sub his aūt. s. Grego. xij. ex
vna parte. ⁊ Benedicto ex altera factuz
est aliud scisma anno dñi. M. cccc. x. Nā
recedentibus cardinalib⁹ ab vtroq̄ pa
pa: ⁊ ꝯuenientib⁹ Pisis ꝯciliū celebran
tibus depositis illis duobus: scilz Gre-
go. ⁊ Benedic. sub eadē: videlz rōne qr
dicebant scandalizare facto suo publi-
co totā ecclesiā cū nō vellent ꝯuenire in
simul in aliquo vno loco vt ꝓmiserant
⁊ iurauerāt. demū creat⁹ est Pisis Ale-
xander papa q̄ fuit Petrus de cādia or-
dinis minoꝝ: cui successit Job. xxiij. bo-
nonie electus. Et cū pene oēs reges et
principes xp̄ianitatis dimissis Gregor.
⁊ Bene. obediētiā dedissent Alexandro
⁊ successori suo: tñ adhuc maximum du
biū erat vtrū causa ꝓpter quā creatus
fuit Alex. videlz qr Grego. ⁊ Bene. scan
dalizabāt ecclesiā esset vera. Nihilomi-
nus ex quacūq̄ triū partiū quicūq̄ cre
debat simpliciter suū verū papā: ⁊ non
alios motus ꝯscientie dictamine para-
tus etiā adherere alteri si hoc sibi cōsta
ret: excusatus creditur a vitio scismatis
⁊ sententijs eius. Cuius signū est ꝙ in
qualibet obedientia erāt multi peritis-
simi ⁊ sancti viri. Nam sub Urbano et
Bonifacio fuit sctā Brigida ⁊ sctā Ka-
tharina de senis. Sub clemente ⁊ Bñ-
dicto ex alia parte fuit btūs Petrus de
lucemburgo clarus miraculis. Sub Be
nedicto etiā fuit sctūs Uincētius de or
dine p̄dicatoꝝ. Tandē cōgregato conci
lio cōstantie Greg. prefatus spōte renū
ciauit ꝑ Karolū de malatestis suū in h̄
ꝓcuratorē. Johes. xxiij. fugā arripuit:
sed captus ꝑ imperatorē redijt ⁊ tandē
depositus fuit. Bñdictus etiā q̄ nec ve-
nire nec mittere voluit depositus fuit:
vbi creatus fuit dñs Oldo de columna
cardinalis: qui fuit Martin⁹ papa. v.
¶ Scda est discordia ciuilis partialita
tis: qñ ciues relicto amore cōis boni: cō
uertētesq̄ oīa ad ꝓpriū cōmodū discor
dant adinuicē. Nā vt inq̄t Arist. ij. Po
liticoꝝ. ciuilitas quedam cōicatio est. ⁊
ibidē. Politica est ordo quidā inhabitā
tiū ciuitatē. Qñ ergo ciues nō regunt
ſm ordinē nec sunt cōicatiui: ad dissen
siones veniūt. Tales sunt hodie quasi
in oībus ciuitatibus italie tyrāni q̄dē:
de quibus dici pōt qd̄ sapiens ait Pro
uer. xxix. Hoīes pestilētes dissipant ciui
tatem. ⁊ vt idē ait. xj. c. Bñdictione iu-
stoꝝ exaltabit ciuitas: ⁊ ore impiorum
subuertet. Impij equidē ⁊ partiales nō
reipublice: sed ꝓprie vtilitati semp in-
uigilant. Cōtra quos ait Cassiod. li. iij.
eplaruz. Nobilissimi ciuis est patrie sue
augmēta cogitare. ⁊ Tul. i. j. de officijs.
Oīno qui reipublice p̄sunt seruēt duo
p̄cepta Platonis. Unum vt vtilitatē ci
uium sic tueant: vt quecūq̄ agūt ad eā
referāt obliti cōmodoꝝ suoꝝ. Alterū vt
totū corpus reipublice curēt nedū par
tem aliquaz tueant: reliquas deserant.
Ut em̄ tutela: sic procuratio reipublice
ad eoꝝ vtilitatē qui cōmissi sunt: nō ad
eoꝝ quibus cōmissa est gerēda est. Qui
aūt parti ciuiū cōsulūt partē negligūt:
rem ꝑniciosissimā in ciuitatē inducunt
seditionez atq̄ discordiam. Hinc apud
atheniēses magne discordie orte: ⁊ ī no
stra republica nō solum seditiones: sed
etiā pestifera bella ciuilia: que grauis ⁊
fortis ciuis in republica dignus princi-
patu fugiet atq̄ oderit: tradetq̄ se to-
tum reipublice neq̄ opes aut potentiā
cōsectabitur: totāq̄ eā sic tuebit: vt oī-
bus consulat: necnon criminibus falsis
in odium aut inuidiaz vocabit: oīnoq̄
ita iusticie honestatiq̄ adherescet vt ea

cõseruet: q̃uis grauiter offendat: mortemq; appetat potius q̃ deserat illa q̃ dixi: Miseria omnino est ambitio: bonorũq; cõtẽtio: de qua p̃clare est apud eundẽ Platonẽ. hec ille. Nã ⁊ antiqui romani etiã propter rẽpublicã domesticas iniurias dissimulabãt. Unde Ualerius maximus li. iiij. rubrica de moderatione. Stagippus teciates hortãtibus amicis: vt grauẽ in administratiõe reipublice ⁊ emulũ sibi vehemẽter aduersariũ: sed alioquin probũ ⁊ ornatũ virũ qualibet ratione vel tolleret: vel submoueret: negauit se facturũ: nec quẽ in tutelã patrie bonus ciuis locuz obtineret malus ⁊ improbus occuparet: seq; vehementi aduersario vrgeri q̃ patriam egregio aduocato carere p̃optauit. In eodẽ libro Ualeri⁹ ⁊ rubrica. Qui ex inimicis iuncti sunt amicitia. Aliud refert exemplũ. Emilius inq̃t lepidus his cõsul ⁊ põtifex maximus splẽdoreq; horũ par vite grauitate: diutinas inimicitias cum Fuluio flacco eiusdẽ amplitudinis viro gessit: quas simul vt censores renũciati sunt in campo deposuit existimans eos nõ oportere priuatis inimicitijs dissidere qui publice summa iuncti essent potestate. O dãnosum virus in ciuibus italie a diabolo disseminatuz. Jam iã vbiq; partialitates abũdãt: ꝓpter quas omne bonũ publicũ penitus destructũ est: ⁊ euersuz oĩsq; iusticia cõculcata ⁊ abiecta. Tertia est discordia importabilis societatis eorum qui insimul cõueniũt: aut in vna domo: aut in vicinia: aut in religione: aut in aula p̃ncipis: aut in quocũq; collegio: q̃ discordant: nec vnus alium recto oculo respicere valent eo ꝙ nesciunt seruare regulam Pauli dicentis ad Ephe. iiij. Cum omni humilitate ⁊ mansuetudine: cum patiẽtia supportãtes inuicẽ in charitate: sollicite seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. O infelix tẽporis huius ꝯditio in qua ad modicũ tolerare soci⁹ nescit socium: frater fratrẽ: ꝓxim⁹ ꝓximum suum. Uix domus reperitur in q̃ non regnet diabolus discordie: vix etiã vt sic dicam aliqua congregatio eorum qui vocantur iusti. Ubiq; secte: vbiq; dissentiones: vbiq; voluntatũ ⁊ aĩorũ ꝯtrarietas. O quantos decipit presumptio ꝓpria ⁊ suijpsius elata opinio: quaduz suas discordias: immo ⁊ odia ignota cõsiderãt: formãt sibi conscientiã: dicuntq; zelo ⁊ charitate odire ac discordare. Taceo qd̃ scio qd̃ vidi: quod vel quotidie de multis q̃ sctĩ reputant experiri. Unũ dico ꝙ vbi cõcordia nõ est non habitat ip̃e xp̃s. Dixit em̃ Mat. xviij. Ubi fuerint duo vel tres cõgregati in nomine meo ibi sum in medio eoꝝ. ⁊ Eccli. xxv. sapiens notabiliter est locutus. In tribus inquit beneplacitum est spũi meo que sunt ꝓbata corã deo ⁊ hoĩbus. Concordia fratrũ: amor ꝓximorum: ⁊ vir ⁊ vxor bene sibi cõsentientes.

¶ Qr discordia offendit omne bonũ hominis spirituale: scz corporale ⁊ temporale. Cap. ij.

Tertiũ mysteriũ declarandũ de discordia d̃r offensio. Offendit nãq; discordia tria desideranda bona.

Primũ bonũ spũale.
Scd̃m bonũ corporale.
Tertiũ bonũ tẽporale.

¶ Primũ bonũ qd̃ offendit discordia dicitur spũale bonum. s. aĩe. Nã nullũ est pctm̃ adeo graue qd̃ discordãtibus non fiat facile. Ex illa siquidẽ ꝓuenerũt iurixe: odia: inimicitie: ⁊ lites: cõtentiões: mẽdacia: periuria: blasphemie: homicidia: obstinationes: ⁊ cõtẽptus sacramẽtoꝝ ecclie. Propter illã pleriq; ꝑ annos ⁊ annos: nec cõfiteri nec cõicare curãt. Propterea figurata est discordia ꝑ bestiam: de qua Joh. Apoca. xiij. ait: vidi de mari. i. de amaro corde discordãtium bestiã ascendentẽ. i. discordiã habentem capita septẽ. i. septem capitalia vitia: cornua decẽ. i. transgressionẽ decẽ p̃ceptoꝝ: ⁊ sup̃ cornua eius diademata decem. i. gloriã de malo: qm̃ discordãtes ⁊ partiales letantur in malis suis. Scd̃m

¶ Primū remediū est exercitatio aut in lectione: aut in oꝛone: aut in corporali occupatione. Et de hoc ita dicit Viero. ad Saluiniā de Nebridio ⁊ viduitate. Semꝑ ī manibus tuis diuina sit lectio ⁊ tā crebre oꝛones vt oīm cogitationū sagitte q̄bus adolescētia ꝑcuti solet ꝑ iuscemodi clipeo repellanꝛ. Et idez ꝯ rusticū monachū. ⁊ de ꝯse.di.v.c.nūq̄. Facito aliq̄d oꝑis: vt diabolus te semꝑ inueniat occupatū: vt idē ad demetriadē virginē. Nec iō tibi ab oꝑe cessandū est: qꝛ deo ꝓpitio nulla re īdiges: sit iō cū oībus laborādū ⁊ ꝑ occasionē oꝑis nil aliud cogites nisi qđ ad dñi ꝑtinet seruitutē. Propterea Ecc̄i.xxxiij. dicit: Multā maliciā docuit ociositas. ¶ Secūdū remediū đr euitatio. Qui vult cogitationes malas aut fugere aut vincere euitet tria. Primo malā locutionē. s. ociosoꝝ verboꝝ: qꝛ vt inq̄t apls.j.Cor. xv. Corripiūt bonos mores colloq̄a mala. ⁊ Aris.vij.pol. Et dicere de facili q̄ cūq̄ turpiū sit: ⁊ ip̄m facere. ⁊ Viero. in epitaphio sctē Paule. Immūdicia turpe verbū atq̄ lasciuū nūq̄ est de ore virgineo ꝓferendū: q̄bus signis libidinosus aīus ostendiꝛ. Scđo euitet auditionē: vt nō solū nō loquaꝛ: verūetiam nō audiat q̄ sordida sunt ⁊ vana: ⁊ cū viderit quosqꝫ de similibus colloquentes velut de serpētibus discedat ab eis. Tertio euitet nutritionē: vt si cogitationes irruāt nō nutriat illas vt retineat: nō in delectationē illarū cōsentiat: sed conet eis repugnare ipsasqꝫ a se repellere quantū pōt. Vñ Viero. ad Eustoc. inq̄t: Nolo finas cogitatiōes crescere: nihil in te babylonicū vel cōfusiōis adolescat. Duꝫ paruus est hostis interficere: nequicia elidaꝛ in semine. Qꝛ em̄ ipossibile est in sensu hoīs nō irruere motus medullarū calore: ille laudaꝛ: ille p̄dicatur btūs q̄ statim vt ceperit cogitatus interficit ⁊ allidit eos ad petram: petra aūt erat xp̄s. Tertiū remediū đr amaricationis. Sicut matres cū a dulcedine lactis filios paruulos volētes retrahere suꝑ māmillas amara q̄dā apponere solēt: vt illoꝝ gustu cessent vbera sugere: sic amaritudo mētis cogitationibus immūdis admixta: eas amaras ⁊ insipidas reddit. Est autez triplex amara me

moria. Prima mortis. De qua sapiens Eccli. xlj. O mors q̄ amara est memoria tua. Scd̄a amara memoria est vltimi iudicij: de quo eccl̄ia cantat ꝓpheticū illud Sophōie. j. Dies illa dies ire: dies tribulationis ⁊ angustie: dies calamitatis ⁊ miserie: dies magna ⁊ amara valde. Tertia memoria amara: est dn̄i nr̄i iesu xp̄i passio. Cū ergo q̄s stimulat̄ aculeis cogitationū malarū: si diligēter recogitat se moriturū: aut in dei iudicio rōnem se redditurū: aut videat xp̄m pro se in cruce patientē facile victor euadet ergo retineamus corda nr̄a ne impleantur malicia malarū cogitationū: vt sic valeamus adipisci in hoc sc̄lo dei gr̄am ⁊ in futuro gloriā. Amen.

¶ Feria quinta post Oculi de religiosa votoꝝ emissione: illorūq̄ obseruantia: a qua multi deficiunt: q̄r post impetratas gratias vota promissa nō soluunt. Sermo, xliij.

IMperauit febri ⁊ dimisit illā. Scribūtur hec v̄ba originaliter Lu. iiij. ⁊ in euāge. hodi. Subuenit deꝰ v̄tute sua infinita necessitatibꝰ hoīm: si tn̄ ipsi religiosa pietate ad eius auxiliū cōfluant: sicut pz ī lectione euāgelica: in qua narrat̄ benigna cōdescensio xp̄i ad sonādū socrū simonis a magnis febribus: fecit tn̄ illud rogatus a suis. Sic ⁊ quotidie curant̄ infirmi a varijs lāguoribus quibus humanū p̄sidiū succurrere minime valet: dei tn̄ adiutorio salutē recipiunt. Id aūt vtplurimū impetrat̄ nō solū ꝑ deuotas or̄ones: sed etiā ꝑ fideliū votorū emissionem. Facto nāq̄ voto deo ⁊ sctis eius q̄plurimi incolumitatis bn̄ficiū sunt adepti. Q̄r v̄o magna est ingratitudo emittere vota ⁊ illa nō exoluere: propterea in hoc sermone de voto aliqua necessaria penitentibus ꝑcurramus. Nā Deut. xxiij. d̄r: Cum votū voueris dn̄o deo tuo non tardabis reddere: q̄r requiret illud dn̄s deus tuus, ⁊ ī ps̄. xlix. Redde altissimo vota tua. ⁊. lxxv. Vouete ⁊ reddite dn̄o deo vestro. De voto itaq̄ tria mysteria principalia erunt declaranda.

Primū d̄r diffinitio.
Scd̄m ꝓhibitio.
Tertiū dispēsatio.

¶ Quid sit votū ⁊ de septem cōditionibus que requirunt̄ ad hoc vt habeat rationem virtutis. Cap̄. j.

PRimū mysteriū declarādū de voto d̄r diffinitio: in quo q̄d sit votū videamus. Et ex dictꝫ scti Tho. ij. ij. q. lxxxviij. ⁊ Rich. di. xxxviij. quarti. sumo hāc diffinitionē. Votū est ꝯceptio melioris ꝓpositi animi deliberatione firmata. Ex qua diffinitione colliguntur septem cōditiones que requirūtur in voto vt debite fiat: videlz

Prima d̄r deliberatio.
Scd̄a ꝓmissio.
Tertia superogatio.
Quarta ordinatio.
Quinta formatio.
Sexta honestatio.
Septima distinctio.

¶ Prima cōditio que requirit̄ in voto d̄r deliberatio: vt. s. fiat ex volūtate deliberata. Nā vt dicit Rich. vbi. s̄. votum d̄r a volādo. Unde sicut in nobis est duplex velle. s. plenū: qd̄ est velle deliberatiuū: ⁊ semiplenum qd̄ est velle ex surreptione: sic dico ꝙ est duplex votū. s. votum qd̄ hz plenā rōnē voti: ⁊ de rōne talis voti est ꝙ sit factū ex deliberatione: q̄r vt d̄r. xx. q. iij. c. p̄sens clericus. Nullū bonū nisi volūtariū. ⁊. xv. q. j. c. non est. Volūtariū sibi militē eligit xp̄s. Et est aliud votū qd̄ nō hz plenā rōnem voti: eo ꝙ nō fit cū deliberatione: sed ex quadā surreptiōe: ⁊ iō nō obligat. Sed ī h̄ orit̄ dubiū: an teneāt vota q̄ fiūt in angustijs: vtputa a mulieribus tp̄e partꝰ ⁊ a nauigātibus tp̄e tēpestatis: ⁊ ab infirmis tp̄e infirmitatis: ⁊ similia. Et q̄dā absolute ⁊ male respōdēt ꝙ nō. Cōtra quos dicit Guillelmus ꝙ est distin-

guendū: qꝛ aut vota p̄dicta fiūt ex intē
tione deliberata: ⁊ sic tenēt ⁊ obligant:
vt pꝫ in.c.sunt q̄ opes.xvij.q.iiij. Si vo
fiāt ex surreptiōe nō tenēt in angustijs
tñ magis subripit mēs q̄ꝫ in pace ⁊ q̄e
te: eo ꝙ ꝑm Aug. in li.lxxxiij. q. passio-
nes tristabiles plus hñt alterare vsum
rōnis q̄ꝫ passiones delectabiles. ¶ Se-
cūda coditio q̄ requirit in voto d̄r pro-
missio. Scd̄m em̄ Rich. ⁊ Tho. vbi.s̄.
Propositū solū ad faciēdū aliqd̄ bonū
nō facit votū: sed ꝓpositū firmatū pro-
missione. Et si fiat corde etiaꝫ sine oris
expressione: adhuc tenet ⁊ ligat in foro
ꝯscie. Exp̄ssio em̄ voti ꝑ vocē refert ad
interiorē deliberationē. Sed hic occur
rit vnū dubiū disputādū vtrū oē votū
publicū ꝑ exp̄ssionē vocis factū coram
alijs sit votū solēne? Et respōdet Rich.
ꝙ differētia est inter votū publicū ⁊ so
lēne: ꝙ qd̄libet votū corā multis ⁊ i pu
blico factū publicū dici pōt: sed nō qd̄-
libet tale pōt dici solēne. Nō enim dici
tur votum solēne nisi qd̄ in se habet ali
quid annexū vt in publicū debeat veni
re: ⁊ per qd̄ vouens ponitur sub alteri-
us hoīs potestate: ⁊ tale est votū in su-
sceptione sacri ordinis: per quē suscipi-
ens cōstituit minister eccl̄ie ad deo pu-
blice seruiendū: ⁊ ponit sub ep̄i potesta
te. Unde tale votū esset solēne etiam si
predictum ordinem ab ep̄o reciperet in
secreto. Professio etiā in religiōe facta
in manu eius q̄ eā pōt recipere hꝫ in se
aliq̄d annexū quo debeat in publicū ve
nire: vñ talis ꝓfessio solēnizat votum
etiā si fiat in occulto. Solennizat ergo
votū per ꝓfessionē in religione ⁊ per sa
cri ordinis susceptionē: vt pꝫ ex̄ qui cle
ri. vel vouē.c.rursus.in glo. ⁊ lib.vj. de
voto ⁊ voti redēp.c.qd̄ votū. Notāduꝫ
tñ vt d̄r in glo.xxvij.q.j.c. mulieres. et
ex̄ de cōuersi.cōiu.c.ex parte.ij. ꝙ in ꝓ
pria domo vti vestibus monachalibus
⁊ votum facere nō solennizat votum.
¶ Tertia cōditio que requirit in voto
dicitur supererogatio. Debet fieri votū
de bono supererogationis: ⁊ nō de bo-
no necessario: qꝛ ad bonū necessariū h
tenetur etiam sine voto. Sed magis
sententiarū dist.xxxviij.quarti.dicit
votorum aliud est cōe: aliud singular
Cōe est qd̄ oēs in baptismo faciūt co
spondent renūciare diabolo: vt hab
de ꝯse.di.iiij.c.prima igit.⁊.c.prima
interroget. Et tale votū fit de his q
sunt necessaria ad salutem. Ibi tñ di
nute inuenit rō voti. Singulare vo
est cū aliquis spōte ꝓmittit se serua
rum aliqd̄ bonū ad qd̄ nō tenet: q̄
teneatur post votum. Hinc d̄r.xvij.q.
c.sunt quedam. Sunt quedā q̄ etiā
vouentes debemus: quedā etiā que
si vouerimus non debemus: sed post
ea deo ꝓmittimus necessario redde
cōstringimur. Sed hic emergit vnu
dubiū: vtrū vota que fiunt sub aliq
cōditione: conditione illa cessante fi
obligatoria? Et respondet Ray. in su
ma. ꝙ duplex est cōditio. Una gene
lis: vt si vixero: si potero: si deus vole
rit: que semꝑ intelligunt etiā si non a
ponant. vt pꝫ.xxvij.q.ij.c.beata mar
Alia est cōditio specialis: puta cū q̄s
uendo dicit: ꝓmitto facere tale bon
si impetrauero sanitatē: si cōditio de
ciat votū non obligat. Facit ad hoc q
scribit.xxxij.q.vij.c.nō solū.⁊ ex̄ de co
di.appo.in dispē.c.verū.⁊ de resti.spo
c.olim. ¶ Quarta cōditio q̄ requirit in
voto d̄r ordinatio. Debet votū fieri ip
deo: qꝛ cum vouere sit actus latrie sol
deo debet. Sed dubitatur circa hoc
vota fieri solent etiā sanctis. Sed dic
Richar. ꝙ vota que fiūt sctis nō plen
habēt rōnē voti ꝑ cōparationē ad san
ctos: sed ad deū. Qui em̄ vouet sctō Ja
cobo eius eccl̄iam visitare: locutio: fi
mentalis: siue vocalis qua dicit se vi
taturū sctm̄ Jacobū fit sctō Jacobo: sed
obligatio ad implendū illud qd̄ d̄r pro
prie ⁊ simpliciter loquendo non fit ni
deo. Uñ qd̄ est materiale in illo voto fi
sctō: ⁊ qd̄ est formale fit deo. ¶ Quinta
cōditio que requirit in voto d̄r forma
tio. Hec nāq̄ꝫ est forma voti vt fiat deo

de re bona ad bonū finē: ꝓpterea dicit Rich. ꝙ votū factū ꝓpter malū finem nō tenet: nā magis depēdet votū a suo fine ꝙ̄ a sua materia: qꝛ ꝟm ph̄m. ij. meta. Finis est causa causarū: sed votū factū de materia mala ꝓpter finē bonuꝫ nō tenet. Iccirco vouēs se facturum aliq̄d qd̄ est absolute bonū: non tn̄ ꝓpter hoc intendens nisi finem malum: grauiter peccat ⁊ nō tenet votū: qꝛ talis aut intendit per illud votum se posse cōsequi finem illum: aut non: si nō: iam nō obligat se ꝓpter finem illuꝫ: qꝛ sicut dicit ph̄s. iij. Ethi. Electio nō est impossibilium: ergo a simili nō est alicuius impossibilis ad consequendum. Si sic: errat: qꝛ ꝟm Aug̃. in li. lxxxiij. q. Deo volente ⁊ autore nō fit hō deterior. Deterior aūt fit hō per cōsecutionez finis mali. ¶ Sexta cōditio q̄ requiritur in voto dicitur honestatio. Debet votū fieri de re honesta ⁊ materia bona: ꝓpterea d̄r xxij. q iiij. c. in malis. In malis ꝓmissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretuꝫ: qd̄ incaute vouisti ne facias: impia est ꝓmissio que scelere adimpletur. Sed dubitat̄ hic de Iepte: de quo habetur Iudicuꝫ. xj. ꝙ interfecit filiā suā sicut vouerat: ⁊ tn̄ ad Heb. xj. numerat̄ inter illos qui per fidē vicerunt regna: ergo videtur ꝙ possit fieri votum de re mala ⁊ inutili. Respōdet Rich. ꝙ votū Iepte nō fuit obligatorium nisi ad immolandum animal occurrentis immolaticium. Et quoad hoc fuit licitum et placens deo qd̄ ostendit victoria subsecuta. Unde in occidendo filiam suā fuit fatuus ⁊ impiꝰ: de qua impietate postea penituit. ¶ Septima cōditio que requiritur in voto dicitur discretio. Debet nāq̄ fieri votum discrete prudēter ⁊ moderate. Nā sicut ꝓhibita est indiscreta penitentia ita ꝓhibetur ⁊ votū eius. Sed q̄d de votis stultis: vt sunt vota illorum qui vouent nō comedere caput: aut nō comedere pedes: aut non comedere collum: vel non lauare manus: ⁊ similia, Respondet Thomas: ꝙ talia vota deridenda sunt potius q̄ꝫ seruāda. Accipimus ergo ex dictis quāta in vnoquoq̄ debet esse maturitas in vouendo: quanta insuper diligentia in complendo qd̄ voto ꝓmissum est. Ideo dicit Rich. ꝙ omne votum licitum obligat vouentē ad illud qd̄ voluit adimplendum: nisi in quattuor casibus. Unꝰ est ꝓpter impotentiā adimplendi. Secundus ꝓpter autoritatem superioris dispensandi. Tertius propter defectuꝫ conditionis apposite: vt dictum est superius. Quartus quando illud quod tempore voti facti fuit licitum: postea fit illicitum.

¶ Qꝫ vouere interdicitur septem generibus personarum: in quibus est limitata rōnabiliter facultas vouēdi. Cap̄. ij.

Secundū mysteriū principale de voto declarandū d̄r ꝓhibitio. Nā ꝓhibent̄ septē gradus personarū vouere.

Primi sunt ep̄i.
Scd̄i clerici.
Tertij religiosi.
Quarti pueri.
Quinti filijfamilias.
Sexti serui.
Septimi vxores.

¶ Primi q̄ nō possunt vouere sunt ep̄i. Ipsi em̄ nō possunt facere votū quo dissoluat̄ vīculū eccl̄ie sine licētia dn̄i dn̄i pape. ex̄ de renū. c. nisi cū pridē. Est em̄ ep̄s ecclesie sue spōsus: vt d̄r in. c. inter corporalia. ex̄ de translatione ep̄i ⁊ electi. Iccirco nō pōt emittere vota q̄ eēnt in p̄iudiciuꝫ sue cure. ex̄ de voto ⁊ voti redemptione. c. magna. ¶ Scd̄i q̄ non possunt vouere sunt clerici bn̄ficiati: q̄ nō possunt vouere peregrinationē: aut aliud ꝓpter qd̄ habeant relinquere ecclesiam sine licentia p̄lati sui. de ꝯse. di. v. c. nō opꝫ. Excepto ꝙ possunt vouere ⁊ votum implere etiaꝫ episcopo cōtradicente de intrādo religionē: vt pꝫ. xix. q. ij. c. due sunt. Et sil̄r de accipiēdo crucem. vt habet̄ ex̄ de voto ⁊ voti redēp. c. ex multa. ¶ Tertij sunt religiosi pro

quibus dicitur. xx.q.iiij.c. monacho. Monacho nō licet votum vouere sine consensu abbatis sui: si autem vouerit frangēdū erit. Ratio autem potissima ſm Rich. quare religiosus nihil vouere potest: est. quia pensata humana infirmitate ⁊ religionis onere: nō posset se ad aliquid vltra suam professionem obligare quod non posset implere sine qualicūq; preiudicio vel preiudicij periculo obseruationis cuiuslibet eorum ad que ex sua ꝓfessione tenetur: ⁊ absq; periculo reddendi se interdum onerosum prelato suo vel alicui: seu aliq̄bus fratrū suoꝝ propter sollicitudines ⁊ modos singulares quos interdum haberent illi qui essent ad plura q̄ alij obligati. Propterea tāte est altitudinis religionis votū ꝙ omnia alia in ip̄m cōmutari possunt. Et ideo eccl'ia considerans huius voti altitudinē: ⁊ humane nature infirmitatez: voluit autoritate dei voto religionis nullū posse votum aliud superaddit ꝓpter periculū trāsgressionis vitādū. Glo. tñ sup dicto. c. monacho. dicit monachū nō posse vouere est intelligendū de voto abstinentie per quod alij scandalizant. ¶ Quarti sunt pueri ante annos pubertatꝫ: qꝛ pro illo tempore nō habent expeditū vsum rationis ⁊ liberi arbitrij. Et vt dicitur ex̄ de reg. c transeūtib⁹ ad religionem. c. sicut tenor. Carens vsu liberi arbitrij vouere nō pōt: qꝛ nō pōt ꝯsentire. ¶ Quinti sunt filijfamilias. Nam filiusfamilias: qꝛ subest patri in his que ad regimen domus ⁊ familie pertinēt non pōt de illis votū facere seu de pertinētibus ad illa sine patris autoritate. ¶ Sexti sunt serui qui non possunt vouere aliquid eorū que ipsos īpediāt a seruitio dominoꝝ suoꝝ sine ipsoꝝ autoritate ⁊ voluntate sicut ptz. liiij. dis. c. ex antiquis. ⁊. c. si seruus. ¶ Septimi sunt vxores. Pro quibus notanduz ꝙ vir ⁊ vxor sibi sunt mutuo debitores in reddēdo debitū carnale: ideo quilibet eoꝝ ꝓhibetur vouere de non reddēdo sine licentia alterius: sed qꝛ in dispēsatione dom⁹ ⁊ regimine familie mul[illegible] est subiecta viro ⁊ non econuerso: [illegible] de pertinentibus ad illa mulier nō p[illegible] test emittere votū sine licentia vir[illegible] cut ptz. xxxiij. q. v. c. Manifestum. §. [illegible] premissis. ⁊. c. noluit. Ideo Nūeri. [illegible] c. dicit deus. Si vouerit vxor ⁊ iura[illegible] to se constrinxerit: vt per ieiunium [illegible] ceterarū rerū abstinentiā affligat [illegible] suam: in arbitrio viri erit vt faciat [illegible] non faciat. Et forte hec est causa eo[illegible] mulieres magis ad vouendū ꝓne [illegible] q̄ viri. Nec reprehendim⁹ eas quia [illegible] uent: sed quia indiscrete vota facere [illegible] lent. Sunt ⁊ sepe inconsiderate: [illegible] ⁊ vota emittunt irrōnabilia ⁊ stulta[illegible] quibus non expedit vt sacerdotē ꝑ [illegible] solutione requirant. Vir in hoc [illegible] autoritatem habet absoluendi: nō [illegible] vi clauium que in ip̄o non est: sed [illegible] toritate p̄sidētie quā in vxorem habe[illegible] Et cum vxor obedire nollet viro [illegible] sibi nolle eā sua vota cōplere: pōt [illegible] superaddere verbera: ita tñ vt in [illegible] modestiā gerat. Volui sic hec pauca [illegible] xisse quia noui mulierū importu[illegible] tem que viros q̄nq; affligunt ⁊ [illegible] vt sub votorum occasione licētiam [illegible] largiantur vagandi discurrendi ac [illegible] pendendi pecunias domus cum [illegible] no ⁊ detrimento familie.

¶ De dispensatione votorum ad de[illegible] rationem dubioruz que super illa p[illegible] sent oriri. Capitulum [illegible]

Tertiuz mysteriū de voto [illegible] clarandū d̄r dispēsatio. [illegible] cuius pleniori declaratio[illegible] septē dubia sunt disputā[illegible] Primum vtrū expediat homini vo[illegible] re. Secundū vtrū sit magis laudab[illegible] ⁊ meritoriū aliquid facere cū voto [illegible] sine voto. Tertiū vtrū expediat indu[illegible] re iuuenes vt voto se obligent ad re[illegible] gionis ingressum. Quartum vtrū vo[illegible] possit coniecturari. Quintū vtrū [illegible] bet votum commutari possit in votu[illegible] religionis. Sextū vtrum omne votu[illegible]

sit dispēsabile. Septimū vtrū solus papa possit invotis dispēsare? ¶ Primus dubiū vtrū expediat hoī vouere? Et arguitur ꝙ nō. Primo qꝛ nullus debet se priuare magno dono dei: sed libertas hoīs est magnū donū dei: quā ī parte se ꝓuat ꝓ totū: ergo nō debet hō vouere. Scdo arguit: qꝛ nullus dꝫ se exponere periculo alicui⁹ trāsgressiōis: sed vouēs exponit se periculo cui nō erat expositus ante votū: ergo non expedit vouere. Tertio arguit qꝛ nullus debet aliq̄d facere quo suū aggraueť pctū si peccat: sed religiosus si peccat grauius pctū cōmittit ꝙ secularis: sicut dicit Ansel. in li. de filitudinib⁹: ergo nō expedit vouere religionis ingressum: et multo fortius nec q̄cūq; aliud bonū. In ctrariū est oīs scriptura: ꝛ laudabilis vsus fideliū. Rndet Rich. ꝙ vouere cū discretiōe expedit hoī ꝓ hoc ꝙ firmat amplius volūtatē suā in bono: et ꝓ magna parte excludit a se male faciē di libertatē ꝛ facit actū virtutis latrie: ꝛ ideo vouēdo meref. Ad ꝓmum argumentū respondet Ansel. in li. de filitudinibus ꝙ obligatio ad bonū nō repugnat libertati simplr: vt etiā plene dictū est in sermone de obediētia dei. Ad scōm dicēdū ꝙ vouēs discrete nō exponit se piculo trāsgressiōis nisi per accidēs. Ad tertiū dicēdū ꝙ dꝫ religiosus grauiꝰ peccet ꝙ secularis tñ de pctō penitēs maiorē mīam ꝓsequit ꝙ secularis. ¶ Scōm dubiū vtrū magis sit laudabile ꝛ meritoriū facere aliq̄d cū voto ꝙ sine voto? Rndet Rich. ꝛ Tho. ꝙ sic. Qō declarant triplici rōne ꝛ vna similitudine. Prima rō est ꝙ opus inferioris virtutis magis est meritoriū imperatū a superiori virtute ꝙ nō impatū: sed latria superioris ꝛtus est ꝙ abstinentia: ꝛ opus abstinētie ad qō mouet hō ex voto est imperatū ab ea: vouere enī actus est latrie: ergo magis meritoriū est opus abstinētie ad qō mouetur hō ex voto. Scda rō est hec. Quāto opus procedit a volūtate magis firmata in bono: tāto est virtuosius ꝛ ex ꝓsequēti est magis meritoriū. Ad opari enī virtuose requirit firmiter ꝛ īmobiliter opari: vt dicit pbs. ij. Ethi. c. iiij. Sed ceteris paribꝰ volūtas firmior est in bono cū voto ꝙ sine voto. Tertia rō est hec. Deꝰ cū acceptet opus ꝓpter operantē tāto magis acceptat illud quāto est ab hoīe ad suū seruitiū spāliꝰ deputato ꝫ ceteris paribꝰ hō spāliꝰ deputat ꝛ dedicat ad dei seruitiū cū voto ꝙ sine voto. Ad idē etiā est filitudo quam ponit Ansel. in lib. de filitudinib⁹: in qua cōparat secularē facientē bonū opꝰ illi qui dño dat de fructu arboris sue quātū vult: ꝛ religiosum illi q̄ dño dat totā arborē cū fructu: q̄ magis est dño acceptus ꝙ ꝓmus. ¶ Tertiū dubiū vtrū expediat inducere iuuenes vt voto se obligēt ad religionis ingressum? Et respondet notabiliter Rich. ꝙ sic si adsint debite ꝓditiones ex parte iuuenis ꝛ ex parte inductiōis ꝛ ex pte obligatiōis. Qui enī vult inducere iuuenē aliquem ad obligationē ꝓdictā: debet diligēter cōsiderare ꝙ iuuenis debitam habeat etatē ꝓ ingressu religionis q̄ ad min⁹ cōplectit tps. xiij. annoꝝ. ex de reg. c. j. ꝛ. c. significatū est. Et ꝙ put patitur etas illa in ꝓpositis suis licitis ꝛ honestis habeat stabilitatē: ꝛ ꝙ ad ꝓsideradū quid illa religio ponderet: ꝛ obligatio habeat sufficiētē discretionē. In inductione etiā debet esse diligēs asperitas religionis ad cuius obligationē inducitur explicatio ꝛ omnis suggestionis et falsitatis exclusio: nec debet esse nimis importuna persuasio. Asperitatis enī religionis celatio ꝛ paucitatis suggestio operātur deceptionem: deceptio aūt rōne ignorantie diminuit de rōne voluntarij. Tūc enī nimis est importuna persuasio qñ fit cū rerū tēporaliū ꝓmissione: vel cū indebita cōminatione: vel cum nimia sollicitudine. Debet autē inducens cauere a tali importuna persuasione: qꝛ talis psuasio operatur in iuuenē vel ipm inclinat ad

obligandū se ex subreptione. Et p̄dicta obligatio fieri non debet nisi ex plena voluntate ⁊ deliberatione. Ex pte etiā obligationis tria sunt obseruāda. s. vt fiat preuia deliberatione ⁊ stabilitatis propositi examinatione: ⁊ ꝙ fiat cū discretione vt. s. obligās obliget se ad ingrediēdū vt eā experiat. Et si deꝰ dederit sibi gr̄am remanēdi ⁊ religioni placuerit remaneat. Aut si ꝓpositus infra annū mutatus fuerit libere possit exire absq; hoc ꝙ teneat aliā religionē ītrare. Debēt etiā obseruare ꝙ fiat cū deuotione. Et debēt obseruari p̄dicta: quia obligationes facte sine deliberatione: discretione: ⁊ deuotione: frequēter malos exitꝰ habēt. ¶ Quartū dubiū. vtrū votus possit cōmutari? Et rn̄det ꝙ sic: vt habet in. c. magne. ex̄ de voto ⁊ voti redē. Ratio est ꝑm Rich. q: ꝑm Bern. in lib. de precepto ⁊ dispensatiōe. Iniquū ꝓculdubio foret si ea q̄ sunt ꝓ sola charitate instituta ꝯtra charitatē tenerent. Uotū aūt fieri debet ex charitate: ⁊ ꝓ charitate. Uñ eius obligatio tenere nō dz ꝯ charitatē. Tenere autē contra charitatē si nō liceret illud cōmutari in meliꝰ. Uotū ergo pōt in melius bonū cōmutari: nō tñ hoc autoritate propria fieri debet: sed autoritate supioris: q: nullus fieri debet iudex in sua causa. ¶ Quintū dubiū. vtrū qd̄libet votū cōmutari possit ī votū religionis? Rn̄det Rich. ꝙ volens facere professionē in religione si actualiter vel habitualiter vult remanere obligatus ad vota q̄ in seculo fecerat: nō cōmutātur in votū religionis: tñ postq̄ deuenerit ad noticiā plati sui hoc factus: poterit ip̄m ab illis votis absoluere: maxime si ignorabat ip̄m esse ligatū ip̄is votis tēpore ꝓfessionis. Si aūt actualr seu habitualiter intēdit ampliꝰ illis votis nō teneri: sed solo voto religionis sue: ab illis absoluit ꝑ religionis votū ꝓpter religionis voti altitudinē ⁊ ꝑfectionē. Uñ ex̄ de voto ⁊ voti redē. c. scripture. dicit: Reus fracti voti aliquatenꝰ non habetur qui tpale obsequiū in ꝑpetuā religionis obseruantiā noscit commutasse. Et de peni. disti. s. c. Quis aliqñ. §. his autoritatibꝰ. Non est necessaria certa satisfactio peccati, cuiꝰ totus vite tēpus impēditur sui seruitio ꝯditoris. Et tñ si rex vnus vel imꝑator vouerit ꝙ vsq; ad triēniū vel septēniū militabit in terra sancta: ⁊ tenebit secum duo vel tria milia militū: vel vnus aliꝰ dux vel comes existēs dux totius exercitꝰ cruce signatoꝝ: ⁊ de cuius absentia desolaretur vellet religionē intrare: in hoc casu videt mihi summus pōtifex ꝯsulēdus. Certū tñ est ꝙ persona mediocris a voto transmarino absolueret ꝑ religiōis ingressum. ¶ Sextū dubiū. vtrū oē votū sit dispensabile? Et arguitur ꝙ non. Primo q: soluere ꝓmissum est de iure nature: sz ea q̄ sunt de iure nature sunt indispēsabilia: ergo nullū votū est dispensabile. Scd̄o arguit: q: q̄ nō facit quod ꝓmittit mentit: sed nullus pōt in mēdacio dispēsare: q: ꝑm ꝑhm. iiij. ethicoꝝ. Mendaciū ꝑm seip̄m prauus est ⁊ fugiendū. Cū ergo omne votus sit promissio: nullū votū est dispensabile. Tertio arguitur: q: ex̄ de statu monachoꝝ. c. cū ad monasteriū. d: Abrenunciatio ꝓprietatis ita monachali regule est annexa: vt nec ꝯtra illā summꝰ pōtifex valeat dispensare: ergo nō oē votum est dispensabile. Quarto arguit: quia nullum votū est dispensabile: qd̄ in melius commutari non potest: sz votum religionis non potest in melius commutari: cum omnia alia vota in ipsum commutari possint: ergo non omne votum est dispensabile. Ad hanc questionem licz multi multa dicant: tamen Rich. in. iiij. ⁊ Tho. ibidē q̄uis aliter dicat. ij. ij. Johannes neapolitanus in quodlibetis. Inno. ⁊ Hostien. et communiter omnes doctores tenēt ꝙ omne votum quod est de his q̄ sunt supererogationis est dispensabile: q: dispensationis in quolibet tali voto pōt causa rōnabilis īueniri. scz ꝓfectꝰ

maioris boni vel mali euitatio: siue ꝑ cōparationē ad rēpublicā: siue per cōparationem ad vouētem. Reformatio eīm pacis inter regna maius bonuꝫ est cōmunitati q̄ continētia vnius ꝑsone. In tali etiā casu si ꝑsona que ꝯtinētiā vouerat nubat ꝑ preceptum dn̄i pape: sua obediētia magis meritoria est sibi q̄ cōtinētia: quātū ad p̄miū substātiale. Vn̄ Arist. j. Ethi. Amabile est bonuꝫ vni soli: melius v̄o ⁊ diuinius genti et ciuitatibus. Uitatio etiā cōmunis mali: vt vitatio discordie inter regna que sunt in pace ⁊ ꝓbabilis transgressio voti si probabilitas sit vehemens: posset esse rationabilis causa dispensandi in quocunqꝫ supererogationis voto. Recta eīm ratio dictare videt̄ esse aliquem in ecclesia loco dei qui periculis cōmunitatū ⁊ personarū pensatis infirmitatibus: vtilitatib⁹: ⁊ dānis: possit rōnabiliter obuiare. ¶ Ad primū argumentū dicēdū: ꝙ obligatio in votis non est de iure nature absolute: sed sub hac cōditione. s. quousqꝫ ꝑ superiorē ex causa rationabili fuerit relaxata. ¶ Ad scd̄m dicēdū: ꝙ qui nō soluit qd̄ promisit mētitur si sibi nō remittatur obligatio: et soluere possit sed obligatione remissa non mētit̄: qꝛ amplius debitor nō est. ¶ Ad tertiū dicendū: ꝙ q̄uis summus pōtifex nō possit facere ꝙ sit monach⁹ absqꝫ abrenūciatione ꝓprietatis: quia hoc esset facere cōtradictoria simul tn̄ pōt de monacho facere nō monachū si causa rationabilis affuerit. ¶ Ad quartum dicēdum: ꝙ q̄uis votū religionis cōmutari nō possit in melius bonū priuatum: pōt tn̄ cōmutari in melius bonum cōmune. Talis etiā ꝯditiōis posset esse ille q̄ vouit ꝙ illud bonum siue votū cōmutari posset in aliud bonum magis expediens sibi: q̄uis non posset cōmutari in maius bonuꝫ simpliciter. ¶ Septimū dubiū vtrum solus papa possit in votis dispensare. Et respōdēt doctores ꝙ in votis maioribus: sicut sunt votū ꝯtinētie: religiōis: ⁊ crucis: solus papa dispensare pōt: qꝛ in votis istis nō est dispēsandū nisi ꝓpter ecclesie cōmunē vtilitatē: vel aliquā magnā necessitatē. Et iō ipsoꝝ dispēsatio merito reseruari debuit illi ad quem ꝑtinet totius eccl'ie cura. ¶ Scd̄m v̄o morem curie vota ꝑegrinationis ad visitanda apl'oꝝ limina: ⁊ sancti Jacobi in compostella: vident̄ romano pōtifici reseruata. In oībus aūt alijs votis q̄ respectu predictoꝝ dicunt̄ vota minora possunt ep̄i dispēsare: vt habet̄ ex̄ de voto ⁊ voti redēp. c. j. Inferiores aūt ep̄is ī nullo voto dispēsare pn̄t: nisi eis fuerit spāl'r cōmissum exceptꝫ p̄latꝫ religiosis q̄ dispēsare pn̄t in votꝫ suoꝝ subditoꝝ. Religiose itaqꝫ curare debēt oēs circa vota sua se gerere: vt illa discrete emittant: emissa cōpleāt: aut si cōplere non possunt a superioribus dispensationē procurent: vt sic mereantur in hoc seculo habere dei gratiam: ⁊ in futuro sempiternam gloriā: in qua viuit ⁊ regnat deus per infinita seculorū secl'a. Amē.

¶ Feria. vj. post ocl'i. de mīa ad primū hn̄da: ⁊ pia largitiōe el'ynarū. ꝟ. xliiij.



Dicit ei Jesus Da mihi bibere. Scribūtur hec v̄ba Job. iiij. c. ⁊ in euangelio hodierno. Cēsenda sunt duriora saxis pectora eoꝝ q̄ xp̄o iesu pietatē exhibere nolūt. Cōtulit q̄dē ip̄e nobis īnumerabilia bona: ⁊ qn̄qꝫ de illis a nobis petit vt sic ampliora superaddat. Petebat nanqꝫ hodie bibere a samaritana: vt illaꝫ satiaret aqua admirabili ⁊ suauissime gratie sue. Sic ⁊ sepe ab hominibus exigit misericordiam ⁊ clemētiā pro suo amore proximis exhibendam: quatenus largiatur eis copiosius premia eterne vite. Quia v̄o hoc maxime decet penitentes vt per elemosynaruꝫ largitiones satisfaciant ꝓ pctis suis: Iccirco in presenti sermōe de elemosyna aliq̄ ꝑcurrem⁹ quā xp̄s a samaritana poscebat di. Jo. iiij. Da mihi bibere.

¶ De ipsa itaq; elemosyna tria mysteria principalia erũt declarãda.

Primũ dicitur inductio.
Secundum conditio.
Tertium distinctio.

¶ Q̃ septem sunt illa quib⁹ inducimur ad mĩam ꝓximis exhibẽdã: ⁊ ad prõpte elemosynas largiendũ. Capm. j.

Primũ mysteriũ de elemosyna declaranduz d̃r inductio: In quo videre debem⁹ atq; notare septẽ rõnes p̃cipuas q̃re vnusq̃sq; prõpt⁹ esse dz ad elemosynas liberaliter largiendũ.

Prima dicitur autoritas.
Secũda cõformitas.
Tertia exẽplaritas.
Quarta proprietas.
Quinta societas.
Sexta gratiositas.
Septima felicitas.

¶ Pria rõ inducẽs oẽs ad elemosynas liberaliter largiendũ d̃r autoritas. Oĩs em̃ autoritas scripturaꝝ h̃ clamat: hoc dicit: h̃ p̃dicat. Vñ Dauid ps̃. xl. Beat⁹ q̃ intelligit sup ege. ⁊ pau. in die ma. libera. euz dñs. ⁊ Tob. iiij. Noli auertere faciẽ tuã ab vllo paupere: ita em̃ fiet vt nõ auertat̃ a te facies dñi. Et. xij. c. Bona est oratio cum ieiunio et elemosyna. ⁊ Ecc̃i. iij. c. Ignem ardẽtem extinguit aqua: ⁊ elemosyna resistit pctis. ⁊. vij. c. Facere elemosynã ne despicias. ⁊. xxix. c. Pone thesaurũ tuũ in p̃ceptis altissimi ⁊ ꝓderit tibi magis q̃ aurũ. Conclude elemosynã in sinu paupis: et hec orabit ꝓ te ⁊ liberabit te ab om̃i malo. ⁊ Prouer. xix. Fenerat̃ dño q̃ miseret̃ paupis: ⁊ vicissitudinẽ suã reddet ei. ⁊ Esa. lviij. Frãge esuriẽti panẽ tuum: ⁊ egenos vagosq; induc in domum tuã. Cũ videris nudũ operi eum ⁊ carnẽ tuã ne despexeris. Et Johã. j. cano. iij. c. Qui habuerit substãtiã hui⁹ mũdi ⁊ viderit fratrẽ suũ necessitatẽ habentez: ⁊ clauserit viscera sua ab eo: qũo charitas dei manet in illo. ⁊ Hiero. lxxxvj. di. c. qui clementiam. Qui clemẽtiã nõ hz: nec indut⁹ est viscera mĩe ⁊ lachrymaruz: q̃uis spũalis sit nõ adimplet legẽ xp̃i. Et Amb. in lib. de officijs. Natura ius cõe generauit: vsurpatio v̄o ius priuatum fecit. Unde sunt multi q̃ nullã habẽt in agris aut in vineis portionẽ: hoꝝ inopie de copia quã dedit dñs diuitib⁹ est ꝯsulendũ: vt ⁊ ip̃i deo ꝓ terre fecũditate benedicãt nobiscũ: quos iõ sub diuersis molestijs laborare ꝑmittit dei sapientia: vt ⁊ miseros ꝓ patiẽtia: misericordes v̄o coronet ꝓ beniuolẽtia. Et idẽ. xlvij. dist. c. sicut hi. Neq; em̃ min⁹ est criminis habẽti tollere q̃ cũ possis et abũdãs sis indigẽtib⁹ denegare. Esuriẽtium panis est quẽ tu detines nudoꝝ indumẽtũ est qd̃ recludis: miserorum redẽptio est ⁊ absolutio pecunia quã tu in terra defodis. Et idẽ lxxxvj. dist. c. in singulis. Mĩa cõis est vsus: iõ cõe preceptuz est oĩbus officijs oĩbus etatib⁹ necessaria ⁊ ab oĩbus deferẽda. Nõ publicanus: nõ miles excipitur: nõ agricola: vel vrbanus: diues ⁊ paup: oẽs in cõe admonẽtur vt conferãt nõ habẽti. Et xp̃s in euãgelio Luce xj. Date elemosynam ⁊ ecce oĩa munda sunt vobis. ⁊. c. xij. Uẽdite que possidetis ⁊ date elemosynã. Hocipsum colligitur ex dictis moraliũ pb̃oꝝ. Hinc est q̃ Tullius. j. de officijs ait: Quicq̃d sine detrimẽto cõmodari põt id tribuatur cuiq; vel ignoto. ⁊ Ouidi⁹ in lib. de põto. Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Cõueniẽs hoĩ est hoĩem seruare voluptas. Et Plato ĩ thimeo. Bonos viros decet cõmodos esse. Theologi insuper elemosynã laudant di. sup dist. xxv. iiij. lib. q̃ ipa est tertia pars satisfactionis. Assignat nãq; magister ĩ textu tres partes satisfactiõis. Prima est ieiuniũ. Scda oratio. Tertia elemosyna. Que s̃m Rich. sufficiẽter enumerant̃ tam ex parte bonoꝝ ꝑ que satisfaciendũ est q̃ ex parte causarũ pctĩ: q̃ etiã ex ꝑte eorũ cõtra quos pctm̃ cõmittitur. De bonis em̃ nr̃is debem⁹ satisfacere. Et s̃m Aristo. j. Ethi. c. xx. tria habemus bona: scz bona fortune: bona corpis: et bona aĩe.

De bonis exterioribꝰ seu fortune satisfacimus ꝑ elemosynā sub qua cōprehēditur totū qđ expēditur in ꝓximoꝝ vtilitatē. De bonis corporis satisfacimus ꝑ ieiuniū: sub quo cōprehēditur quicq̄d pertinet ad corpis afflictionē. De bonis aīe satisfacimꝰ per orationē sub qua cōprehēditur q̄cq̄d deo exhibet ꝑ latrie v̄tutez. Scđo sufficiēter enumerantur satisfactionis partes ex parte causarū peccati. Nā ꝟm Job. j. cano. ij. c. Tres sunt peccatorū cause. s. cōcupiscētia carnis: que ꝓut possibile est excidit ꝑ ieiuniū: ⁊ cōcupiscētia oculoꝝ: cōtra quā ordinatur elemosyna: ⁊ suꝑbia vite: ꝯ quā ordinat oro. Tertio sufficiēter enumerant satisfactionis ꝑtes ex parte eoꝝ ꝯ q̄s peccat hō. Cōtra deū ⁊ ꝯ hoc ordinat oro: peccat ꝯ seipsum: ⁊ ꝯ hoc ordinat ieiuniū: peccat ꝯ ꝓximū: ⁊ ꝯ hoc ordinat elemosyna: ⁊ sicvndiq̄ resonāt elemosyne laudes. ¶ Scđa rō quare vnusq̄sq̄ promptus dz esse ad elemosynas liberaliter largiēdū đr cōformitas. Sumꝰ nāq̄ cōformes ⁊ inuicē mēbra. Rom. xij. Et vt đr. j. Coꝝ. xij. Si q̄d patit vnū mēbrum: cōpatiunt ei oīa alia mēbra. Propterea ait sapiēs Ecc̄i. xvij. Unicuiq̄ mādauit deꝰ de ꝓximo suo. Et hoc suo mō Señ. ad Lucillū explicauit di. Non pōt q̄sq̄ beate degere q̄ se tantū intuetur: q̄ oīa ad vtilitates suas conuertit. Alteri viuas oportet si vis viuere tibi. Et idem in lib. de beata vita. Ubicūq̄ hō est beneficio locus est. Sed circa hoc dubitatur: vtrū dare elemosynā cadat sub precepto? Et rn̄det Rich. ꝙ sic: dicens elemosynaz esse sub p̄cepto legis nature q̄ iubet alij esse faciendū ꝙ sibi q̄sq̄ fieri vellet. Luc. vj. ⁊ di. j. decretoꝝ. c. j. ⁊ dis. ix. c. sana. ⁊. x. q. j. placuit. Est etiā elemosyna sub precepto legis diuine: sicut pz in v̄bis allegatis in prima rōne vbi inducit xp̄s. xj. ⁊. xij. c. Luc. q̄ dare elemosynam iubet. Est adhuc elemosyna sub p̄cepto legis positiue: sicut pz. lxxxvj. di. c. pasce. ¶ Tertia rō inducens hoīes ad elemosynas liberaliter largiendū dicit exēplaritas. Exemplū quidē habemꝰ a deo ab angelis ⁊ ab om̄i creatura vt cōmunicatiui esse debeamus. Deus quidē preter illā cōmunicationez intrinsecam que est in ꝓductione diuinarū personarū: voluit adhuc extrinsecus cōicare seipsum in ꝓductione oīs create nature. Vñ Aug. in q̄stionibꝰ veteris testamēti inq̄t: Bonus est qꝛ fecit existere que nō erāt. Et in. iij. de trini. Voluntas dei est prima ⁊ summa cā oīm specierum ⁊ motionum. Nihil em̄ fit qđ de intelligibili atq̄ aula summi imꝑatoris nō egrediatur. Angeli insuper sunt cōicatiui: qꝛ vt Dionysiꝰ dicit in lib. de angelica hierarchia. Per angelos suꝑiores cōicant gradatim secreta mysteria dei angelis inferioribꝰ. Oīa etiā corpora celestia cōicāt influentiā suā corporibus inferioribus. Oīa tādem que in celis: et que in terris sunt: sua bn̄ficia cōicant homini rōnali: vt sic ⁊ ip̄e hō discat homini se cōicare. Nā qui potest ⁊ nō vult esse beneficus: immanior atq̄ crudelior oī belua esset habēdus. ¶ Quarta rō inducens hoīes ad promptā elemosynarū largitionem dicit ꝓprietas. Quicq̄d em̄ fit pauperibus ꝓpter xp̄m: ꝓprie fit ⁊ ipsi xp̄o. Vñ Hiero. ad Nepotianū. Mēsuram tuam pauperes ⁊ peregrini nouerint: tu cum illis xp̄m cōuiuam noueris. Et christus Matth. x. Qui vos recipit me recipit. ⁊ Matth. xxv. Qđ vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Est de hoc exēpluz in sancto martino: qui dū pauperi nudo partē chlamydis sue dedisset: nocte sequenti vidit xp̄m illa vestitum: audiuitq̄ eum dicentem: Martinus adhuc cathecuminus hac me veste contexit. ¶ Quinta rō est societatis. Est q̄dez elemosyna sociꝰ fidelis: qꝛ aīam nūq̄ deserit: immo sibi fauet ⁊ assistit dū citatur ante tribunal eterni iudicis. Propterea legit in vita Johannis elemosynarij: ꝙ fuit quidā thelonariꝰ diues valde noīe Petrus: hic pauperibꝰ durus: cū ad domū suā accedebāt: eos furibūdus expellebat. Cū ergo semel pauperes inter se

de ei⁹ auaricia ⁊ illiberalitate colloquerētur: quidā eoꝝ dixit: Quid vultis mihi dare ⁊ ego hodie elemosynam ab eo accipiā. Et faciētibus cum eo pactū ad domū ei⁹ venit ⁊ elemosynā postulauit. At petrus domū rediens ⁊ pauperē pre foribꝰ vidēs: cū ei⁹ famulus panes filiginis in domū deferret ille lapidē non inueniēs: panem vnū ex illis arripuit: ⁊ cū furore pauperē percussit. Quē protinus accipiēs paup ad socios redijt: ⁊ ꝙ de manu ei⁹ elemosynā accepit indicauit. Post duos dies infirmat⁹ ad mortē diues ille vidit se ante iudicium stare: ⁊ mauros quosdaꝫ sup staterā mala eius appendere. Ex altera aūt parte statere quidē dealbati tristes stabāt: eo ꝙ nihil qđ ibi apponerēt inuenire valebāt. Tūc vnus eoꝝ dixit: Uere nihil habem⁹ nisi vnū panē filiginis quē ante duos dies vi coactus dedit quē dū sup staterā ponerēt: equalitas vt sibi videbatur facta est. Dixerūt ei: Adauge ad filiginē hāc: alioquin mauri te apprehendēt. Euigilans autē ⁊ liberatus dicebat pape: Si vna filigo quā ꝑ furorē iactāt ita ꝓfuit: quāto magis oīa sua bona indigentib⁹ elargiri? Et extūc liberalissim⁹ pauperibus semp fuit. ¶ Sexta rō inducēs homines ad elemosynas ⁊ pietatis opera đr gratiositas. Facit equidē elemosyna habilē hoīem ⁊ idoneū ad dei gr̄e susceptionē. Vñ Act.x. tale ponit exēplum. Uir q̄dā erat in cesarea noīe Corneli⁹ cēturio cohortis q̄ đr italica: religiosus et timēs deū cū om̄i domo sua: faciēs elemosynas multas plebi: ⁊ deprecās deū semp. Is vidit in visu manifeste quasi hora diei nona angelū dei introeuntem ad se ⁊ dicētē sibi: Corneli. At ille intuēs in eum timore correptus dixit: Quis es dñe? Dixit autē illi: Or̄ones tue ⁊ elemosyne ascēderūt in memoriaꝫ in cōspectu dei. Et nūc mitte viros in ioppen: ⁊ accersi simonē quendā q̄ cognominat petrus: hic dicet tibi quid te oporteat facere. Obtinuit itaq̄ corneli⁹ elemosynis mediātibus gratiā: ad ipsum baptizandum mitteret petrus. ¶ Septima ratio đr felicitas. Pro ipsa vtiq̄ felicitatem eterne vite cōsequimur. vñ. s. Tim. iiij. apl's ait: Pietas ad oīa vtilis est ꝓmissionē habēs vite que nunc est ⁊ future. Qđ xp̄s declarauit Matth. xxv. vbi ad regnū celorū vocaturū se dixit eos, qui misericordie opera dilexerūt.

¶ Qꝛ septem conditiones requiruntur ad hoc vt elemosyna debito modo fiat.

Capitulum.ij.

Secundū mysteriū declarandum de elemosyna đr conditio. In quo explicande sunt septē qualitates siue conditiones que notātur in v̄bis zachei dicētis Luc. xix. Ecce dimidiū bonorū meorū dñe do pauperib⁹. Ubi innuitur ꝙ elemosyna debet esse.

Primo prompta.
Secundo copiosa.
Tertio bona.
Quarto propria.
Quinto ordinata.
Sexto liberalis.
Septimo discreta.

¶ Primo elemosyna dꝫ esse prompta. Propterea đr ecce: quasi dicat zacheus ꝙ cū fieri pōt elemosyna nō est tardenda: nō differēda: nō procrastināda: sicut multi faciūt q̄ nō nisi post multas preces ⁊ diuturnū tēpus elemosynas erogare volunt. Propterea dicit sapiens Prouerb. iij. c. Nec dicas amico tuo. Uade ⁊ reuertere. Cras em̄ dabo tibi cū statim possis dare. Et Seneca libro.ij. de bñficijs. Ingratū est beneficium qđ diu inter dātis manus hesit: ⁊ vt ait Macrobius lib. ij. saturnaliū. Pars beneficij est qđ petit si cito neges. Uerūm̄ satis reprehēsibiles sunt q̄ mortē expectāt vt bona supflua quib⁹ nō egēt pauperibus tribuant. Pro q̄b⁹ facit sapiēs verbum illud sancte Lucie: q̄ sue matri dixit: Qđ moriēs das ideo das: qꝛ tecū ferre nō potes. Solet etiā deo ꝑmittēte sepius euenire ꝙ auarorū diuitū bona q̄ post mortem in pias causas distribuere

disposuerūt rapiant̄ et dilaniētur ⁊ distrahātur a parentibus a domesticis a cōsanguineis litigātibus et qñq; ab extraneis v̄sutia ⁊ calliditate illa querentibus. Quare cōsulēdum est oībus quibus supabundant diuitie vt velint ipsi p se collocare illas in celo nec expectare vt post mortē id faciāt alij: q: vt dixim⁹ sepe fallunt̄. ¶ Scdo elemosyna dz esse copiosa: ꝓpterea dixit zache⁹: dimidiū. Vñ Tob. iiij. Si multū tibi fuerit abūdāter tribue. Neq; timēda est pauptas si elemosyne ample fiant. Non em̄ deus vult superari ab aliquo de liberalitate: sicut videri pōt exēplū de hoc in. ij. dialo. lib. de Bonifacio fundeñ. episcopo. Cui ex paucis vuis vinū collectū pauperibus largienti illud miraculose multiplicauit de⁹. ¶ Tertio elemosyna debet esse bona. i. de bonis rebus nō infectis aut marcidis: propterea dixit zacheus: bonoꝝ. ¶ Quarto dz esse elemosyna ꝓpria: vt fiat de ꝓprijs bonis: nō de alienis: iō dixit zacheus meoꝝ. Unde. j. q. j. c. nō est. Greg. ait: Nō est putāda elemosyna si pauperib⁹ dispēsetur qd̄ ex illicitis reb⁹ acquirit̄. Glo. autē ibi dicit: Nō em̄ cā pietatis faciēda est iniquitas: vt pz. xiiij. q. v. c. forte. xxxij. q. iiij. c. sic non sunt. xxxiij. q. v. c. si dicat. xxvij. q. ij. c. si tu abstines. xxij. q. ij. c. ne quis. ⁊. xiiij. q. v. c. nolite. Aug. ait: Nolite velle elemosynas facere de fenore et vsuris. ⁊ in. c. elemosyna. Grego. ait: Elemosyna redēptoris nostri oculis illa placet que non ex illicitis ⁊ iniquitate cōgerit̄: sed que de rebus concessis ⁊ bene acquisitis impēditur. ¶ Quinto elemosyna dz esse ordinata: vt scz fiat ꝓ dei honore: proximi salute: et propria vtilitate: non pro vana gloria ac huius seculi pompa. Unde zacheus addidit: Dñe. i. pro tuo amore ⁊ honore: qui dicēs ei: elemosynā facio. Propterea xp̄s Matth. vj. dixit: Cū facis elemosynā uoli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciūt in synagogis ⁊ in vicis vt honorificentur ab hominibus. Amē dico vobis receperūt mercedē suā.

¶ Sexto elemosyna debet esse liberalis vt non fiat pro susceptis seruitijs. Nam sunt pleriq; qui pauperes laborare cogunt: et postea illis nomine elemosyne aliquid tribuūt: cum tamē merces laboris poti⁹ q̄ elemosyna debeat appellari: ꝓpterea dixit zache⁹: do id: idest non vēdo: sed liberaliter dono. ¶ Septimo elemosyna debet esse discreta vt detur his qui indigent: et non his qui abundant. Qd̄ dictū est propter illos qui habentes aut vicinos aut attinentes qui paupertate et egestate grauātur elemosynas faciunt ad exornandas ecclesias aut ecclesiastica ornamenta ampliāda. Qd̄ nō dānamus: nisi dum fame periri ꝑmittunt̄ ꝓximi indigētes. Propterea dicit Amb. xij. q. ij. c. aurū. Aurū habet ecclesia non vt seruet: sed vt eroget et subueniat ī necessitatib⁹. Quid est op⁹ custodire qd̄ nihil adiuuat. An ignoramus quantū auri atq; argenti de templo dñi assyrij sustulerūt. Nōne melius cōflat sacerdos ꝓ alimonia pauperum si aliqua subsidia desunt: q̄ si sacrilegus contaminet ⁊ asportet hostis. Nōne dicturus est dñs: Cur passus es tot inopes fame mori. Et certe habebas aurum vnde ministrasses alimoniaz. Cur tot captiui in captiuitatem ducti: nec redempti ab hoste occisi sunt. Melius fuerat vt vasa viuētiū seruares q̄ metallorū. His nō potes respōsuz referre. Quid enim dices? Timui ne templo dei ornatus deesset. Respōdet: auruz sacramenta non querunt neq; auro placēt: que auro non emūtur. Ornatus sacroꝝ redēptio captiuorū est. Et vere illa sunt vasa p̄ciosa que redimūt aīas a morte. Ille verus thesaurus est dñi q̄ operat̄ qd̄ sanguis ei⁹ operatus est. Et Hiero. ad demetriadē v̄ginez inq̄t: Alij eccl̄ias edificēt: vestiāt parietes marmoꝝ crustis: sed tibi aliud propositū xp̄m vestire in nudis: visitare in languentibus: et subuenire in oppressis. hec ille.

¶ Qz septē sunt opa mīe quib⁹ necessitatibus ꝓximi est subueniēdū. Cap. iij.

Tertiū mysteriū declarādū de elemosyna d̄r distinctio. Distinguit̄ equidē in elemosynas spūales ⁊ corp̄ales. Elemosyne spūales sunt cū dat̄ vel fit aliquid spūale ad subueniēdū spūali indigētie ꝓximi. Et ꝯtinent̄ in hoc v̄su. Cōsule castiga doce solare remitte: fer ora. Elemosyne corporales sunt cū dat̄ vel fit aliquid corporale ad subuentionem corporalis indigētie. Que sunt septem et continentur in hoc versu: Visito poto cibo redimo tego colligo condo. scilicet

Prima est visitare infirmū.
Scd̄a potare sitientē.
Tertia cibare esurientē.
Quarta redimere incarceratū.
Quinta vestire nudū.
Sexta recipere hospitē.
Septima sepelire mortuū.

¶ Et qm̄ corp̄ales elemosyne magis se offerūt ⁊ occurrūt necessarie: qꝛ multo pl̄es sunt q̄ corporal'r q̄ q̄ spūal'r affligunt̄: iō corp̄ales elemosynas explicabim⁹. ¶ Prima itaq; elemosyna est visitare īfirmos ⁊ tribulatos. Et de hac sapiēs Eccl'i.vij.ait: Nō te pigeat visitare īfirmū: ex his em̄ in dilectiōe firmaberis. Et Jac.j. Religio mūda ⁊ īmaculata apud deū et p̄rem hec est: visitare pupillos ⁊ viduas in tribulatiōe eoꝝ. Vn̄ in vitispatrū. Frater q̄dā īterrogauit quēdā senē di. Duo fr̄es sunt quoꝝ vn⁹ ieiunat sex dieb⁹ multū laborans: alius v̄o seruit egrotātib⁹. Cui⁹ op⁹ magis acceptum est deo. R̄ndit senex. Si frater ille q̄ sex diebus laborās ieiunat appēdat se ꝑ nares nō pōt esse equalis illi q̄ infirmātib⁹ deseruit. ¶ Secūduꝫ op⁹ mīe seu scd̄a elemosyna est potare sitiētē. Et de hoc xp̄s Mat.x.ait: Qui potū dederit vni ex mīmis istis calicē aq̄ frigide tm̄ in noīe discipuli. Amē dico vobis nō ꝑdet mercedē suā. ¶ Tertia elemosyna est cibare esuriētē. Et de hac d̄r Tobie.iiij. Panē tuū cū egenis ⁊ esuriētib⁹ comede. ¶ Quarta elemosyna est redimere captiuos. Et de hac Eccl'i.iiij. Libera eū q̄ iniuriā patit̄ de manu supbi. ¶ Quinta elemosyna est vestire nudū. Et de hac Lu.iij. xp̄s dixit: Qui hꝫ duas tunicas det vnā non habēti. ¶ Sexta est colligere hospites. Hec aūt hospitalitas multa bona fac̄: Primo ad susceptionē gr̄e p̄parat. Qd̄ figuratū est Lu.vlti.ī hoc ꝙ duo discipuli xp̄m cognouerūt cū eū ad hospitiū īuitassent. Scd̄o bona tp̄alia multiplicat: vt ptꝫ in illa vidua q̄ heliā in hospitio suo suscepit cui farina ⁊ oleū nō defecerunt.iij. Reg.xvij. Tertio a malo tp̄ali seruat. vt ptꝫ ios.ij.ī Raab que recepit nūcios filioꝝ israel: ⁊ ideo a morte saluata est. Quarto xp̄m recipit. Vn̄ in vitispatruꝫ legit̄: ꝙ quidam Martin⁹ noīe monachus valde honorabilis in suo monasterio visitationis gratia ad aliud monasterium tēdebat. Pergēs itaq; leprosum quēdam in via volētē ad suū hospitiū redire ⁊ pre lassitudine nō valentē repperit. Vir aūt dei eiusdē leprosi lassitudinē miserat⁹ pallium quo vestiebat̄ in terrā ꝓtinus ꝓiecit ⁊ expādit ac desup̄ leprosuꝫ posuit eūq; suo pallio vndiq; cōstrictū sup̄ humerum leuauit secūq; reuertēs detulit. Cūq; iam monasterij foribus appropinquaret: abbas eiusdem monasterij magnis clamare vocib⁹ cepit. Currite et ianuas monasterij citi⁹ aperite: qꝛ frater Martin⁹ venit portās dn̄m xp̄m. Statim v̄o vt Martin⁹ ad monasterij portam peruenit: is q̄ leprosus esse putabatur de collo ei⁹ exiliēs: et in ea specie apparēs qua recognosci ab hoībus solet redēptor humani generis deus ⁊ hō iesus xp̄s ad celū Martino aspiciente rediit: eiq; ascendēs dixit: Martine tu nō erubuisti me sup̄ terrā: ego te nō erubescam super celos. Qui sanct⁹ vir mox vt esset monasterium ingressus ⁊ pater monasterij dixit: Frater Martine vbi est quē portabas? Cui ille r̄ndens dixit: Ego si sciuissem q̄s erat tenuisses pedes ei⁹. Et narrabat: qꝛ dū eū portasset mini

me pōdus eiꝰ sensisset: ¶ Septima elemosyna est sepelire mortuos, Et de hac diffusius dicemus cū agemus de pietate defunctoꝝ. Ergo benigno corde impēdamus nostris ꝓximis pietatis opera vt sic valeamus in hoc seculo acquirere dei gratiā: ⁊ in futuro sempiternam gloriam: in qua viuit et regnat deꝰ per infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sabbato post Oculi: de simulato vitio adulationis quo sepiꝰ pharisei vtebātur cū xp̄o loquētes. Sermo. xlv.

Dixerūt ei: magister: Hec mulier modo deprehēsa est in adulterio. Simulantiū phariseorum verba sunt originaliter Job. viij. ⁊ in euangelio hodierno. Sequūtur plurimi venenosos mores virulētosq; modos scribarū ⁊ phariseorū: q̄ christū blāde reuerēterq; magistrum vocātes: eius tñ doctrinā nō solum spernebāt: verumetiā alijs vilē contēptibilē exosamq; reddere satagebāt. Ipsoꝝ autē vestigia retinēt adulatores qui suis mellitis verbis veritate neglecta falsitatem fouent. Eapropter in hoc sermone de vitio adulationis pulchra quedaꝫ ⁊ vtilia aperiemus: de qua tria mysteria sunt declaranda.

Primum dicitur diffinitio.
Scd̄m offensio.
Tertium remediatio.

¶ Quid sit adulatio: ⁊ qualiter pōt q̄s q̄nq; laudare aliquē cū merito: ⁊ q̄nq; cū peccato. Cap. j.

Primū mysteriū declarāduꝫ de adulatione d̄r diffinitio. In quo quid sit adulatio videamus. Et ex dictis Alexā. in. ij. volumine summe pōt sit diffiniri. Adulatio est pctm̄ ꝓueniēs ex sermone vane laudis alicui facte intētione placēdi. Pro cuius declaratione notāda sunt tria: videlꝫ ¶ Primū notāduꝫ ꝟm Tho. in scripto sup li. iiij. Et b. ꝙ circa humana colloq̄a ꝑ que maxime hoīes adinuicem cōuiuunt ⁊ conuersant̄ ꝟm nature sue proprietatē respectu alioꝝ aīalium que sibi in cibis vel in alijs hmōi cōmunicant: nō aūt in colloquijs in q̄bus ꝓprie cōsistit cōuictus humanus quoad delectare aliū vel cōtristare triplex differentia reperitur. Quidam enim sunt qui in suis colloquijs tenēt medium in laudando vel cōtristando: ⁊ tales vocātur affabiles vel amici. Quidaꝫ v̄o alij sunt q̄ tenent excessum in cōtristando: ⁊ defectum in delectando: ⁊ tales agrestes discholi vel litigiosi nominantur. Quidam v̄o alij sunt q̄ tenent excessuꝫ in delectando ⁊ defectum in alios cōtristādo: ⁊ tales placidi vel adulatores vocant̄. ¶ Primo em̄ dico ꝙ q̄dam sunt q̄ in suis colloquijs tenent medium in delectando vel cōtristando alios eo ꝙ tales delectant vel cōtristant alios sicut oportet ⁊ q̄n oportet ⁊ ꝟm alias circunstantias: ⁊ tales sunt laudabiles: ⁊ vocantur affabiles vel amici. Habens em̄ hanc virtutez affabilitatis vel amicitie q̄nq; laudat alios ⁊ delectat ꝟm ꝙ exigit debitꝰ ordo necessitatis ⁊ rationis. Quādoq; v̄o refugit delectare ⁊ eligit cōtristare: ⁊ hoc duobus modis. Uno modo ex parte ipsius qui cōtristat: puta si nō sit sibi honestuꝫ talia colloquia audire: vt cum aliquis loquitur verba turpia: vel etiam si sibi sit nociuum: puta cum alius loquitur in detrimentum eius. Alio mō ex parte illius quem contristat: puta si dicat vel faciat aliq̄d qd̄ ad ꝓpriam ipsius magnam inhonestatem pertineat: vel etiam si multum sit nociuum. ¶ Scd̄o quidam alij sunt qui tenent excessum in contristando alios ⁊ defectum in delectando: superabundāt enim in alios contristando: ⁊ volūt contrariari omnibus que dicuntur vel fiūt ab alijs: ⁊ isti agrestes vocantur. ¶ Tertio q̄daꝫ alij sunt qui in suis colloquijs tenent excessuꝫ in delectando ⁊ defectū in contristando. Hi enim in suis sermonibus ⁊ in rebus alijs quibus communicant ⁊ cōuersantur cum alijs omnia

que ab alijs dicunt vel fiūt laudāt siue bona sint siue mala ad hoc ꝙ delectabiles se eis exhibeāt ⁊ in nullo ꝯdicūt eis q̄bus conuiuunt ne eos cōtristent: existimātes ꝙ opꝫ oibus cōuiuere sine tristicia. Et tales si hoc nō faciūt ꝓpter aliud nisi ꝓpter delectationē vocātur placidi vel placēteri. Si aūt hoc faciunt ꝓpter adipiscēdā pecuniā vel quicquid aliud qđ potest pecunia estimari blanditores seu adulatores vocantur.

¶ Scđm notandū ꝙ cū adulatio cōsistat in sermōe laudis alteri exhibite vt est dictū: sic homo potest aliquē laudare bene ⁊ male ꝓut scilꝫ debite circunstantie seruant vel ꝑtermittunt. Nam pōt aliq̄s ꝟm Tho. ij. ij. q. cxv. aliquem delectare laudando eum tripliciter.

Primo vt deus honoretur.

Secundo vt proximus adiuuet ne in tribulatione deficiat.

Tertio vt virtus in ꝓximo augeatur vel vt etiā conetur in bono ꝓficere.

¶ Tunc his trib⁹ modis velle laudare aliquē vel velle placere qđ est licitum ⁊ meritoriū ⁊ ꝑtinet ad rōnē amicitie vel charitatis nec adulatio dici pōt. Alio mō pōt quis male laudare aliquē. Primo qñ laudat de aliquo sibi dubio vel incerto. Vñ Eccl'i. xj. Nō laudes virum in specie sua. In glo. Nec iuxta speciez corporis existimet qualitatem mētis. Scđo aliquis male laudat aliū quādo laudat de futuro. Vnde Eccl'i. xj. Ante mortē ne laudes quēq̄. Tertio aliquis male laudat alium de illicito. s. qñ laudat de vitio. ꝟm illud ps̄. ix. Laudatur pctōr in desiderijs anime sue. Vel ꝟm Alex. in. ij. summe. potest aliq̄s ꝑ adulationē laudari: aut respectu mali: aut respectu boni. Respectu mali duob⁹ modis. Primo laudādo malū tanq̄ bonū Scđo malum diminuendo. Respectu boni fit ponendo et laudando bonum esse quod nō est: aut augēdo bonum et laudādo ipm magis q̄ sit. ¶ Tertium notādū ꝙ adulatio aliqñ est pctm̄ veniale: aliqñ mortale. Veniale pctm̄ est tribus rōnib⁹ ꝟm Alex. ⁊ Tho. Prima ratio est cū aliquis adulat sola auidi[illegible]te alios delectādi ⁊ nō intētione noc[illegible]di. Scđa est cū aliquis adulat sola intētione vitandi aliquod malū sine alterius detrimēto. Tertia cū aliq̄s adulatur ītētiōe ꝯsequēdi bonū aliqđ necessariū. Sed pctm̄ est mortale duab⁹ rationib⁹. Primo rōne criminis cū s. [illegible] aliquē laudat de pctō. Talis agit [illegible] charitatē ꝓximi: q̄ prebet ei occasionē in malo ꝑseuerandi. ꝓpterea Aug. [illegible] illo verbo ps̄. ix. Laudat peccator [illegible] ait: Hec est magna ira dei vt desit correctio: ⁊ adsit laudatio. Adulantiū enim lingue ligāt animas in pctis. Delectat em̄ illa facere in quibus nō solū metuitur reprehēsor: sed etiā laudatur pctō. Scđo adulatio est peccatū mortale ratione intētionis: cū aliquis adulat [illegible] cui hac intētione ⁊ fine: vt fraudulēter siue corꝑaliter siue spūaliter ei noceat.

¶ Qualiter se habet adulatio in cōparatione ad homicidiū ⁊ ad detractionē et ad illū cui fit. Capm. [illegible]

Secundū mysteriū contemplandum de adulatione dr̄ offensio. In quo aperiendum est q̄ grauiter offendit et peccat adulator. Et ad hoc clarius intelligēdū tria dubia disputemus. ¶ Primum dubium: Vtrum pctm̄ adulationis sit grauius pctō homicidij? Et rñdet Alex. ꝙ adulatio et homicidiuꝫ in grauedine se habēt sicut excedētia et excessa. Qđ pꝫ q̄ homicidiū est grauiꝰ pctm̄ adulatione duplici ratione. Prima est: q̄ lingua adulatoris nō nocet efficaciter sicut gladius persecutoris. Qđ pꝫ: q̄ gladiꝰ persecutoris effectiue occidit quasi sufficiēs cā mortis. Lingua autē adulatoris non ita efficaciter nocet: q̄ nullus pōt esse alteri sufficiēs causa peccādi. Ergo cum gladius persecutoris sit causa mortis efficiēter: et lingua adulatoris sit cā peccādi nō efficiēter sed occasionaliter: ideo homicidiuꝫ est grauius peccatum adulatione. Scđa ratio est: q̄ malum

irrecuperabile est grauꝫ malo recuperabili: sed nocumētū homicidij est irrecuperabile: nocumētū ꝙo adulationis est recuperabile: ergo ꝛc. Et alia ꝙo parte adulatio est grauꝫ pctm̄ homicidio duplici rōne. Prima est: qꝛ pctm̄ quāto est magis nociū in pcciosioꝝ rebꝫ tāto grauius est: sed lingua adulatoris plus nocet in pcciosioꝝ bonis: scilz in bonis spūalibus ꝙ gladius persecutoris ꝙ nocet in coꝛporalibꝫ tm̄: ergo ꝛc. Scōa ratio est: qꝛ peccatū quāto occultius nocet ꝛ minus caueri pōt: tāto est grauius: sed peccatū adulationis occultius nocet. Magis em̄ pōt caueri a manu persecutoris ꝙ a lingua adulatoris: ergo ꝛc. ¶ Secundū dubiū: vtrū adulator ita grauiter peccet sicut ille cui adulatur. Rñdet Alexā. vbi. s. duobus modis. Primo simpliciter et absolute sine aliqua distinctione: ꝙ ille qui adulatur alteri ꝛ nocet ei: plus peccat ꝛ plus nocet sibi ꝙ illi cui adulatur. Ratio est: qꝛ sibi nocet tanꝙ sufficiēs causa peccādi. Alijs aūt nocet ꝛ est cā peccati occasionaliter tm̄. Scōo respōdetur cū distinctione. Nā distinguēdum est de illo cui aliquis adulatur. Aut em̄ ille nō assentit adulationi: aut assentit. Primo cum quis nō assentit adulationi: tūc adulator peccat mortaliter ex intētione inducendi illum ad peccatū moꝛtale quātuz in eo fuit: ilz ille adulationi non assentiret. Scōo ꝙo cū aliqs adulationi ꝓsentit ꝛ acqescit: tūc de tali distinguo. Qꝛ est q̄daz qui decipit credēdo adulatori plus de seipso ꝙ sibi: ꝛ talis cū decipit ab adulatore: minꝫ peccat ꝙ adulator. Est alius q̄ nō solū credit adulatori: sed etiā fouet ipm̄ ꝛ pcurat vt fiat adulatio: ꝛ talis pꝫ peccat ꝙ adulator. ¶ Tertiū dubiū: vtrū adulatio maius sit peccatū ꝙ detractio. Respōdet Alex. ꝙ detractio est grauius pctm̄. Primo ex parte radicis: qꝛ detractio ex deteriore radice surgit ꝙ adulatio. ſ. ex odio ꝛ ex inuidia: in q̄bus detractor similitudinē diaboli tenet. Adulatio ꝙo ex libidine placendi procedit vel ex vanitate coꝛdis.

¶ Scōo detractio est grauius pctm̄ ꝙ adulatio ex parte finis: qꝛ adulatio intēdit magnificare nomen: detractio ꝙo nitit auferre vel deprimere nomen: vel adulator q̄rit delectationē eiꝫ cui adulat: detractor ꝙo q̄rit diffamationē eiꝫ: cui detrahit. Dz nescio q̄d dicā de adulatione q̄n tot inueniunt adulatores: tot etiā adulatoribus aures benivolas accōmodātes: quo fit vt veritas cōculcetur: ꝛ malicia superabūdet.

¶ De tribus remedijs q̄bus est vtēduz vt euitentur fraudes ꝛ deceptiōes adulatoꝝ. Cap. iij.

Tertiū mysteriū declarandus de adulatione ꝺr remediatio Possunt em̄ tria remedia cōtra adulatores opponi.

Primū est deceptionis ꝓsideratio,
Scōm bone ꝓscie cōditio,
Tertiū ꝓprie miserie inspectio.

¶ Primū remediū est deceptiōis ꝓsideratio. Ab illo em̄ semp cauēdū est q̄ semper decipit: sed ois adulator est talis. Ūñ Aug. sup psalmistam. Adulatio est fallaci laude seductio. ꝛ idē sup psalmistaz. Plus persequitur lingua adulatoris ꝙ manus persequētis. ꝛ Piero. sup psalmistam. Nihil est qđ taz facile coꝛrumpat mentes hominum sicut adulatio. Plus em̄ nocet lingua adulatoris ꝙ gladius persecutoꝝ. ꝛ Beda sup Lucam. Ipsa pctī nutrix adulatio est: que sicut oleū flāmis: ita in culpa ardētibus solet administrare fomētū. ꝛ Lassio. in eplis. Adulatio blāda oīmibus applaudit: oībus salue dicit: pdigos vocat liberales: auaros: parcos: sapiētes: lasciuos: curiales: garrulos: affabiles: obstinatos: constantes: pigros: maturos: ꝛ graues: hec sagitta leuiter volat: cito infigit. ꝛ Gene. ad Lucil. Malū hominē blāde loquētē agnosce tuū laqueū esse. Dz em̄ suū venenū blāda oratio. ꝛ Prouer. j. Si te lactauerint pctōres ne acquiescas eis. ¶ Secundū remediuz est bone ꝓscie cōditio. Nā bona ꝓscia sem-

per minus existimat de se. Propterea xp̄s Lu.xvij.dicit: Cū feceritis oīa que p̄cepta sunt vobis dicite: serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecim⁹. ⁊ Augustinus di.v.c.ad eius. Bonaruz mentiū est ibi culpas suas cognoscere vbi culpa nō est. ¶ Tertiū remediū ꝯtra adulationē est ꝓprie miserie inspectio: vel recognitio. Vñ Greg.xj.q.iij.c.inter verba.ait: Inter verba laudantiū siue vituperātiū ad mētē recurrendū est. Et si in ea nō inuenit̄ bonū qđ de nobis d̄r magnā tristiciā generare dz. Et rursus si in ea nō inuenit̄ malum qđ de nobis hoīes loquunt̄: in magnā leticiā debemus prosilire. ⁊ Gene.ad Lucil. Intus teipsum cōsidera nō qualis sis alijs credas. Et idē ad Lucil. Alexāder cū in obsidione cuiusdā vrbis circūisset muros: ictu sagitte ꝑcussus cū represso sanguine sicci vulneris dolor: cresceret ⁊ crux obstupuisset. Oēs inq̄t iurāt me esse filiū iouis: sed vulnus hoc me hoīem esse clamat. Verūtñ hodie verificat̄ dictum Hieronymi ad sabinianuz. vbi ait: Naturali ducimur malo ⁊ adulatorib⁹ nostris libēter fauemus: ⁊ q̄q̄ respōdeamus nos indignos ⁊ calidus rubor ora ꝑfundat: tñ ad laudē summā intrinsec⁹ aīa letat̄. Iccirco vt dixi pauloante. Lāguet veritas ⁊ iusticia cōculcat̄: q̄r adulatio apud viros magnos ⁊ seculi hui⁹ potētes obtinet magnū locū. Abstineamus igit̄ nos ab hoc dānabili vitio: vt mereamur in hoc seculo participes fieri diuine gr̄e: ⁊ ī futuro sempiterne glorie: in qua viuit gl̄iosus deus ꝑ infinita secula scl̄oꝝ. Amen.

¶ Dñica Letare in mane de sacro cultu dierū festoꝝ illorumq̄ debita veneratione. Sermo.xlvj.

Erat proximū pascha dies festus iudeorum. Scribunt̄ hec verba Job.vj. ⁊ in euāgelio presentis dñice. Magnificat euangelista miraculū factū a xp̄o dum satiauit ex paucis panib⁹ atq̄ piscicul[illegible] tot milia hoīm ꝓpter circunstātiā [illegible] festi. Cū v̄o inter xp̄ianos sacroꝝ [illegible] obseruantia religiosa penitus sit [illegible] cta: q̄bus merito cōuenire pōt. qđ [illegible] j.dñs ait: Kalēdas vr̄as ⁊ solēnitates vr̄as odiuit aīa mea. Facta sunt [illegible] molesta: laboraui sustinēs. Et cū [illegible] deritis manus vr̄as auertā oculos [illegible] os a vobis. Iccirco in p̄senti sermone [illegible] reformatione presentiū de festis [illegible] tractaturi: de q̄bus tria mysteria principalia declarabimus.

Primū d̄r approbationis.
Scd̄m determinationis.
Tertiū obseruationis.

¶ Qr vsus sacroꝝ festoꝝ approbat̄ ⁊ [illegible] mendat̄ a gentilibus: a iudeis: ⁊ a christianis. Cap.j.

Primū mysteriū de festis declarandū d̄r approbationis. Nā sunt multi asserentes [illegible] nū esse vel inutile obser[illegible] ⁊ celebrare festa: q̄bus [illegible] vsum approbatū tripl̄r ostēdemus.

Primo per gentiles.
Scd̄o per iudeos.
Tertio per xp̄ianos.

¶ Primo ostēdimus vsuz festoꝝ approbatū ꝑ gētiles. Ipsi nāq̄ lz s̄m errores suos festa tñ solēniter celebrabant. [illegible] Varro in vltimo volumine rerū diuinaruz narrat: ꝙ romani prima die ianuarij celebrabāt festū iani. Janus v̄o fuit q̄dā qui regnauit in partibus illis vbi est roma: a quo mons ianiculus dictus est. Et ex dictis Ouidij de fastis colligitur ꝙ eodē mēse celebrabāt festū minerue q̄ erat dea belloꝝ. Et ꝙ in februario habebant festū dee felicitatis ⁊ festum Fauni quē dicebāt deū mōtiū. In martio agebāt festū martis dei bellorū. In aprili festū fortune: quā dicebāt deā. In maio festū dee flore q̄ fuit ministra veneris: ⁊ dicebat̄ habere potestatē super flores. Erāt eis ⁊ alia festa q̄ causa breuitatis omitto. Pro q̄b⁹ dicebat Tibullus. Luce sacra req̄escat hum⁹ req̄escat

aratoꝝ. Et graue ſuſpẽſo vomere ceſſet opus. ⁊ Geñ. ad Lucil. Feſtis maxime dieb⁹ aĩo imperãdũ eſt: vt tũc voluptatib⁹ ſolus abſtineat: cũ in illas oĩs turba ꝓcubuit. ¶ Scõo oſtẽdimus vſum feſtoꝝ approbatuꝝ eſſe ꝑ iudeos. Ipſis enĩ feſta cuſtodiẽda frequẽter ꝓcipit deus. Vñ Leuiť. xix. ait: Sabbata mea cuſtodite: ego dñs deus veſter. ⁊. xxvj. c. Ego ſum dñs de⁹ veſter. Cuſtodite ſabbata mea: ⁊ pauete ad ſanctuariũ meũ ⁊ Deuť. v. Obſerua diẽ ſabbati: vt ſcտifices eũ. ⁊ Exo. xvj. de mãna colligẽdo dixit: Sex diebus colligite: in die aũt ſeptimo ſabbatũ eſt dñi: iccirco nõ inuenietis. ⁊ Iere. xvij. Sctificate diẽ ſabbati ſicut ꝓcepi ꝓribus veſtris. ⁊ Eſa. lvj. Oẽm cuſtodientẽ ſabbatũ ne polluat illud: ⁊ tenẽtẽ fedus meũ adducã in montẽ ſctũ meũ: ⁊ letificabo eos in domo orationis mee. ⁊ Ezech. xx. Ego dñs deus veſter. Jn ꝓceptis meis ambulate ⁊ iudicia mea cuſtodite ⁊ facite ea: ⁊ ſabbata mea ſctificate: vt ſit ſignuꝝ inter me ⁊ vos: ⁊ ſciatis q; ego dñs. Pro declaratione tñ huius vocabuli ſabbatũ notãdũ ꝙ aliter denoĩank dies a gẽtilib⁹: aliter a iudeis: aliter ab eccleſia. Gentiles etenĩ denominant dies a planetis. Et hoc dicit Alb. magnus in ſuo introductorio ĩ aſtronomia: ꝙ ſapiẽtib⁹ egyptijs ⁊ chaldeis viſuꝝ eſt ꝙ luna dominaret in prima hora diei lune: iõ diẽ illã vouerũt denoĩare ab ipſa luna. Et ꝙ mars dñaret in prima hora diei martis. Et mercurĩ⁹ in prima hora diei mercurij. Et iuppiter in prima hora diei iouis. Et venus in prima hora diei veneris. Et ſaturnus in prima hora diei ſabbati. Et ſol in prima hora diei dñice. Et ſic ſm ꝓdictos ſeptẽ planetas ſeptẽ dies hebdomade noĩabant. Hebrei denominabãt dies dicẽtes prima ſabbati. ſ. dominica die q̃ſi die prima poſt ſabbatum. Jxta illud Mat. xxviij. Veſpere aũt ſabbati q̃ luceſcit in prima ſabbati Et ſequentẽ diẽ dicebãt: ſcõa ſabbati: ⁊ ſic ordinate alios tertia ſabbati ⁊c. vſq; ad ſeptimũ diẽ quẽ apellabãt ſabbatũ. Qõ ſm magiſtrũ in hiſtoria ſcholaſtica ⁊ Damaſcenũ iterũ taĸ requies: eo ꝙ illo die requieuit dñs ab oĩ ope qõ patrarat: vt habeť Geñ. ij. Oñq; etiam apud Hebreos tota hebdomada dr̃ ſabbatũ. iuxta illõ Lu. xviij. Jeiuno bis ĩ ſabbato. Septimũ tñ diẽ ꝓprie dicebãt ſabbatũ quẽ ipſi ſctificabãt: ⁊ vltra iſtum diẽ habebãt ipſi iudei alias ſolẽnitates Eccl̃ia aũt denoĩat dies dicẽs diẽ dñicum: de quo plenius in ſequẽtibus dicemus: ⁊ diẽ ſequentẽ ſcõam feriã: aliũ tertiã: aliũ quartã: aliũ q̃ntã: aliũ ſextã: ⁊ ſequentẽ diẽ ſabbati. ¶ Tertio oſtẽdimus approbatũ vſuꝝ feſtoꝝ ꝑ xp̃ianos. Nã ſctã mater eccl̃ia ſtatuit ſub ꝓcepto aliquos dies feſtos a fidelibus celebrãdos q̃ ponunť ꝓ maiori parte: de ꝓſe. di. iij. c. ꝓnũciãdũ. ⁊ ex̃ de ferijs. in. c. cõqueſtus. Vi ſunt oẽs dies dñici ꝑ totuꝝ annum. Natiuitas dñi: ſcti Stephani: Jobis euãgeliſte: Jnnocentũ: ſcti Silueſtri: Circũciſio dñi: Epiphania. Tres dies reſurrectionis: Aſcẽſio dñi. Pentecoſtes cũ duobus diebus ſequentibus. Quattuor ſolẽnitates ꝓncipales beate marie virginis. ſ. natiuitatis: purificationis: annunciationis: ⁊ aſſumptionis ei⁹. Natiuitas Jobis baptiſte: duodecim apl̃oꝝ: ſcti Laurẽtij: Dedicatiõis ſcti Michaelis: oĩm ſctõꝝ: ⁊ ſcti Martini. Celebrande ſunt etiã ille feſtiuitates quas ſinguli eꝑi cũ ſuo clero populo indixerint celebrãdas. Jnſuper de cõ ſe. di. iij. in. c. crucis. Statuit Euſebius ꝙ feſtũ crucis in tertia die maij ſolenniter celebretur. Jn clemẽtina. Si deũ de reli. ⁊ vene. ſan. mãdatur celebrari feſtum corporis xp̃i. Sunt ⁊ alia feſta ꝑ conſuetudinẽ eccleſie totius ĩtroducta ſicut ſancti Nicolai: ſancti Anthonij abbatis: ⁊ quedam alia que ſm moꝛez patrie celebranda ſunt. Quare religioſus laudabiliſq; apparet ſanctoꝝ feſtoꝝ vſus.

¶ Quare ſabbatum mutatum eſt in dominicam: ⁊ cur alia feſta ſunt ſuperad-

dita: ⁊ de peccato illarum qui festa nō custodiunt. Cap̄.ij.

Secūdū mysteriū de festis declaranduz dr̄ determinatio. In quo determinate dubitare cōtingit circa q̄dā non immerito aperiēda: ⁊ maxīe vt iudeis nos rep̄hēdētibus rn̄dere valeamus. Dubitat̄ ergo de tribus.

Primo de sabbati mutatione.

Scd̄o de festoꝝ additione.

Tertio de pctō ⁊ offensione.

¶ Primo dubitat̄ de sabbati mutatione. Nā vt ptz ex dictis: deus mandauit sabbatū custodiri. Exo. insup. xx. dixit: Memēto vt diem sabbati sctīfices. Dicūt ḡ iudei. Cur ecc̄lia sabbatū mutauit in dn̄icā? Rn̄det Alex. de al. in. iij. volumine sum. ꝙ hoc factū est iuste ⁊ sctē ꝓpter tria.

Primo propter declarationem mysteriorum.

Scd̄o ꝓpter exclusionē erroꝝ.

Tertio propter multitudinem priuilegiorum.

¶ Prima rō est ꝓpter declarationē mysterioꝝ. Nā assignatio septime diei est pure cerimonialis: ⁊ oēs cerimonie veteris legis vt diximꝰ in sermone de obedientia dei: vmbra erant ⁊ figura legis gratie ⁊ euāgelij. Scd̄m aūt Augu. in iiij. sup Gen̄. ad lr̄am dici ꝓbabiliter potest obseruādū sabbatū iudeis fuisse p̄ceptū in vmbra futuri q̄ sp̄ualē requiez significabat: cuius q̄etis ipse dn̄s iesus xp̄s: q̄ nō nisi qn̄ voluit passus est: in sepulture sue mysteriū cōsummauit. Cuz ergo ꝑ sepulturā xp̄i figura sit adimpleta: nō est amplius necessariū diē sabbati custodire q̄nimmo solēnizare. i. ī sabbato festū facere more iudeoꝝ ꝓhibitū est ⁊ pctm̄. Unde de ꝯse. di. iij. c. ꝑuenit. Grego. ait: Peruenit ad me quosdā perner si sp̄us hoīes: praua īter vos aliqua ⁊ sctē fidei aduersa seminasse. Ita vt in die sabbati aliq̄d operari ꝓhiberēt: q̄s q̄d aliud nisi antixp̄i p̄dicatores dixerimus? q̄d veniēs diē sabbatū atq̄ dn̄icum ab oī faciet ope custodiri. Qr enim mori se ⁊ resurgere simulat haberi vult in veneratiōe dn̄icū diē. Et qr ꝑplm̄ iudaizare cōpellit: vt exteriorē ritū legis reuocet ⁊ sibi iudeoꝝ ꝑfidiā subdat: coli vult sabbatū. ¶ Scd̄a rō quare nō seruat̄ sabbatū sed mutatū est in dn̄icā est ꝓpter exclusionē erroꝝ. Nā gētiles dn̄ica die cōsueuerāt colere ⁊ adorare solē. Ut itaq̄ ab hoc errore retraherent̄ sancta mr̄ ecc̄lia statuit diē dn̄icā sctīficandū. ¶ Tertia rō quare sabbatū mutatū est in dn̄icā: est ꝓpter multitudinē priuilegiorū. Ut em̄ dr̄. lxxv. di. in. c. qd̄ die dn̄ico. Dies dn̄ica tātis diuinarū dispēsationū mysterijs est ꝯsecrata: vt q̄cq̄d a dn̄o insigne est cōstitutū ī huius diei dignitate sit gestū. In hac mūdus sum psit exordiū. In hac ꝑ resurrectionem ⁊ mors interitū: ⁊ vita cepit principiū. Et de ꝯse. di. iij. c. sabbato. dr̄: Diē dn̄icā ob venerabilem resurrectionē dn̄i nr̄i iesu xp̄i: nō solū in pascha celebramus: verū etiā ꝑ singulas quasq̄ hebdomadas ipsius diei imaginē frequentamus. Colligunt̄ em̄ duodecim priuilegia diei dn̄ice. Primū est qr fuit prima oīm dierū. Scd̄m qr erit vltimus dies p̄ntis vite in scl̄i huius fine. Tertiū est qr illā malla p̄cessit nox. Quartū qr sicut infra patebit: nulla ei nox subsequet̄. Quintum qr in ea creauit celū ⁊ terrā deꝰ. Sextū qr in ea oēs angeli a deo creati sunt: et boni in celo gl̄ificati fuere: ⁊ mali de celo expulsi sunt. Septimū qr ꝑm Orosiū in die illa primo p̄cepta sunt data filijs israel. Octauū qr in illa die incarnatus est xp̄s. Nā vt testat̄ magister historiarū. Et die qua dixit deus fiat lux: visitauit nos oriens ex alto: ⁊ xp̄s incarnatus est. In huius mysteriū ⁊ figurā datuz fuit māna in dn̄ica die. sicut ait Origenes sup exodū. Nonū qr in die dn̄ica xp̄s destructis inferni claustris captiuā ducens captiuitatē ac sct ōrum aīas de limbo eripiēs triumphaliter surrexit a mortuis. Decimū qr in dn̄ica die erit resurrectio mortuoꝝ: ⁊ reddet vnicuiq̄ iu

rta opa sua. Undecimū qz in die dñica spūssctūs ī linguis igneis missus est in aplos. Duodecimuz qz in dñica die erit initiū ⁊ cōtinuatio fine fine laudū dei ⁊ dñi nr̄i ihesu xp̄i. Scō dubitaf de festoz additione: cur videz superaddita sunt vltra diē dñicum alia festa Et assignari pōt tripler rō.

Prima ōr cōfutationis.
Scōa gratificationis.
Tertia imitationis.

¶ Prima rō ōr cōfutationis. Superaddita sunt sctōz festa vt confutaref error eoz q̄ dixerūt añ diē iudicij alias sctōs nō cōscēdere celū. Ad ostēdendū q̄ tales mentiunf statuit ecclia sctōs suffragia ⁊ patrocinia in eorū solēnitatibus implorari: p̄dicāo ⁊ cōtestās illos in celo regnare cū xp̄o. Ad hūc etiā errorem eliminādū ecclia cantat. Gaudēt in celis aie sctōz q̄ xp̄i vestigia sunt secuti. Quod etiaz colligi potest ex dictis scripture atq; doctorū sctōz. Nā Lu. xxiij. xp̄s dixit latroni. Hodie mecū eris ī paradiso. ⁊ glo. sup illo verbo Lu. xj. Pueri mei mecum sunt in cubili. ait: Pueri sunt apli q̄ sunt in eterna requie. ⁊ Gregō. in. iiij. dial. Justoz aie mor vt huj carnis claustra exeūt in celestibus sedibus recipiūtur. ⁊ ex̄ de cele. miſ. c. cum marthe. §. tertio loco. ōr: De sanctis oibus sentiendū est q̄ nō indigeāt oroni bus nostris p eo q̄ cū sint pfecte beatitudo eis succedūt advotū. ⁊ ex̄ de baptiſ. ⁊ eius effec. c. debitū. scribif sic. Judeus seipsuz baptizans si cōtinuo decessisset ad patriā ptinus evolasset. ⁊ de peni. di. vij. c. qui egerit. ōr: Quicūq; bñ post penitentiam vixerit sicut ante penitentiam viuere debuit post recōciliationē quandocūq; defunctus fuerit ad deum vadit: ad requiē vadit ⁊ regno dei non ptiuabitur. ¶ Scō superaddita sunt alia festa propter gratificationem. Naz ex debito gratitudinis cōmemorare debemus bñficia nobis collata sicut sunt beneficia natiuitatis: passionis: ascensionis: ⁊ cōsimilium festiuitatum. In solennitatibus etiam beate Marie virginis feriandū est ꝓpter summas pfectiones quas in se habuit propter innumeras gr̄as quas ipsa impetrante suscipimus. Ceteras vo solennitates sctōrum quas statuit ecclesia catholica celebrari obseruare insup obligamur: qz ⁊ ipsi impetrant nobis misericordiā dei. Unde Dauid in ps. cxx. ait: Leuaui oculos meos in mōtes: vñ veniet auriliū mihi. In mōtes. i. in sctōs. ¶ Tertia rō quare vltra diē dñicum supaddita sunt festa sctōz est ꝓpter imitationē. Ut in eorū solennitatibus illoz gesta recolētes: conemur eos quantū possumus imitari. Jō Aug. in sermōe de martyribus ait: Quotiēscūq; fratres charissimi ⁊c. sanctoz martyrum solēnia celebramus ita ipsis intercedētibus spectemus a dño cōsequi talia bñficia: vt ipsos martyres imitando accipere mereanf eterna. Ab eis enī in veritate sctōz martyrum festiua gaudia celebrantf: q̄ ipsoz martyrum exempla sequunf. Solēnitates enim martyrum exhortationes martyrioz sunt vt imitari nō pigeat q̄ celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cum sctis ⁊ tribulatiōes mūdi nolumus sustinere cū illis. Qui enī sctōs martyres vel inquātū potuerit noluerit imitari ad eoz btitudinē nō poterit puenire. ¶ Tertio dubitaf de pctō ⁊ offensione: vtrū peccēt mortaliter nō seruātes festa. Et respōdeo q̄ fic: qz faciūt cōtra p̄ceptuz dei. Hinc est q̄ in veteri lege: vt habef Nume. xv. Cum inuētus esset hō colligēs ligna in die sabbati: p Moysen ⁊ Aaron reclusus est in carcerem. Dixitq; dñs ad Moysen. Morte morief hō iste: obruat eū lapidibus oīs turba extra castra. Cūq; eduxissent euz foras obruerunt lapidibus: ⁊ mortuus est sicut p̄ceperat dominus. Potest tamē aliquis si laborat aut aliquid aliud faciat diebus festis excusari a pctō ꝓpter tria. Primo propter necessitatē: vt ps ex̄ de ferijs. c. cōquestus. ⁊ in glo. ibi sup vbo necessitas vrgeat ōr: puta si res

esset peritura. Et sunt plura exēpla. ff. de ferijs. l. j. ij. ⁊. iij. Et vbi res celeritatē desiderat. ff. de dāno infec. l. j. ¶ Secundo excusantur laborantes in festis ꝓpter pietatē. puta ꝟm glo. in preall'. c. cōquestus. cā debiliū personaruz: qꝛ in operibus mīe: dierū distinctio non est habēda: vt patet. lxxvj. dist. vtinā. ⁊ de cōse. di. v. c. nūq̄. ¶ Tertio excusantur laborātes dieb⁹ festis propter modicitatē: qn̄ scilicz opus modicū esset ⁊ paruū: qꝛ ꝟm theologos. Quod modicum est ratio apprehēdit quasi nihil. Sed quis explicet quātus in xp̄ianis circa festoꝝ sanctificationē inueniatur abusus: Nā cupiditate ⁊ auaricia ducti diebus festis mercata frequētant ⁊ nūdinas. quod ꝓhibetur in. c. j. ex̄ de ferijs. Nonnulli etiā absq̄z necessitate vēdunt ⁊ emunt missas et alia officia negligētes conducūt merces in curribus eq̄s ⁊ mulis: ⁊ faciunt alia opera seruilia non sine pctō. Nec illud peccatum leue putandū est: quo ingratus et miser homo dedignatur reddere deo partem temporis sibi concessi.

¶ Qualiter festa seruanda sunt cuz deuotione cordis oris ⁊ operis: qd̄ tamē a xp̄ianis multis non fit immo videtur contrarium. Capitulum. iij.

Tertiū mysteriū de festis d̄r obseruationis. Obseruanda sunt festa a fidelibus cū omni deuotione: et sanctificanda tripliciter.

Primo corde.
Secundo ore.
Tertio opere.

¶ Primo sunt sctīficanda festa corde: vt vnusquisq̄z memor sit dei et beneficiorū eius. Nā in precepto solo de sanctificatione sabbati positū est hoc vocabulū memēto: ad denotandū ꝙ tali die ad spūalium contēplationē anim⁹ sit reuocādus. Hinc Isidorus ait: Purgādus est primo animus atq̄z ad tpalium rerū cogitationib⁹ segregandus: vt pura acies cordis ad deū vere ⁊ sim pliciter dirigat̄. Optima aūt est regula a nobis tradita in tractatu de virtutibus ⁊ in ꝟmone de prudētia: in qua ponūtur septē de quib⁹ vnusq̄sq̄z memor esse debet. Insup ꝟm quosdā cum preceptū de sanctificatione festi sit affirmatiuū ⁊ obliget semper: sed nō ad semp: tenetur hō ex debito die dn̄ico vl' semel in hebdomada deo vacare atq̄z deū recognoscere in aliqua hora: sed non in qualibet: aliter peccat mortaliter. Proīde qui est in mortali culpa et nō conterit̄: vel dat operā vt conteratur ī die dn̄ico: de nouo mortaliter peccat: qꝛ transgreditur diuinū preceptū quo ꝑcipitur diebus dn̄icis esse vacandum deo: ⁊ maxime cōteri oportet cōgruis horis: vt puta dū d̄r missa vl' dicuntur vespere. Tenentur aūt ad propositum cōfitendi ⁊ satisfaciēdi loco ⁊ tempore opportuno. Quod q̄ non seruat ne ueꝫ incurrit culpaz transgressionis ꝑcepti de sanctificatione sabbati atq̄z obseruatione in ꝓpria culpa. ¶ Scd̄o festa sunt sctīficanda ore: vt in ipsis oremus ⁊ laudemus deū sibiq̄z de susceptis beneficijs gratias referam⁹. Unde de cōse. dis. iiij. c. ieiunia. dicitur: Die dn̄ica nihil aliud agendū est: nisi deo vacandū. Nulla operatio in illa die sctā agatur nisi tm̄ hymnis ⁊ psalmis: ⁊ canticis spūalibus dies transigat̄. ¶ Tertio sctīficanda sunt festa opere: visitando ecclīas: audiendo diuina. De auditiōe v̄o missarum dicā diffusius in sermone de missa. Sed vhe mundo a scandalis: qꝛ xp̄iani diebus festiuis magis inhonorant deū et sanctos q̄ diebus alijs. O quot pōpis: quot vanitatib⁹: quot fatuositatib⁹ in diebus festiuis ornatur corpus: ⁊ confundit̄ spiritus. Tunc quidē felicior est qui exquisitori excessu bellū ordinat cōtra deū. Tunc mulieres emula consertatione insano studio ac conatu altera alteram in vanitatib⁹ superare contendit. Tunc gestant stellas ac laminas aureas vel argēteas vario fulgore splēdētes necnō

perlatū torques cingētes collū: ⁊ silia. Tunc in ecclesijs dei mala plurima ꝑpetrant. Tunc insistūt hoīes ꝓhibitis ludis. Tūc mulieres chorcis vocant et dissolutionib⁹. Propterea dr de consc. di. iij. c. irreligiosa. Irreligiosa ꝓsuetudo est quā vulgus ꝑ sctōr solēnitates agere ꝓsueuit. Populi q̄ deberent officia diuina attēdere: saltatiōib⁹ turpibus inuigilāt: cātica nō solū mala canētes: sed etiā religiosoꝝ officijs ꝓstrepunt. Sūt ⁊ alia plurima q̄ cōmitti solent tpibus deor sanctis dicatis: Nos ño conemur ab illis oīb⁹ abstinere: solennitatesq̄ sacras reuerēter ac debite celebrare: ficq̄ impetrabim⁹ in hoc seculo dei grām: ⁊ in futuro sempiternaz gloriā: ad quā nos ille perducat q̄ viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Dominica Letare. de pietate quā vini exhibere debent mortuis ac defunctis. Sermo. xlvij.

Accepit ergo iesus panes et cū grās egisset distribuit discūbentib⁹. Scribunt hec verba Joh. vj. ⁊ i euangelio hodierno. Qui de celo descēdit i vterū ṽginis sola charitate mor: ipse verbo pariter ⁊ exēplo docuit nos sup oīa erga nros ꝓximos benuolentiaz: pietatēq̄ seruare. Ecce i ꝓpto est sacra lectio euāgelica in qua narratur q̄ benigne: q̄ clemēter famelicā turbam ꝛps pauit in deserto. Nos ño si regni ei⁹ ac beatitudinis voluerim⁹ participes esse debem⁹ quātū possumus ꝓximoꝝ nostroꝝ indigentiā: miseriāq̄ releuare. Qm̄ aūt circa defunctos multi sunt inhumani atq̄ crudeles: cū in superioꝝ⁹ direrimus de mia viuis exhibēda: iccirco in p̄senti sermone de pietate q̄ mortuis atq̄ defunctis debetur erimus locuturi. Distinguem⁹ ño hāc in tres partes principales.

Prima dr sepulture exhibitio.

Scda testamētoꝝ executio.

Tertia suffragioꝝ cōicatio.

¶ Cr defunctoꝝ corpora sunt sepelienda: ⁊ qualr ecclīastica sepultura ꝓdesse potest vel obesse. Laplm. j.

Prima pars pietatr q̄ debet defunctis dr sepulture exhibitio: ⁊ ꝑ hui⁹ declaratione tria dubia sunt disputāda.

Primū vtrū defunctoꝝ corpora sint sepelienda.

Secundū vtrum ꝓsit morientib⁹ ecclesiastica sepultura.

Tertium vtrū obsit in peccato mortali decedentibus.

¶ Circa primū dubiū posset aliquis arguere q̄ corpora defunctoꝝ nō sunt sepelienda. Nā dicit Vergīl. Facilis iactura sepulcri. Et Sen. de remedijs fortuitorū. Si nihil sentio non ptinet ad me iactura corporis in sepulcro. Et idē in lib. de trāquillitate animi minabat Theodoro pbo mortē i sepultā. Cui respondet. Sanguis in tua ptāte est: sed te ineptum dico si putas mea interesse supra terrā an infra putrefieri. Inquit etiā Tullius in q̄stionib⁹ tusculanis: q̄ Socrates ⁊ Anaragoras crediderunt sepulturas superuacuas: nihilq̄ mali atq̄ inhonesti esse iacere cadauer squalidū abiectū ⁊ inhumatū: quē ritū seruabāt Laspij oēs: Diogenes insup. Cinicus iussit se inhumatū ꝓjci volucribus canib⁹: ⁊ feris dicēs: Quid ferarū mihi nil sentienti oberit laniatus. Refert adhuc Eusebi⁹ li. j. de euāgelica ꝓparatiōe: q̄ hircani rapacis gīnis amb⁹ ꝓjcere defunctoꝝ corpora ꝓsueuerūt.

¶ Sed ꝺ tales dānatos mores: inhumanasq̄ sentētias est oīs scriptura tā sctōr q̄ moraliū pboꝝ. Vñ Sen. xxij. laudat de pietate Abraā qui sepeliuit Sarrā mortuā in hebron in terra chanaan: ⁊ sepeliuit eā in spelūca agri. Et Sen. xxv. et. xlij. q. ij. c. hebron dicit: q̄ Jsaac ⁊ Jsmael sepelierūt Abraā i spelūca duplici. Et Sen. xlix. Jacob in extremovite bñdictiōe data filijs suis ꝓcepit eis dicēs: Ego ꝓgregor ad pplm

meū. Sepelite me cuz patrib⁹ meis in
spelunca duplici q̄ est in agro hebrō in
terra chanaā quā emit Abraam. Et Jo
sue vltimo habet: qualr eo mortuo se-
pelierūt eū filij israel in finib⁹ possessio
nis sue. Ibidem etiā habet qualr ossa
Joseph q̄ tulerūt de egypto sepelierūt
in sichem: et quomodo Eleazarū filiuz
Aaron sepelierūt in gabaad fres ⁊ filij
ei⁹. Et Judicū. xvj. fit mētio de sepultu
ra Sansonis. ⁊. j. Reg. xxv. de sepultu
ra Samuelis. ⁊. j. Paral. ix. de sepultu
ra Salomonis. ⁊. j. Machab. ix. de se-
pultura Jude machabei. ⁊. ij. Reg. ij.
dixit Dauid viris Jabes Galaad q̄ se-
pelierāt Saulē. Bn̄dictivos a dn̄o q̄ fe
cistis mīam hāc cū dn̄o vestro Saule ⁊
sepelistis eū. Et. xxj. dis. decretoꝝ. c. nūc
aūt. in glo. d̄r: ꝙ si quis mandaret cor
pus suū nō sepeliri: qd̄ ⁊ fecit Marcel-
linus papa in detestationem idolatrie
cōmisse: nō est implendū. Et Ualerius
lib. v. rubrica de ingratis reprehendit
athenienses q̄ Melchiadez in carcere
mortuū sepeliri nō permiserūt: nisi Cy
mo eius filius carcerē ꝑ eo intrasset.
Unde Ualeri⁹ ait: Nec te Cymo silētio
inuoluam: qm̄ patri tuo sepulturā vo-
luntarijs vinculis emere nō dubitasti.
Et idē Ualerius lib. j. rubrica de som-
nijs narrat qualiter Symonides poe-
ta peregrevadēs cū nauis in qua erat
appulisset ad littus ⁊ corpus inhuma-
tū iacens vidisset: sepulture mādauit.
Huiusmodi beneficio is q̄ sepult⁹ fue-
rat motus nocte sibi in somnis appa-
ruit: eūq̄ ne ꝓximo die nauigaret mo
nuit: q̄ somnio parēs in terra remāsit.
Illi ꝟo qui inde recesserāt nauigantes
in eius ꝯspectibus ꝓcellis ⁊ fluctibus
absorpti sunt et suffocati: ⁊ ip̄e letatus
est qui vitā suā magis somnio q̄ naui
cōmiserat. Et idē Ualerius li. v. rubri-
ca de humanitate: cōmēdat Cesarem q̄
caput sui hostis Pompei sibi ꝑ regem
egypti destinatū honorifice cremari: et
sepeliri fecit. Ibidē etiā laudat Hanni
balē qui successiue tres romanos Pau
lum Gracchū ⁊ Marcellū hostes ipsi⁹
honorifice sepeliuit. ¶ Respōdēdū est
ergo ad dubiū ꝓpositum ꝟm Rich. in
iiij. dist. xlv. ꝙ defunctoꝝ corpora sunt
sepelienda ꝓpter tria. Primo propter
astruendā resurrectionē futurā: ꝓpter
quā Paulus mortuos vocat dormien-
tes. Ut ergo subleuet spes ad resurre-
ctionē vere fiendam corpora sepulture
tradunt. Scd̄o corpora sepeliunt pro-
pter amouendū horrorē. Unde Quin-
tilianus lib. v. declamationum ait: Ad
operiendam feditatez subtrahendāq̄
dolori materiā: mortuus viuētiū causa
sepelitur. Tertio corpora defunctorum
sunt sepelienda ꝓpter meritationē: vt
illa sepeliētes ꝓpter mīam mereātur.
Propter hec oīa Aug. li. j. de ciui. dei.
c. xiij. ait: Non sunt ꝯtēnēda ⁊ abijcien
da corpora defunctorū maximeq̄ iusto
rum atq̄ fideliū: q̄bus tanq̄ organis ⁊
vasis ad omnia opera bona: sctūs vsus
est spirit⁹. Si em̄ paterna vestis ⁊ anu
lus ac si q̄d hmōi tāto carius est poste-
ris: quāto erga parentes maior extitit
affect⁹ nullo modo ipsa spernēda sunt
corpora: que vtiq̄ multo familiarius
atq̄ coniunctius q̄ quelibet indumen
ta gestamus. Hec em̄ nō adornamētū
vel adiutoriū quod adhibetur extrinse
cus: sed ad ip̄am naturā hoīs ꝑtinet.
Un̄ ⁊ antiquoꝝ iustoꝝ funera officiosa
pietate curata sunt: ⁊ exeq̄e celebrate:
⁊ sepultura ꝓuisu. Ipsiq̄ dū viuerent
de sepeliendis: vel etiam transferendis
suis corporibus filijs mādauerunt. Et
Tobias sepeliendo mortuos deū pro-
meruisse teste angelo cōmēdatur. Ipse
quoq̄ dn̄s die tertia resurrectur⁹ et re
ligiose mulieris bonū opus p̄dicat p̄
dicandūq̄ cōmēdat: ꝙ vnguētū precio
sum supra membra eius effuderit: atq̄
hoc ad eū sepeliēdū fecerit. Et laudabi
liter cōmemorant in euāgelio q̄ corp⁹
ei⁹ de cruce acceptū diligēter atq̄ ho-
norifice tegēdū: sepeliendūq̄ curarūt.
Hec Aug. ¶ Secūdū dubiū erat: vtrū
prosit in charitate moriētib⁹ eccl̄iastica

sepultura. Loquor de his q̄ habent aliquod purgabile? Et respōdet Rich. ꝙ non per se: sed p accidēs: ꝛ hoc triplici rōne. ¶ Prima ratio est ꝓpter inspicientiū excitationē inquātū scilz inspicientes sepulturā memoriā retinent defunctoꝝ ꝛ pro eis orant. Vñ Aug. li. de cura pro mortuis agēda ait: Monumentū eo ꝙ moneat mētē: idest admoneat nūcupat. Vnde Greg. lib. iiij. dial. Petro eū interrogāti ꝛ dicenti: Putamus ne animabus eoꝝ aliq̄d ꝓdesse posse si mortuoꝝ corpora in ecclesijs fuerint sepulta? Respondet: cū grauia pctā non deprimūt hoc ꝓdest mortuis si in ecclesijs sepeliant ꝙ eoꝝ primi quotiēs ad eadē sacra loca ꝛueniunt suoꝝ quoq̄ sepulcra aspiciūt recordant: et pro eis dño preces fundunt. Nā quos peccata grauia deprimūt nō ad solutionem: sz potius ad maiorē dānationis cumulū eoꝝ corpora in ecclesijs ponuntur. hec ille. ¶ Secūda ratio est ꝓpter ministroꝝ ecclesie orationem: qz illi q̄ ecclesie seruiūt tenent ceteris paribus ꝓ illis frequentius et specialius orare. ¶ Tertia ratio est ꝓpter sanctoꝝ deuotionē. Credendū nāq̄ est ꝙ scti illi: ad quoꝝ honorē fabricata est ecclesia: orant pro eo qui sepelitur in illa vel eius cimiterio ꝓpter reuerētiā ꝛ deuotionē ipsi? eligētis sepulturā ibidē. Vñ Aug. xiij. q. ij. c. non estimem?. ait: Qō ego qs apud memorias martyrum sepelitur: hoc tm̄ mihi videtur prodesse defuncto: vt cōmendans eum martyrū patrocinio affectus p illo supplicationis augeatur. ¶ Notandū tm̄ circa electionē sepulture ꝙ quilibet adultus cōpos sue mentis libere pōt vbicūq̄ voluerit in loco magis religioso eligere sepulturā. Vñ Gratian?. xiij. q. ij. c. Unaquēq̄. §. ecōtra. in fine. ait: Ubi quisq̄ tumulādus fit inuolūtate eius ꝓsistit. Excipiuntur religiosi qui non possunt sibi eligere sepulturam sed in suis monasterijs et ecclesijs sepeliunt nisi qū moriunt essent adeo remoti a monasterijs sui ordinis ꝙ non possent cōmode deportari ad illa quia tunc possent eligere: ex eodez c. religiosi. lib. vj. Impuberes etiā non possunt sibi eligere sepulturā: sed parētes eoꝝ possunt eos sepelire vbicunq̄ voluerint si consuetudo terre hoc habeat. als nō. ex de sepul. c. in nostra. inter. ꝛ in glo. ꝛ in. c. de vroze. in glo. Insuper q̄ non est cōpos sue mentis non potest eligere sepulturam. ex de succes. ab intesta. c. cū dilectus. Uxor ño si nō elegit sepultura sepeliri dz vbi sepult? est suus marit?. Et si plures habuit sepeliri debet vbi sepultus est vltim?. Et licz multa dicātur de sepulture electione: tm̄ multum statur consuetudini: vt dicit Rich. vbi. s. Potest etiam qs eligere sepulturam in loco minus religioso dimissa antiqua. vt patet ex eodē li. vj. c. cum quis. ¶ Tertium dubiū erat: vtrū obsit ecclesiastica sepultura in peccato mortali descendentibus: qz dicit xiij. q. ij. c. quibus. et. c. cū grauia. Impijs nocet i loco sacro sepeliri. ¶ Respōdet Rich. ꝙ impio non nocet ecclesiastica sepultura: nisi inquantum hanc sepulturam sibi indignam propter humanam gloriam procurauit. Sz quid dicemus de sumptibus et expēsis que fiunt in funere etiam bonoꝝ ꝛ in charitate morientiuz. Nonne melius esset si darentur pauperibus ꝛ indigentib? ꝙ sic illas exponere ad quandaz quasi pompam ꝛ inanem gloriam? Respondet Richardus vbi. s. ꝙ pōpa ereqarum si fiat ꝑm consuetudinem patrie ꝛ non cum nimio excessu non est reprehēsibilis. Quinimmo facit ad consolationē viuoꝝ ꝛ subleuationē spei ad resurrectionē futurā. Non em̄ tenet hō de necessitate facere oē bonū qō pt. Faciēs aūt sumpt? in sepultura qs posset alibi melius collocare: nō facit eos inquantū est opus min? vtile: sz inquātum vtile. ¶ Notādū tm̄ ꝙ nō debēt i ecclesijs seu cimiterio vel loco sacro ifrascripti sepeliri. ¶ Prio nullus infidelis nec iude?: nec paganus nec hereticus: vt ptz de cōse.

dist. ſ. in. c. eccleſias. ꝛ. c. ſequēti. ꝛ. xriij. q. ij. c. ſane. Et ſi ſepulti eſſent tales in eccleſijs debēt exhumari et ꝓjci extra. ¶ Scō interdicitur ſepultura eccleſiaſtica moriēti in torneamento. Et exponit Poſt. etiam ſi quis ibi vulnus letale accepit: licz poſtea ſuperuixerit: qui ꝙuis peniteat ꝛ ei euchariſtia nō negetur: carebit tñ eccleſiaſtica ſepultura. eꝝ de torne. c. ſ. Hoc tñ de illo intelligitur qui venit cauſa exercēdi ſe in torneamēto. Et etiā ꝑm Guilhelmū de armigeris eoꝝ qui eis in armis ſeruiunt. eꝝ de torn. c. ij. Secus de aſtātibus cū curioſitate. ¶ Tertio ꝓhibeꝝ ſepultura his q̄ ſeipſos occidūt: vt patet. xiij. q. ij. c. quibus. ꝛ. xxiij. q. v. c. placuit. Oō intelligēdū eſt ꝑm Guilhelmū: ſi interfecerunt ſe er deſperatione vel iracūdia. Secus ſi ꝛ fortuitate et hmōi. Ūñ in. c. ex parte. ij. eꝝ de ſepul. dicit Bernar. ꝙ ſi quis propter fugā precipitaret ſe in aquā: qz inde ſic credebat euadere nō imputatur ei etiā ſi contrariū eueniat. ¶ Quarto negatur ſepultura ei de quo certum eſt et manifeſtū nō fuiſſe cōfeſſum vel nō cōmunicaſſe ſemel in anno. eꝝ de peni. et remiſ. c. oīs. Et hoc intellige niſi in articulo mortis ſigna contritionis et hmōi emēdationis oſtēdat. ¶ Quinto expelli tur a ſepultura eccłie monachꝰ q̄ reperi rur ꝓpꝛietariꝰ in fine vite q̄ dꝛ in ſterq̄linio ſepeliri. eꝝ de ſtatu monacho. c. ſuper quodā. ¶ Sexto blaſphemus dei ſi moriaꝝ abſq̄ penitētia poſtq̄ blaſphemauerit non ſepelif in loco ſacro. eꝝ de maledicis. c. ij. ¶ Septimo generaliter q̄libet notoriꝰ pctōr: ſi moriaꝝ abſq̄ penitētia in ipſo mortali pctō priuandus eſt eccleſiaſtica ſepultura. xiij. q. ij. c. nō eſtimem. Ad ꝓbādū aūt cōtritionē alicuius pctōris moriētis ſufficit vnꝰ teſtis. xxvj. q. vj. c. q̄ recedūt. Itē interdicitur ſepultura tpe interdictis illis de illo loco vbi eſt poſitū interdictuꝝ dū durat. ¶ Itē excōicatis excōicatione maiori in illa moriētibus: ꝛ etiā minori ꝑm Guil. qñ hoc eſt notorium. Sunt ꝛ alia multa circa hāc materiā que iō dimittimus: qz nō eſt neceſſariū vt populis ꝓjcētur. Sacerdotes aūt et curati: q̄ taliū debēt habere ſciētiā videāt titulū de ſepul. lib. iij. ꝛ. vj. decretaliū. Jō hāc partem concludere volētes: dicimus ꝙ magna eſt pietas ſatiſq̄ cōmendabilis defunctorū corpa ſepelire. Vnde preterea que dicta ſunt laudaꝝ et magnus Alexander: qui vt. Q. curtius refert inuento dario a ſuis derelicto vulnerato ꝛ extincto in vehiculo viſo corpore fudit lachrymas: fecitq̄ eū more regio ſepeliri. ¶ De executione teſtamentoꝝ ꝛ ꝙ dilatio eoꝝ preiudicat animabus teſtatorū ſi ſint in purgatorio. Capm. ij.

Secūda pars pietatis defunctorū ōr teſtamentoꝝ executio. In quo adhuc tria dubia occurrūt declarāda.

Primum vtrum teſtamenta poſſint infringi.

Secundū vtrum executores teneantur ſtatim illa exequi.

Tertium vtrū dilatio executoris preiudicet anime teſtatoris.

¶ Ad primū dubiū poſſet aliq̄s arguere ꝙ nullū teſtamētū ſit infringēdum. Nā vt ſcribiꝰ eꝝ de teſti. c. iudicāte voluntas teſtatoris dꝛ ꝙ oīa adimpleri. Sed teſtamētū cōtinet vltimā voluntatē teſtatoris: ergo tē. ꝛ. xvj. q. ſ. c. ꝙſideratio. ōr: Cōſideratio eccłiaſtice vtilitatis hoc poſtulat ex iuſta diſpoſitione teſtatoris ſeruandū arbitriū eſſe. Sed cōtra eſt q̄d habeꝝ. xvj. q. ſ. in. c. admonere. vbi Greg. ait: Admonere te volumꝰ ne pie defunctoꝝ volūtates tua qō abſit remiſſione caſſenꝝ. Jbi dicit glo. ſup ꝟbo pie. ſecus ſi ſunt iniuſte: ergo teſtamenta iniuſta ſunt infringenda. Rñdet Rich. in. iiij. diſt. xlv. ꝙ aut teſtamētum eſt rōnabiliter factū: ita ꝙ nō ſit cōtra eq̄tatē iuris naturalis nec diuini nec poſitiui: et tūc nullo mō eſt infringēdū. Aut teſtamētū eſt irrationabiliter factū: ꝛ tūc licitū eſt ꝛ debitū illud infringere. Eſt aūt teſtamentū irrationabile triplic̄ ratione.

Primo ratione testatoris.
Scõo ratione rei testate.
Tertio rõne modi testãdi.

¶ Primo rõne testatoris: cũ sc̃z non põt facere testamentuz. Nã nec̃z episcopus nec̃z religiosus: nec̃z fatuus põt facere testamẽtũ. Dicit tñ Richõ. q̃ eps aut habet bona que sibi ꝓuenerunt ex hereditate vel artificio aut doctrina antec̃ esset episcopus. Aut nõ hz nisi redditus ecclĩasticos et mobilia q̃ sibi ex illis redditib' ꝓuenerũt. De primis bonis qz ꝓprietas illoz est sua põt licite facere testamentũ ex de testa. c. qz nos, ꝛ c. relatum, ꝛ xvj. q. j. c. epi. Si tñ eps ecclesiam leserit: dãnum ecclesie debet de reb' ei resarciri: ꝛ de residuo si q̃d fuerit testari põt. De redditibus aũt ecclesiasticis et de mobilibus que post sui cõsecrationẽ acquisierint epi: qz talia dicãtur cõseruari eidẽ ecclesie: cuius ratio est: qz que intuitu seu cõsideratu ecclĩe receperunt illoz bonorum ꝓprietas sua nõ est: sed illoz sunt tm̃ dispensatores et administratores nõ possunt facere testamẽtũ. Et q̃uis de reb' ecclesie nõ possint aliquid donare iure testamẽti: possunt tñ donare de mobilibus cã elemosyne siue sint sani siue in egritudine etiã mortali cõstituti. Ex quib' colligit q̃ nõ est idẽ dispẽsare ꝛ testari. Vñ eps permittitur de bonis ecclesie elemosynã facere ꝛ nõ testari. ex de testamẽtis. c. ad hec. Testatorem em̃ oportet esse dñm rerũ de quibus facit testamentũ. Sed dispẽsatorẽ nõ oportet esse dñm rerũ de quibus facit elemosynaz. Unde ex eo. c. qz nos. in glo. dicit: Clerici de rebus ecclesie nullũ possunt facere testamentũ cũ earũ ꝓprietas nõ sit sua. Similiter religiosus cum nõ habeat ꝓprium nõ põt facere testamentum: patet. xix. q. iij. c. quia, ꝛ in c. perlatum. Et si dicatur de Paulo primo heremita: q̃ in testamento reliquit collobium suũ: idest tunicã superiorem Athanasio alexãdrino episcopo: ꝛ tunicam interiorẽ beato Antonio. Respondet Richar. q̃ q̃uis Paulus primus heremita fuerit religiosissimus sanctitate: nõ erat tamen in religionis statu. Unde nõ est simile de heremitis ꝛ de illis qui sunt in statu religionis: vt patet in. §. seq. post prealleg. c. perlatũ. Adhuc fatuus nõ potest facere testamentũ. ex de succes. ab intesta. c. cum dilectus. Et insti. quibus nõ est permissuz facere testamentũ. §. furiosi. Illum em̃ qui facit testamentũ oportet esse cõpotẽ mentis sue ꝑ illo tẽpore quo facit testamentũ. Scõo testamentum est irrationabiliter factũ rõne rei testate cũ quis facit testamẽtum de re quã nõ habet. Sicut õi de Lipethopo. Ipse em̃ cũ in extremo vite veniss̃et testamentũ cõdidit in quo multa milia ducatoz in pios vsus dimittebat. Cũ vo circũstantes interrogarent q̃s esset executor tãte pecunie distribuẽde. Respondit truffatorie. Vic est punctus vnde tractũ est vocabulũ illud aut vulgare ꝓuerbiũ. Qui sta el pũcto disse Lipethopo. Sunt ꝛ alij qui testãtur de bonis que habent: tñ ad illos nõ pertinẽtibus eo q̃ acquisita sunt per vsuras malos contractus: rapinas: iniusticias: fraudulẽtias: ꝛ hmõi: ꝛ debentur personis certis. Secus vo q̃n illoz restitutio esset incerta. Tertio testamentũ est irrationabiliter factũ rõne modi testãdi: puta cũ q̃s exheredat suos heredes qui exheredari nõ meruerũt: dans totũ alijs. Talis facit cõtra equitatem iuris naturalis: etiã si det ecclesie: testamentum tale nõ est seruãdũ. Propterea dicitur ab Augustino in sermone de cõi vita clericorũ. ꝛ xvij. q. vlti. c. quicũc̃z. Quicũc̃z vult exheredato filio heredẽ facere ecclesiã: querat alĩ qui recipiat non Augustinum: ꝛ infra. Laudabile factum sancti Aurelij carthaginensis episcopi. Quidã em̃ cũ filios nõ haberet nec speraret res suas oẽs retẽto sibi vsufructu donauit ecclesie. Nati sunt illi filij: nec opinãti reddidit episcopus que illi donauerat. In potestate habebat episcopus nõ reddere: sed iure fori ꝛ non iure poli. i. quadã naturali equitate: vt dicat

glo. ibidē. ¶ Scōm dubius vtrū executores testamētoꝝ teneātur cito: scilz infra annū executionē cōplere? Et respondet Richar. in. iiij. dist. xlv. ꝙ aut testator tēpus determinat infra qō testamētum vult esse impletum: aut nō. Si sic: nō tenētur executores tētione necessitatis vsqz ad illud tēpus testamentū implere: nisi viderēt citiꝰ explendo se posse facere anime defuncti vtilitatē maiorē. Tunc em̄ etsi in foro iudiciꝰ cōpelli non possent ad citius implendum tñ ad hoc eos cōscientia deberet compellere: quia presupponendū est ꝙ volūtas defuncti fuit vt illo modo ⁊ illo tēpore testamentum implerēt quo esset expediētius anime sue. Si aūt nō determinat tempus infra qō velit testamētum impleri: tūc dico qz aut executores habēt libere bona de quibus possint statim testamentum implere: aut nō habent. Si habēt: tūc implerei tenentur q̄citius possunt: quia debitores sunt illis quibꝰ legata sunt facta. Et sicut dicit. ff. de regu. iur. In omnibus obligationibus in quibꝰ dies non ponitur presenti die debetur. Unde illi executores qui per longū tempus tardant suā executionem implere: necatoribus egentiū cōparantur. Propterea dicitur. xiij. q. ij. c. q̄ oblationes. Qui oblationes defunctoꝝ aut negant ecclesiis: aut difficile reddūt: tanqz egētium necatores excōmunicentur. Et ꝺm glosaz ibidē. hoc nō intelligitur de oblationibus voluntarijs: sed de illis bonis que relicta sunt ecclesiis, ⁊ c. seq. adhuc dicitur: Qui oblationes defunctoꝝ retinent: ⁊ illi qui in ecclesiis tradere demorātur vt infideles sunt ab ecclesia abijciendi. Executores etiā si illa bona retinent pro seipsis: sunt sicut fures et raptores: et sacrilegiū cōmittunt: sicut patet. xiij. q. ij. c. clerici. ⁊. xvij. q. iij. c. sacrilegium. Unde si executores infra annū saltem ammonitione episcopi pias volūtates defunctoꝝ non implent cū possent si vellent: per episcopum debēt impleri: vt notat ex̄ de testamentis, c, nos quidē. ⁊. c. tua nobis. in glo. ⁊. c. iohannes. in tex. Si autem executores nō habeant bona in prōptu de quibꝰ possint infra annū testamentū implere: nō credo ꝓpter hoc ꝙ devoluat potestas eorū post annū ad episcopū. Tenentur tñ facere qō in se est vt bona habeāt: ⁊ habita debēt restituere q̄citius possunt. ¶ Tertiū dubiū erat: vtrū dilatio executionis in aliquo preiudicet anime testatoris. Et Respondet Richar. ꝙ sic. Cuius duplex est rō, Una: qz quāto citius ecclesie ⁊ pauperes quibus legatum est recipiunt illud qō testatoꝛ eis legauit: tāto feruētius et citius orant ꝓ anima defuncti ⁊ orare tenētur: ⁊ quanto tardius recipiūt qō eis legatū est: tāto propidiores sunt ad orandum ⁊ magis tardant orare ꝓ anima eius: scz testatoris defuncti. Acceleratio aūt feruentiū orationū pro anima defuncti: multū valet ad eiꝰ alleuiationem ⁊ celeriorē expeditionē. Alia ratio est: qz sicut defuncti in charitate aliquid purgabile secum portantes in hac vita meruerunt vt clemosyne si ꝓ eis dentur eis prosint non ad augmentū gr̄e: sed alleuiationē ⁊ abbreuiationē pene. Si testatoꝛ testamentū faciēs ⁊ in charitate decedēs testamentum suū faciēdo meretur vt eius executio post mortē valeat nō ad augmētum gratie: sed ad alleuiationē et abbreuiationē pene sue. Et ideō qñ testamentū fuit citius executioni demādatur: tāto citius alleuiatur: ⁊ quāto tardius fuit testamenti executio impletur: tāto tardius ceteris paribus incipit alleuiari et tardius liberaꝛ. Si tñ legata sua nūq̄ soluerentur: nō ꝓpter hoc perpetuo remaneret in pena: q̄uis ꝓpter hoc multo tardius liberaretur ab ipsa. Et predictis patet q̄ grauissime peccent et q̄ magnā peritionē faciāt hi qui executiones testamentoꝝ sibi cōmissas nō complēt q̄citius pñt habita cōpetēti opportunitate.

¶ Qūo hi qui sunt in purgatorio iuuari possunt per suffragia viuorum et de suffragioꝝ fructu. Capū. xv.

Tertia pars pietatis que defunctis debetur dicit̄ suffragiorum cōmunicatio. Et ꝑ huius intelligentia tria dubia erunt discurrēda.

Primum vtrū suffragia viuorū prosint defunctis.

Secundū vtrū suffragia facta determinate pro vno prosint oībus existētibus in purgatorio.

Tertiū vtrū defunctis prosint suffragia facta a viuis existentibus in peccato mortali.

¶ Ad primū dubiū posset aliq̄s arguere ꝙ suffragia viuoꝝ nō ꝓsint defunctis. Nam Apoc.xiiij.d̄r: Opera em̄ illoꝝ sequūtur illos: ergo videtur ꝙ nō iuuantur operib⁹ alienis. ⁊ Eccs.ix.d̄r de mortuis: ꝙ nō habēt partē in opere qd̄ sub sole gerit̄: ergo idē qd̄ prius. Sed in cōtrariū est illud qd̄ scribit̄.ij. Machab. xij. Sancta ⁊ salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a pctis soluantur. Et Augu.in Ench.ait: Nō est negandū defunctoꝝ aīas pietate suoꝝ viuentiuꝫ releuari: cū pro illis sacrificiū mediatoris offert̄: vel elemosyne in ecclesia fiūt. Rn̄det Richar.ꝙ animarū quedā sunt beate iā in celo: quedā sunt damnate in inferno ꝑ peccato originali et actuali: vel ꝑ originali solo quedā sunt in charitate suā explētes penitentiam in purgatorio. Beatis nō prosunt viuoꝝ suffragia qr nō indigent. Vn̄ Augu.in Ench. dicit: ꝙ sacrificia siue altaris siue quarūcunq̄ elemosynarū ꝑ defunctis valde bonis gratiarū actiones sunt. Et idē habet̄ ex̄ de celebra. missa.c. cū marthe. §.tertio loco. Dānatis etiā suffragia nō prosunt: vt ostēsum est.s̄.eodē sermone sunt tn̄ cōsolationes viuoꝝ. Animabus aūt existētibus in purgatorio ꝓsunt viuorū suffragia: nō ad augmentū gratie gratū faciētis: sed ad pene earū mitigationē ⁊ abbreuiationē. Qr vt dicit Augu.in Ench. Cū viuerēt in hac vita meruerūt vt hec sibi postea possent ꝓdesse. Ad autoritatē ergo Apoca. dicenduꝫ ꝙ suffragia viuoꝝ que fiūt ꝑ existentibus in purgatorio: dicunt̄ opera eorum inquātū in hac vita meruerūt vt eis ꝓdessent: si ꝑ eis fierēt. Ad autoritatē v̄o Eccs.j.dicendū: ꝙ ꝑ tāto mortui dicuntur nō habere partē in opere qd̄ sub sole gerit̄: qr tali operi nō cooperātur: habēt tn̄ partē in fructu operis. Sed pro cōfirmatione vera dictorum notāda est sentetia Gregorij que ponit̄. xiij.q.ij. in c.aīe defunctoꝝ. Anime inq̄t defunctoꝝ quattuor modis soluūtur: aut oblationibus sacerdotū: aut precib⁹ sanctorū: aut charoꝝ elemosynis: aut ieiunio cognatoꝝ. Qd̄ em̄ sacre hostie oblatio plurimū ꝓsit defunctis apparet ex illo exēplo qd̄ Grego.recitat in.iiij.dialog.lib. Inq̄t em̄ ꝙ cū quidaꝫ monachus suus noīe Iustus ad extremū veniēs tres se habere occultos aureos indicasset et de hoc īgemiscēs mortu⁹ fuisset: ꝑcepit Gregori⁹ vt corp⁹ ei⁹ cū trib⁹ aureis in sterquilinio sepelirēt. Tādē cuidā e fratrib⁹ Gregori⁹ ꝑcepit vt vsq̄ ad dies.xxx. omni die ꝑ eo hostiā immolaret. Qui cum iussa cōplesset: is q̄ defunct⁹ fuerat ī die xxx.cuidā fratri sibi germano apparuit. Quē german⁹ req̄siuit di. Quomō es? Cui ille rn̄dit. Hucusq̄ male fui: sed iā mō bene sum: qr hodie cōionem recepi. Silr Grego.in preallegato lib. ostēdit quātū orones ꝓsint existētib⁹ in purgatorio. Narrat em̄ de Pascasio: q̄ cū vir mire sctītatis ⁊ virtutis extiterit et suo tpe duo fuissent summi pōtifices electi: cōuenissetq̄ tādē eccl̄ia in vnū. Ipse tn̄ Pascasi⁹ quasi ex errore aliū papā pretulit: ⁊ in hac sentētia vsq̄ ad mortē permāsit. Qui cū esset defunct⁹ ⁊ dalmaticā feretro superpositā demoniacus tetigisset: statim sanat⁹ est. Post multū v̄o tpis cū Germanus capuanus ep̄s balneū ob gratiā sanitatis petijsset ꝑdictū Pascasiū diaconē stantē et obsequentē inuenit: q̄ viso vehemēter extimuit. Et q̄d illic tantus vir faceret inq̄siuit. Qui ꝑ nulla alia cā se in loco illo penali deputatū asseuerit; nisi quia in illa causa

pōtificis plus iusto sensit: ⁊ addidit dicens: Queso te depcare deū ꝓ me: atq; in hoc cognosces ꝙ exauditꝰ sis si huc rediēs me nō inueneris. Qui cū ꝓ eo orasset ⁊ illuc post paucos dies redijsset pdictū Pascasiū in eodē loco minime inuenit. Sunt ⁊ alia exēpla: q̄ breuitatis causa dimittimus. ¶ Scdm dubiū erat: vtrū suffragia facta determinate ꝓ toto ꝓsint oībus existentibꝰ in purgatorio. Et rñdet Rich. ꝙ ad causandū penā concurrit virtꝰ agētis ⁊ dispositio patiētis: qꝛ actꝰ actiuorū sunt in patiētie disposito. vt dr. ij. de anima Pōt ergo diminui alicuius pena: vel per diminutionē virtutis ex pte agentis: vel per diminutionē dispositionis ad patiendū ex parte sustinētis sicut ⁊ per augmētationē cuiuslibet istoꝝ pena pōt augeri. Vñ inequaliter dispositi ad patiēdū ab equali virtute inequaliter patiunt. Propterea dicit Auicenna. vj. parte naturaliū: ꝙ multū dispositus ad tristiciā ex modica causa fortiter tristat. Qd aūt dictū est videmꝰ in exēplo. Pena em̄ magnū onus portantis diminui pōt: vel ꝑ diminutionem grauitatis oneris: vel ꝑ aliquā ꝯfortationē virtutis illius q̄ portat onꝰ: quaminuit in ipo dispositio ad patiēdum ab onere. Sic dico ꝙ isto duplici modo ꝯuenit intelligere diminui penā existētiū in purgatorio. Et quātū ad diminutionē pene mō ꝑmo suffragia facta determinate ꝓ vno tm̄ alijs nō ꝓsunt: qꝛ sic virtꝰ eoꝝ nō attingit nisi ad illuꝫ ad quē determinant ⁊ cui applicant ꝑ intētionē agētꝫ. Sꝫ mō scdo suffragia facta ꝓ vno ꝓsunt alijs: qꝛ mīa dei ꝓuidente: suffragia facta ꝓ quocunq; in purgatorio omnibus alijs innotescūt. Et qꝛ sese diligūt ex charitate: nec sibi inuicē inuident: īmo oēs gaudēt de pene illiꝰ alleuiatiōe ꝓ quo fctā sunt suffragia. Qdlibet aūt gaudiū reddit gaudetē minus dispositū ad penā ꝯtristantē: qꝛ ꝟm sentētiā Aris. ij. ethi. c. vl. Cuiuscūq; tristicie repugnat ꝟm formam generis quecūq; delectatio: ⁊ iō minigat eā. ¶ Notandū tñ ꝙ si suffragia fierent ꝓ pluribꝰ nō tātū ꝓdessent cuilibet quātū si fierēt ꝓ vno solo: qꝛ si tātū prodessent: sequeret ꝙ ille q̄ ꝓ vno defuncto teneret dicere missam vnam: et vnā ꝓ alio. si diceret vnā ꝓ illis duobꝰ cuilibet solueret illud ad qd sibi tenet. Propterea bonū finitū qd sufficeret ad plenariā liberationē vniꝰ aīe de purgatorio sufficeret ad liberationē oīm aliarū ad equalē penā obligatarū. Preterea consuetudo ecclesie esset inutilis: q̄ suffragia aliqñ facit ꝓ specialibus ꝑsonis: que oīa falsa sunt. Fuere tamē quidam dicētes: ꝙ suffragia facta ꝓ pluribus tātū ꝓsunt cuilibet quantū si fierēt ꝓ vno solo: sicut cādela accensa pro pluribꝰ ⁊ lectio lecta ꝓ pluribus: tantū quēlibet iuuāt: quātū iuuarēt si ꝓ vno solo cādela accēderet vel lectio legeret. Sed respōdet Rich. ꝙ hec exēpla non valēt: qꝛ lumen cādele ⁊ vox doctoris se cōicant per nature necessitatē. Suffragia aūt cōicantur per suffragātis intentionē. ¶ Tertiū dubiū erat: vtrū defunctis ꝓsint suffragia facta a viuis existētibus in pctō mortali. Et rñdet Rich. in. iiij. di. xlv. ꝙ malus faciēs aliqua bona opera ꝓ defunctis: aut facit ea sicut autor: aut sicut minister. Primo mō illa nō ꝓsunt defunctis etiā si ea faciat mediāte bono ministro: nisi aliqñ per accidēs inquātū pauperes sancti ꝓ elemosynis receptis ab illo malo excitātur ad orandū ꝓ illis defunctis: ꝓ quibus ille malus homo eis elemosynas dedit. Si aūt facit ea vt minister distinguendum est: qꝛ aut facit ea vt minister publicus dei ⁊ ecclesie: vt sacerdos q̄ celebrat missam vel exequias mortuoꝝ: aut facit ea vt minister alicuius priuate persone. Primo modo dico ꝙ ꝓsunt defunctis: qꝛ malicia ministri nō tollit efficaciā sacramēti. Si aūt facit ea vt minister priuate persone aut illa persona quādo sibi precedit tale opus fieri ⁊ qñ factū est erat in charitate: aut nō. Primo mō di

co q̄ ꝓsunt defunctis ꝑ quib⁹ fiunt: ꝛ siue ille qui mandauit fieri migrauerit de hac vita siue nō: q; hoc opus principaliter ipsi⁹ est qui hoc fieri mandauit. Si ño erat in pctō mortali: aut hoc erat qñ mandauit fieri: aut qñ opus executioni mādatū est. Si primo mō dico q̄ illa opera nō ꝓsunt defunctis ꝑ quib⁹ fiūt: q̄uis sit in charitate ꝑ illo tēpore quo suum mandatū executioni demandatur: nisi tūc illud iterū fieri demādetur: aut demandationē factam de nouo acceptet: q; opus ipsi⁹ nō est nisi inquātum illud fieri mādat vel acceptat. Si aūt erat in peccato mortali qñ demāda tur opus bonum executioni qui erat in charitate qñ precepit fieri: dico q̄ tunc opera ꝓsunt defunctis ꝓ quibus fiūt maxime: q; sunt a precipiēte rōne illius actus volūtatis quā habuit qñ ea fieri precepit: verūtamen cū nemo sciat vtrū odio an amore dignus sit: nō debēt homines retrahi a cōmunicatione suffragiorū erga defunctos. Et potissimū tenere debet vnusquisq; firmiter q̄ semp valet missa et alia bona que facit hō vt minister ecclesie. Supradicte itaq; sunt pietatis partes: quam debēt viui mortuis exhibere. Sed si q̄s posset ad purgatorium vsq; descēdere: audiret ꝓfecto clamātes ꝛ eiulātes q̄plurimos ac voce querula lamētantes. Audirentur quidē patres ꝛ matres dicentes. O filij ingrati quibus bona nostra dimisimus succurrite nobis. Audirent viri suas vxores vocantes. O vxores impie in q̄bus confidentiā habētes: diuitias nras vobis dimisimus: subuenite miseris ꝛ nos adiuuate: vt eruamur ab his atrocissimis penis. Audirentur ꝛ alij clamātes: O cōmissarij: o executores testamētorū nostrorū expedite fideliter q̄ vobis commisimus. Multi nāq; sunt ꝛ quasi innumerabiles q̄ citius a purgatorio liberarent si viuētes illos iuuarēt. Iccirco procurent oēs benigne ꝛ charitatiue orare pro defunctis: aliaq; pietatis opa illis impēdere: vt sic mereamur in hoc seculo dei obtinere gratiā: ꝛ in futuro sempiternā gloriā. Amen.

¶ Feria secūda post Letare: de purgatorio ꝛ atrocissimis penis: q̄bus puniunt aie illorū qui nō satisfecerūt in hac vita de pctis suis. Sermo. xlviij.

IPse aūt iesus nō credebat semetipsum eis. Scribunt hec verba Joh. ij. ꝛ in euange. hodier. Raro fides inuenit in hoībus huius mundi: qui cum sepe blandiantur multum amicis: eorūq; se fateantur beniuolos: aduenientē tñ necessitate: aduersitatēq; ingruente deficiunt: ꝓpterea saluator noster qui preuidebat se tempore passionis sue ab oībus derelinquendū nō credebat semetipsum eis qui crediderant in nomine eius ꝓpter signa que faciebat. Quo exemplo edocemur: vt ꝛ nos dum possumus: dū viuimus: dū facultas adest: aie nostre saluteꝫ accuratissime procuremꝰ. Neq; fidendum est multum in parentibus: aut filijs: in viris aut vxoribus: in domesticis vel amicis: quoniam vt dictum est in precedenti sermone consueuerūt tales charos suos defunctos tradere obliuioni. Et quoniam plerīq; penitentiam negligūt in suis peccatis in hac vita implere: estimantes mitissimā satisq; leuem penam esse: ꝛ quandoq; nullam penam. s. purgatorij. Iccirco in pūti ser. de ipso purgatorio crimꝰ locuturi: de q̄ tria mysteria erūt declarāda.

Primū ōr veritatis.
Scōm penalitatis.
Tertiū locūditatis.

¶ De veritate ꝛ loco purgatorij ꝛ de illis q̄ post hāc vitam anteq̄ euolēt indigent purgari. Lap. j.

PRimū mysteriū declarāduꝫ de purgatorio ōr veritatis. In quo tria sunt dubia absoluenda.

Primū vtrū fit ponere penā purgatoriam post hanc vitam.

Scdm vtrū aliquis locus sit ꝓpri⁹ ad purgandū animas deputatus.

Tertium qui sunt hi qui vadunt in purgatorium.

¶ Ad primū dubiū rñdet Boñ. dist.xx. quarti. ꝙ sicut dicit scriptura ⁊ autoritates sctoꝝ ⁊ plures reuelationes: ⁊ rationes ꝯcordant: ⁊ ecclesia vniuersalis cōfirmat q̄ orat ꝓ existētib⁹ in purgatorio: absq̄ dubio post hāc vitā est ponere penā purgatoriā. Et hoc colligit ex verbis xpi dicētis Mat.xij. Qui dixerit verbū ꝯ spm̄sctm̄ nō remittet ei: neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. In q̄ sentētia dat intelligi quasdā culpas in hoc seculo: quasdā in futuro posse relaxari. Ideo Greg.xxv.dist.c.qualis.ait: Qualis hinc q̄sq̄ egredit: talis in iudicio p̄sentatur. Sed tñ de q̄busdā culpis esse ante iudiciū purgatori⁹ ignis credēdus est: ꝓ eo ꝙ veritas dicit: q̄ si quis in spm̄sctm̄ blasphemiaꝫ dixerit: neq̄ in hoc seculo remittet ei neq̄ in futuro. Et Mat.v. Esto cōsentiēs aduersario tuo cito.i.sindere si murmurāti in malo: aut angelo ad oppositū decertanti: dū es in via cū eo: ne forte tradat te aduersari⁹ tuus iudici.i. deo.et iudex tradat te ministro: idest angelo: ⁊ in carcerē mittaris.i.ꝑ angelū in purgatoriū deducaris. Amen dico tibi nō exies inde donec reddas nouissimum quadrātē. Hoc idē de carcere hui⁹mūdi non pōt intelligi: eo ꝙ nec ibi ponūtur omnes tales. Nec de carcere infernali: q̄ ibi nunq̄ soluit nouissim⁹ quadrans debite pene. Sed de carcere purgatorij habet intelligi q̄ de illo exibit quis q̄n soluerit nouissimū quadrātē. Et adhuc est in prōptu rō quare sit ponēda pena purgatoria. Nā vt di. Aug. ⁊ ponitur a magistro in lr̄a: aut hō punit: aut de⁹ punit: sed frequēter aliqui conuertunt in fine q̄ nō puniunt in p̄senti: ergo necesse est ꝙ puniant a deo sed nō in igne infernali siue eterno: ergo in igne purgatorio. Item si nō esset pena purgatoria post hāc vitā: ergo q̄ perdurat in culpa vsq̄ ad mortem [illegible] nullā sustinuerit penā: reportat de [illegible] licia sua cōmodum qd̄ est falsum. [illegible] quis obijceret ꝙ ꝓnior est de⁹ ad [illegible] rādū q̄ ad cōdēnandū: sed decedēt[illegible] mortali pctō statim ꝯdēnat: ergo [illegible] dētē in charitate statim glificat. [illegible] potētior est charitas ad eleuādū q̄ [illegible] mortalis culpa ad deprimendū: sꝫ [illegible] pa mortalis statim demergit ī abyssu: ergo charitas statim eleuat in celū: [illegible] go nō est ponere post mortē aliqd [illegible] pliciū. Itē status post mortē respōd[illegible] statui qui est in via: sꝫ in via nō est [illegible] duplex status: scꝫ bonoꝝ ⁊ maloꝝ: [illegible] similiter post mortē. Ergo anima [illegible] pore recedēs: vel est ī paradiso cū bo[illegible] vel est in inferno cum malis. ¶ Rñd[illegible] Boñ. ad primū: ꝙ nō est sile glorificat[illegible] decedētē in charitate statim. sicut cōdē[illegible] nare decedentē in mortali: qm̄ iste [illegible] mortali est nihil hꝫ qd̄ sit dignum [illegible] Et iō summe est dispositꝰ ad dānatio[illegible] eternā et ꝓpter hoc statim dānat[illegible] retributione. Sed ille q̄ est in charita[illegible] te: cū charitas simul stet cū veniali [illegible] pa: et reatu pene: pōt in se hr̄e aliqd [illegible] gnū pena. Et q̄ gloria nō pōt simul [illegible] re cū pena ꝑm forū cōe: necesse est [illegible] debitū illud solui per penā purgatoriā. ¶ Ad scdm dicit Boñ. ꝙ pōdus charitatis hꝫ in se aliqd retardās: vt culpā [illegible] quā paruulā vel reatū. Sed pōdus [illegible] cati nihil hꝫ: eleuās vel retardans: [illegible] est simile de ascēsu peccati. ¶ Ad terti[illegible] ꝟo dicendū ꝙ licꝫ duplex sit status [illegible] cipalis.s.bonoꝝ ⁊ maloꝝ: tñ qui habet iusticiā in duplici est differētia. Aut [illegible] est in statu perfectoꝝ perfectione cōple[illegible] ta: ⁊ talis nō hꝫ cremabilia: nec aliqua debita: et huic statui debetur vita eterna. Alij sunt in statu imperfectoꝝ: et [illegible] habēt cremabilia vt plurimū: ⁊ etiā [illegible] bita iō oportet primū debita solui: ⁊ [illegible] mabilia cremari anteq̄ introducant [illegible] patriā. Et hi purgantur pena purgatoria. Silr carētes iusticia ī duplici sunt differētia. Quidā sunt in statu paruulo[illegible]

rum: ⁊ hi carēt iusticia originali: et his cōpetit stat⁹ i limbo sine pena sensibili. Aliqui sunt in statu adultoꝝ: q̄ carēt iusticia personali: siue gratuita ꝑ propriā culpā ⁊ talib⁹ cōpetit status infernalis. Et sic pz ꝙ ratio illa non valet. Posset etiam dici ꝙ pena purgatoria nō dicit statū sed magis trāsitū de statu ad statum. ¶ Scd̄m dubiū absoluendū erat: vtrū ad purgationē animaruz sit aliq̄s locus specialiter deputat⁹? Et respōdet Rich̄. di. xxj. iiij. ꝙ ī inferno sunt quattuor loca se habentia ſm superi⁹ ⁊ inferius. In loco maxime infimo sunt damnati ꝑ pctō actuali. In illo qui est immediate supra illū sunt dānati pro solo pctō originali. In illo qui consequēter est supra illū sunt aīe que purgātur: qꝛ ibi de lege cōmuni purgātur: ꝙuis alique alibi purgētur ex aliqua cā speciali scz vel vt viuētibus aliq̄d nuncient: vel vt suffragia pro se impetrēt: ⁊ vt patiēdo vbi peccauerūt dei iusticiam aliquibus sensibilibus manifestēt. In quarto loco non sunt alique anime sed ante xp̄i aduentū ibi erant anime sanctorum patrum: que penitentiā suā in purgatorio expleuerāt: ⁊ ille que recedētes a corpore nihil purgabile portauere. Locus autem prefatus dicebatur sinus Abrae: qꝛ Abraam primus ab infidelibus se separauit: et fidei signaculum distinctiuum accepit. Jō locus requiei que debet aīe ꝓpter fidem charitate formataz sinus Abrae dictus est. Hugo tn̄ lib̄. ij. de sacramentis. parte. xv. c. vij. negare videt aliquē vnū locū determinatū esse purgatiōis animarū: dicēs ꝓbabilius esse vt in his potissimum locis singule penaz sustinere credant: in quibus culpā cōmiserunt: sicut multis sepe documentis probatū est. Alia v̄o siqua sunt harum penarum loca nō facile assignare videtur. Sed sn̄ia ista Hugo. non acceptatur a doctoribus nisi intelligat: vt dicit Bona. ſm dispensationem diuinā ⁊ non ſm cōem legem: qꝛ improbabile est vt omnes anime que parisius peccauerunt parisius puniant. Ideo ſm legem cōem credendum est ꝙ sicut limbus fuit inferius: sic ⁊ locus purgatorius qui locus pars inferni creditur a q̄busdam propter illud verbum Gregorij in. iiij. dial. Sub eodē igne electus purgatur: ⁊ damnatus crematur. ¶ Tertiū dubium absoluendum erat: qui sunt q̄ vadunt ad purgatorium. Et dicere possumus ſm doctores: ꝙ sunt tria hoīum genera. ¶ Primi quidem sunt qui cum venialibus moriunt. Nā sicut dicit magister super illo verbo. j. Coꝝ. iij. Si q̄s supedificat sup fundamētū hoc: aurū: argentū: lapides preciosos: lignū: fenū stipulā: vniuscuiusq̄z opus manifestuz erit. Dies em̄ dn̄i declarabit: qꝛ in igne reuelabitur: ⁊ vniuscuiusq̄z opus quale sit ignis probabit. Per lignū fenū ⁊ stipulaz intelligunt venialia pctā ꝑ quādam similitudinē: qꝛ venialia in eodem subiecto cū charitate existētia possunt per ignez purgatorij ⁊ spūalem ignem charitatis ⁊ dilectionis cōsumi: sicut lignum: fenū: stipula que cōsumant per ignem: ⁊ qꝛ tardius cōsumitur lignum q̄z fenū: ⁊ fenū q̄ stipula: ideo ꝑ lignuz significant venialia grauiora: per fenū media: ⁊ per stipulam minora. ¶ Scd̄i qui vadūt in purgatoriū sunt qui penitentiā ante obitū suū nō egerūt: sicut cōtingit his qui absq̄z cōfessione moriuntur cōtriti. ¶ Tertij sunt hi q̄ iniunctaz sibi penitētiā nō cōpleuerūt. Nā penitētia in cōfessione a sacerdote iniūcta: aut est maior: aut eq̄lis: aut minor. Si aūt est maior: tunc id quod homo plus fecerit cum moritur in augmentum sue glorie cedit. Si est equalis tunc sufficit ad totius pene dimissionem. Si aūt fuerit minor tunc id qd̄ residuum est ex virtute diuine iusticie in purgatorio emēdatur ne aliquod peccatum remaneat impunitum.

¶ De voluntate illorum qui patiuntur in purgatorio: ⁊ de grauitate penaruz: ⁊ de ministro per quez deus infligit penas illas.

Secundū mysteriū principale de purgatorio declarādū dicitur penalitatis. In quo tria dubia sunt aperienda. videlz

Primū vtrū pena sit illa volūtaria.

Secundū vtrū sit maxima omnium penarum temporalium.

Tertiū vtrū per ministerium demonum infligatur.

¶ Ad primū dubiū respondet Boñ. q̄ aliqua pena d̄r tripliciter voluntaria. Uno modo quia assumitur a voluntate īperāte: sicut est penitentialis pena. Alio mō qr sustinet a volūtate acceptāte: sicut est pena martyrū: qr adeo placet q̄ ab ea liberari nō vellent. Tertio modo est quedā pena que acceptatur ⁊ sustinetur a voluntate celerante: vtputa pena que est cū patiētia: ita q̄ eius oppositū est in desiderio sicut cū amās ⁊ desiderans sanitatē infirmat sustinet quidā infirmitatē tanq̄ penam diuinitus inflictā: attamen ab ea liberari procurat: ⁊ illud minime habz rationē voluntarij. Hoc modo est voluntaria pena purgatorij in viris iustis: qui voluntarie eam sustinent: ⁊ desiderant vehementer ad patriā peruenire: ⁊ ab alijs sibi auxiliū preberi. ¶ Scd̄m dubiū videndū erat vtrum pena purgatorij sit maxima oīm penarū tēporaliū? Et ꝑm doc. respōdet q̄ sic. Et ꝓbat tripliciter

Primo autoritate.

Secundo ratione.

Tertio exemplo.

¶ Primo ꝓbat autoritate. Inquit em̄ Aug. de peni. di. vij. c. vl. ⁊ dist. xxv. c. q̄ in aliud seculū. Qui in aliud seculū distulit fructū cōuersionis purgādus est igne purgationis. Hic etem̄ ignis etsi non sit eternus: miro tñ mō grauis est Excellit em̄ oēm penā quāvnq̄ passus est aliquis in hac vita. Nunq̄ in carne tanta inuēta est pena tpalis. ¶ Scd̄o probat rōne. ⁊ ꝑz Boñ. pōt sumi ratio ex diuina iusticia: eo q̄ deus iustus penam nō acceptat ꝑm q̄ punitiua tm̄: sz ꝑm q̄ plus est in ea ratio ordinis [illegible] Scd̄m hoc ergo est intelligendū q̄ [illegible] pena sumpta ⁊ pena inflicta. In pena sumpta nō tm̄ placet deo ordinatio pene ad culpā: sed ordo ⁊ rectitudo q̄ [illegible] in voluntate assumēte. In pena inflicta placet ordinatio pene ad culpam. Qm̄ ergo pena penitentiuz in presenti plus est: pena morientiū est inflicta in purgatorio ꝓ eo q̄ iā nō est tp̄s agēdi sed recipiēdi: iō modica pena in presenti plus satisfacit ⁊ magis est de ea [illegible] ta diuina iusticia: q̄ de magna in futuro. Rich. ꝟo sumit rōnē ex cā ipsius pene. Nā pena causat duplr. s. ex absentia boni amati: ⁊ presentia mali oditi. Et vtroq̄ mō pena purgatorij maior [illegible] bet pena tpali. Aīe em̄ in purgatorio qr motus earū nō retardat mole corporis: vehemētissime desiderāt cū deo perfecta fruitione cōiūgi. Et iō ex huius coniūctionis absentia vehemētissime affligunt: maxime cū videāt tp̄s aduenisse quo cū deo pfecte essent cōiūcte: si [illegible] erāt in corporib⁹ penā suis pctis debitā psoluissent. Silr ignis affligēs aīas in purgatorio magis est actiuus igne [illegible] q̄ tñ inter alia elemēta maxime est affectiuus. Iō pena purgatorij lōge grauior est q̄ alia pena in hoc mūdo. Quare aūt aīa patiat ab illo igne declaratum est in p̄cedentibus sermone. s. xiiij. [illegible] opis. ¶ Tertio ꝓbat grauitas pene purgatorij exēplo. Vr̄ nanq̄ in legēda [illegible] Greg. q̄ postq̄ orauit ꝓ Traiano: apparuit ei angelus ⁊ dixit: Qr ꝓ dānato rogasti duoꝝ tibi datur optio. Aut em̄ in purgatorio duob⁹ diebus cruciaberis: aut certe toto tpe vite tue fatigaberis doloribus ⁊ infirmitatib⁹. Qui pelegit toto tpe vite sue dolorib⁹ cōcuti potius q̄ duob⁹ dieb⁹ in purgatorio cruciari. Uñ factū est q̄ semp deīceps aut febrib⁹ laborauit: aut podagre molestia pressus fuit: aut validis dolorib⁹ cōquassatus: aut dolore stomachi miserabilr cruciatus. Uñ in quadā epla sic loquit di. Tāte podagre; tātisq̄ dolorib⁹ p̄mor [illegible]

vita mea mihi ḡuissima pena sit. Quotidie em̄ in dolore deficio: ⁊ mortis remediū expectādo suspiro. ¶ Tertiū dubiū ꝓpositū fuit: vtrū pena purgatorij p ministeriū demonū infligat. Et q̄busdā videt q̄ sic: eo q̄ i scriptura: aut vix aut nūq̄ legit q̄ bonꝰ angelus bonos verauerit. Sed veratio bonoꝝ solum a malis fuit: sicut exēplū habet de Job: de Antonio ⁊ aliis sctis ⁊ amicis dei. Mali v̄o vexati sunt a bonis ⁊ malis: ⁊ rō videt esse ꝑm eos: qz q̄ verat alterꝝ ⁊ affligit quodāmō odiū hꝫ. Diabolus aūt odit bonos ⁊ malos ob suā crudelitatē: iō vtrosq̄ affligit cū sibi ꝑmittit: boni v̄o nō odiūt nisi malos: ⁊ iō illos solos affligūt: sicut afflixerunt sodomitas ⁊ egyptios. Hꝫ opinio ista stare nō pōt: qz non decet illū q̄ iuste de aliquo triūphauit: postea puniri ꝑ ipm̄. Sed aīe q̄ sunt in purgatorio adherēdo iustitie vicerūt diabolū. Ergo nō esset cōueniēs vt punirent demonuꝫ ministerio. Propterea alij dixerūt q̄ pena purgatorij infligit angelorꝫ ministerio. Hꝫ h̄ nō videt ꝓbabile: q̄ tam grauiter affligāt ⁊ puniāt cōciues suos: nec hoc de facili ꝑ scripturā posset ꝓbari. Iō dicēdū ꝑm Rich. ⁊ Bon. q̄ q̄uis boni angeli ⁊ mali assistāt morientibus boni ad iuuandū: mali ad nocēdū si p̄nt: tñ in loco penali ipsius purgatorij non puniunt aīe ministerio demonū: nec ministerio bonoꝝ angelorꝫ: sed sola diuina iusticia ignē purgatoriū: sicut instrumētū applicante ad punitionē earū.

¶ De iocūditate quā hñt existētes i purgatorio: tū ꝓpter certitudinē de sua salute: tū ꝓpter cōfirmationē in ḡra: tuꝫ ꝓpter auxiliū viuoꝝ. Cap. iij.

Tertiū mysteriū declarādū de purgatorio ꝰt iocunditatis. Nā inter acerbitatē penaruꝫ sentiūt aīe in purgatorio existētes multā iocūditatem: maxime propter tria.

Primo ꝓpter certificationē.
Scō ꝓpter subuentionē.

Tertio ꝓpter sanctoꝝ affectionem.

¶ Primo gaudēt aīe in purgatorio propter certificationē: qz iā certificate sunt de glia ⁊ btitudine ad quā debēt puenire. Notādū tñ ꝑm Bona. in. iiij. di. xx. q̄ aīe ille maiorē certitudinē hñt q̄ ille q̄ in via sunt: sicut habebāt aīe q̄ erant in limbo. Et illa certitudo media est inter certitudinē ꝓrie ⁊ certitudinem vie. In ꝓria est certitudo tētionis euacuās expectationē ⁊ timorē. In via aūt est certitudo expectatiōis mixta timori: qz q̄libet labi pōt dū est viator. In purgatorio v̄o est medio mō. s. certitudo expectationis: qz nōdū obtinuit: sed est euacuatio timoris ꝓpter liberi arbitrij ꝓfirmationē: qz oīno fit q̄ deinceps peccare nō pōt. Nā cōfirmati sunt in ḡra: nec valēt malū velle: nec duꝫ agere: qđ eis accedit ad leticiā ⁊ iocūditatez: ꝓpterea Bap. iij. ōr: Spes illoꝝ immortalitate plena est. Nec acceptāda est quorūdaꝫ opinio eoꝝ q̄ dicūt q̄ ꝑ acerbitate penarū ita absorbet spūs vt vbi sit ignoret: ⁊ er h̄ dubitet vtrū sit in inferno: vel in purgatorio: aut extra. Sicut cū aīa ex dulcedine cōtēplationis rapit extra se vt nesciat vtrū in corpore an extra corpus h̄ videat: sic suo mō dicūt in penis se habere. Sed certe hoc nō videt posse rōnabiliter sustineri: qz etsi spūs carni coniunct⁹ possit ab hmōi penis adeo absorberi: vt vsum rōnis amittat: spūs tñ separatus q̄ immortalis est non videt adeo absorberi cū fortior fit ad sustinēdū magnā penā in se q̄ in corpore parnam. Et ꝺ dictā opinionē faciūt exēpla q̄ Greg. ponit in. iiij. dial. li. vbi dicit: q̄ q̄dā in purgatorio existētes i grauibus penis petierūt adiutoriū ꝑ liberatione: q̄ scie bāt se aliqñ liberādos. Insup i homel. de diuite ⁊ Lazaro ꝰt: q̄ dānati supra se electos cōsiderāt vsq̄ in diez iudicij. Si ergo pena illa infernalis improportionabiliter grauior est q̄ purgatoria: ⁊ illa nō absorbet vsum rōnis dānatis q̄ sunt oppressi verme desperatione ⁊ culpa: quāto magis nec ista pena absorbe

bit spūs iustoꝝ q̄ fortificati sunt bona ꝯscīa: ⁊ spe: ⁊ diuina gr̄a. ¶ Scd̄o gaudent aīe existētes in purgatorio ꝓpter subuentionē: qn̄ subuenit eis ꝑ suffragia viuoꝝ: de q̄bus diximus in p̄cedenti sermone. Innotescit aūt eis predicta subuentio quadrupliciter. Primo diuina inspiratione. Scd̄o angelica reuelatione: vt d̄r. xiij. q. ij. c. fatenduꝫ. Tertio morientiuꝫ noui intimatione. Quarto experientie cognitione: qꝛ ꝑ suffragia q̄ impendunt eis experiunt sibi diminui penā. Cōueniēs nāq̄ est vt innotescat eis a q̄bus ⁊ q̄ suffragia fiāt: vt cum de purgatorio fuerint liberate: ⁊ in gloriā angeloꝝ assumpte: gratias suffragatoribꝰ suis impēdant: ꝓ eis apud largissimum miseratorē oīm deū intercedētes Nō em̄ possibile est vt ingratitudo vel aliqd̄ qd̄cūq̄ vitiū locū habeat in gloria sempiterna. Tertio gaudent aīe in purgatorio ꝓpter sctōꝝ affectionē. Superni q̄dē ciues orāt ⁊ rogāt dn̄m iesuꝫ xp̄m ꝓ illis ꝓximis suis: quos cruciari cernūt. Scd̄m enim Bon̄. in. iiij. di. xlv. duo inducūt sctōs orare ꝓ his q̄ in purgatorio sunt. Primū est eoꝝ necessitas qua indigēt ab illis releuari. Scd̄m est dei volūtas: q̄ vult ꝙ vnū mēbrū releuet aliud. Tertiū addi pōt. s. futura iocūditas seu felicitas. s. vt eoꝝ gl̄ia accidentalis augeat cū videāt eos futuros cōciues suos. Vn̄ credēdū est ꝙ angeli scti semꝑ visitāt eos ⁊ cōsolantur. Propter que oīa ad prudētiā spectat dū viuimus in hoc seculo penā quā possumꝰ ꝓ pctis nostris exoluere. Sin v̄o illam in purgatorio dolēter luemus: vbi licꝫ ꝓpter rationes iā tactas aliqua leticia aderit: nō tn̄ tāta erit vt Bon̄. ait: quanta erit afflictio. Jō sollicite cogitemus que vētura sunt ⁊ oculos aperiamus in tpe opportuno: vt sic placemus deum quem offendimꝰ impetremusq̄ ab ip̄o hic gratiam: ⁊ in futuro seculo sempiternam gloriam. Amen.

¶ Feria tertia post Letare: de iudicio curioso ⁊ temerario: propter quod multi qui se iustos credūt peccatores sunt ⁊ inimici altissimi dei. Sermo. xlix.



NOlite iudicare s̄m faciē: sed iustū iudicium iudicate. Verba sunt redemptoris nostri originaliter Job. vij. et in euangelio hodierno. Prebuit nobis saluberrimum documentū satisq̄ necessariū saluator noster dn̄s iesus xp̄s dum dixit verba in themate nostro proposita: qm̄ ob curiosum iudicium multi qui se bonos existimant sepenumero mali fiunt. Scd̄m v̄o Alex. sniaꝫ in. iij. volumine sum. duplex est iudiciū. Vnū publicū ⁊ ordinatū: qd̄ quidē est actus iusticie. Aliud v̄o vsurpatū ⁊ temerarium: quo quis proximū suuꝫ iudicat vel reputat bonuꝫ aut malū. De hoc itaq̄ iudicio de quo locutus est xp̄us: ⁊ nos in presenti sermone dicemus: In quo triplex iudicium subdistinguemus declarandum.

Primum dicitur dubietatis.
Secundum veritatis.
Tertium temeritatis.

¶ Qꝛ peccatum est iudicare in deteriorem partem aliena facta que nobis dubia sunt: ⁊ quare dubia sunt in meliorem partem interpretanda. Cap. i.



PRimum iudicium vsurpatū dicitur dubietatis: cuꝫ quis proximum suuꝫ ex operibus dubijs iudicat malum. Nam multa sunt opera que bn̄ fieri possunt ⁊ male sicut ieiunare: orare: elemosynas facere: audire missas: visitare ecclesias ⁊ similia: in quibus si quis diffinitiue iudicaret proximum talia male facere vtputa ꝓpter vanam gloriam: aut aliquem alium malum finem: peccaret ꝑ vsurpationem iudicij. Jcirco in his seruanda est regula que ponitur in glo. Rom̄. xiiij. sup̄ illis verbis. Qui nō manducat: manducantē non iudicet. vbi dicitur: Dubia sunt in meliorem ptē interpretanda. Et ꝙ ita fit: probari po

est tripliciter:
Primo autoritate,
Scõo rõne.
Tertio exemplo.

¶ Primo ꝓbat autoritate. Unñ. xxxiij. di.c.habui ſſe. In rebus ambiguis abſolutũ nõ habet eſſe iudiciũ. ꝛ.xj. q.iij. in.c.graue. Graue ſatis eſt ꝛ indecẽs vt in re dubia certa det ſententia. ꝛ.xxx.q. v.c.incerta. Incerta nullatenus iudicemus quouſq; veniat dñs qui latentia ꝓducat in lucẽ: ꝛ illuminabit abſcõdita tenebrarũ: ꝛ manifeſtabit cõſilia cordium. Ad hoc facit ibidẽ,c.nullũ.ij.ꝛ.c. iudicantẽ. ꝛ idem ponit in glo.ſuper.c. nauiganti. eẽ de vſur. ꝛ in.c.ex litteris. de ꝓbationibus. Ad idẽ eſt illud dictũ eẽ de regu.iur. Eſtote inquit miſericordes ꝛc. Hoc loco nihil aliud nobis precipi eriſtimo niſi vt ea facta que dubiũ eſt quo alio fiant in meliorẽ partẽ interpretemur. ¶ Scõo ꝓbat ꝙ dubia ſunt in meliorẽ partẽ interpretãda ratione. Et hoc tripliciter.

Primo ꝓpter diuinã maieſtatẽ.
Scõo ꝓpter primi charitatẽ.
Tertio ꝓpter ꝓpriã vtilitatẽ.

¶ Primo ꝓpter diuinã maieſtatẽ. Dubioꝝ em̃ ꝛ ſecretoꝝ deus iudiciũ ſibi reſeruat: q̃ dixit Viere. xvij. Prauũ eſt cor hois ꝛ inſcrutabile q̃s cognoſcet illud? Ego dñs ſcrutãs cor ꝛ ꝓbãs renes: qui do vnicuiq; iuxta viã ſuã. ꝛ.xxxij. diſ.c. erubeſcãt. Deus ſecretoꝝ cognitor ꝛ iuder eſt. Vnde eſt ꝙ ſcribit. ij.q. j.c. nomẽ pſbyteri. Diuine pietatis poteſtati facere videret iniuriã: ſi illius iudicium meo vellẽ iudicio p̃uenire. ꝛ.xv.q.vj.c. ſi a ſacerdotibus. Nõ p̃t humano cõdẽnari examine: q̃ deus reſeruauit iudicio. ¶ Scõa ratio eſt ꝓpter primi charitatẽ. Scõm eñ Tho. ij.ij.q.xcvj. ex hoc ipſo ꝙ aliquis habet malam opinionẽ de aliquo abſq; ſufficienti cauſa: iniuriat ei: ꝛ cõtemnit ipm. Nullus aũt debet aliũ ꝓtemnere abſq; cogẽte cauſa. Ideo vbi nõ apparẽt manifeſta iudicia de malicia alicuius: debemus vt bonũ habere: in meliorẽ partẽ interpretando qõ dubiũ eſt. Et ſi diceret ꝙ iudiciũ dz eſſe magis de eo qõ vt in pluribus accidit: ſed vt in pluribus accidit vt male agãt: q; vt dr Eccs. j. Stultoꝝ infinit? eſt numerus: g̃ dubia magis debemus interp̃tari in malũ q̃ in bonũ. Reſpondet Tho. ꝙ ille qui in meliorẽ partem aliox facta interp̃tatur frequẽtius fallit. Sed melius eſt ꝙ aliq̃s fallat habens bonaz fidẽ de aliquo hoie malo: q̃ rarius fallat habẽs opinionẽ malaz de aliquo bono: q; ex hoc fit iniuria alicui: nõ aũt ex primo. Jõ Sen. li. iij. de bñficijs. ait: Sãct? eſt ꝓdeſſe etiã malis ꝓpter bonos: q̃ bonis obeſſe ꝓpter malos. Ideo lex fauet vt patiatur potius nocentem abſolui: q̃ innocentẽ condemnari. ff. de penis. l. abſentez. in princi. ¶ Tertia rõ eſt ꝓpter ꝓpriã vtilitatẽ: q; ſic homo euitat iudicium dei: ſm illud Luce. vj. Nolite iudicare ꝛ nõ iudicabimini. Notãdũ tñ ſm Alexãdrũ in.ij. volumine ſumme: ꝙ primoꝝ noſtroꝝ facta dubia nobis poſſunt eſſe tripliciter. Primo ex ignorãtia principiũ vt dr eẽ de ſen. excõ. c. cum voluntate. Voluntate ac propoſito maleficia diſtinguunt. Ideo neſcimus ſepiſſime: ex quo principio ꝓcedant alioꝝ opera: ꝓterea in talibus iudicium curioſuz cauere debemus. Secũdo poteſt eſſe aliquid dubium ex ignorantia medij: quia multotiens mutatur voluntas. Nam multi aliqua bona exercentes: mala intentione mutari poſſunt: ꝛ econuerſo. Tertio poteſt aliq̃d eſſe dubiuz ex ignorantia finis: iccirco dicitur. xj. q. j. c. ſacerdotibus. Neſcimus quis in terribili iudicio dei qualis ſit futurus. Etenim Paulus egregius p̃dicator dicit: Nolite ante tẽpus iudicare quoadusq; veniat dñs. Tertio probat ꝙ dubia ſunt in meliorẽ partẽ trãſferẽda exẽplo. Legimus nãq; ꝙ ſctũs frater Leo ſocius bti Fraciſci dũ infirmaret in loco ſcrẽ marie de angelis: vidit in viſione multitudinẽ fratrũ ꝓceſſionaliter incedẽtium

Inter quos viditvnum a cuius oculis
radij procedebant lucidissimi: ⁊ q̄rens
ab vno illoꝝ quis esset ille cuius oculi
ita splendebant: audiuit ꝙ erat frater
Bern̄. de quintaualle primus soci⁹ bea
ti Francisci: qui semper de his que vi-
debat in alijs: in melius iudicabat. Qñ
em̄ videbat aliquos male indutos di-
cebat: Isti melius seruant paupertatē
q̄ tu frater bernarde. Cum v̄o inspicie
bat diuites preciosa indumenta defe-
rentes cordis compunctione dicebat:
Forsan illi subvestibus delicatis humi
liores sunt q̄ tu frater bernarde. Ac ꝑ
hunc modū semꝑ in dubijs bñ de alijs
sentiebat. Vis v̄o dictꝫ visio disparuit.
¶ Qꝛ nō peccat q̄ manifesta dānat ma-
la ⁊ iudicat: ⁊ qualr̄ primoꝝ pctā non
sunt curiose exploranda. Capl'm. ij.

Secundum iudiciuꝫ dicitur
veritatis. Ip̄m autē est cuꝫ
quis de manifestis autvir-
tutibus aut vitijs proximi
sui recte sentit. De quo Da
uid in ps̄. lvij. ait: Recte iudicate filij
hominū. Et Arist. j. ethi. Unusq̄sq̄ bñ
iudicat q̄ bene cognoscit. Et ex̄ de reg.
iur. c. Estote misericordes. Quod enim
scriptum est Mat. vij. A fructib⁹ eoruꝫ
cognoscetis eos. De manifestis dictuꝫ
est: que non possunt bono animo fieri:
vt stuprum: blasphemie: furta: ebrieta-
tes: ⁊ similia: de quibus nobis permit
titur iudicare. Et. xj. q. iij. c. si q̄s dixe-
rit. Si quis dixerit iustum iniustum: ⁊
iniustū iustū: vterq̄ abominabilis est
apud deū. Et ibidem in. c. si quis homi
nem. ⁊. in. c. vhe qui dicitis. inducitur
illud Esa. v. Vhe qui dicitis bonū ma-
lum ⁊ malū bonū: ponentes tenebras
lucē ⁊ lucē tenebras. Verūtamē aliud
est aliena facta subtiliter ⁊ curiose inq̄
rere ⁊ inuestigare: aliud eo ꝙ manife-
sta sunt ⁊ mala illa condēnare. Primū
vitiū est reprehensibile. ꝓpterea Ber.
ait: Noli esse aliene vite aut temerari⁹
iudex: aut curiosus explorator. Scd̄m
v̄o etsi non sit malum: tamen ita faciē-
dum est vt primo peccatori cui⁹ p[illegible]
sunt manifesta compassio habeat. [illegible]
multi reperiuntur qui magis aliena [illegible]
cta q̄ sua iudicare contēdūt. De q̄bus
dicit Sen̄. li. ij. de ira. Aliena vitia [illegible]
te oculos habemus: a tergo nostra. [illegible]
Martialis cocus. Ad fratris culpā [illegible]
le tu lumina portas. Ad ꝓpriā v̄o [illegible]
la: vel ceca geris. Et Chryb. in li. de [illegible]
punctione. In alienis delictis seue[illegible]
amarissimi iudices residemus: nos[illegible]
autē trabes oculis infixas ꝓprijs [illegible]
videmus. Sed vt inquit Tullius [illegible]
iij. q. tuscu. Proprie stulticie est alio[illegible]
vitia cernere: suoꝝ obliuisci. Ideo [illegible]
uator noster Mat. vij. ait: Quid vide[illegible]
festucam in oculo fratris tui: ⁊ trabe[illegible]
in oculo tuo non vides. Aut quomo[illegible]
dicis fratri tuo. Frater sine eijciam [illegible]
stucam de oculo tuo: et ecce trabs [illegible]
in oculo tuo. Hypocrita. Eijce p[illegible]
mum trabem de oculo tuo: et tunc [illegible]
debis eijcere festucam de oculo fratris
tui. Ex hoc vsitatum prouerbium est
Tollere festucā si vis de fratris oculo
Que tua cōturbat lumina tolle trabē
Et Greg. in moral'. dicit illud quod [illegible]
nitur. iij. q. vij. c. qui sine peccato. Qui
sine peccato est vestrū primus in illam
lapidem mittat. Ad aliena quippe p[illegible]
cata puniēda ibant ⁊ sua relinquebant
Reuocentur igitur intus ad ꝯscientiā
vt prius propria corrigant: ⁊ tunc ali
na reprehendant. Est ad hoc propositū
illd̄ quod scribitur. iij. q. vij. c. iudice
⁊. c. ī grauib⁹. ⁊. c. postulatus. ⁊. c. sacer
dos. Solent aūt hoc vitio multū infi
ci laici ⁊ seculares qui subtiliter ꝑscru
tari querunt sacerdotum ⁊ religiosorum
vitam. Et si peccatum aliquod veniale
in eis viderint: dānant illos: spernunt
doctrinam: contēnunt ipsorum officia
et orationes: reputant ipsos malos: [illegible]
apto ore vbiq̄ crudel'r detrahūt nec [illegible]
gitāt qd̄ īpietatibus ipsi sunt īuolu[illegible]
quod periurijs: blasphemijs: vsuris
furtis: rapinis: fornicationib⁹: adulte
rijs: sodomijs: atq̄ sil'ibus. Pro q̄bus

s.q.s.in.c.multi. Gregori⁹ ait: Multi
seculariū hominū cū plus sacerdotum
vitā q̄ suā discutiūt: ī magnū ꝯtēptio
nis diuinoꝝ sacramētoꝝ crimen incur-
rūt. Magna em̄ trabe vulneratos ocu
los habētes: eāq̄ negligētes: festucam
tenuē in alioꝝ oculis ꝯspiciūt: quā dū
incaute auellere festināt: in erroris fo-
ueā dilabūtur. hec ille. Iccirco salubre
est documentū fructuosumq̄ vt q̄libet
de suis defectib⁹ se accuset: ⁊ humiliet
non aūt alioꝝ pctā p̄sumptuose p̄iudi-
cet. Un̄ beat⁹ Frāciscus dixit in regula
de fratrib⁹ suis. Quos moneo ⁊ exhor
tor ne despiciāt neq̄ iudicēt homines
quos viderint mollib⁹ vestimētis ⁊ co
loratis indutos: vti cibis et potib⁹ de-
licatis: sed magis vnusquisq̄ iudicet ⁊
despiciat semetipsum.

¶ Q̄ temerariū est iudicare de ꝓximo
malū ꝑ quodcūq̄ signū: nisi esset signū
violentum. Capitulum.iij.

Tertiū iudiciū quo q̄s aliū iu
dicat d̄r temeritatis. Et est
cū q̄s male sentit de ꝓximo
uo diffinitiue ꝓpter aliqd̄
indeficiēs signū suspitiōis. De quo fit
mentio.ij.q.j.c.multi. et.xj.q.iij.c. te-
merariū. Notādū tn̄ ꝟm Alexan. q̄ tri
plex est suspitio: ꝟm quā q̄s pōt maluz
de proximo suo presumere.

Prima d̄r violenta.
Secunda leuis.
Tertia temeraria.

¶ Prima d̄r violenta suspitio.s.cū ap-
parēt omnia signa mali: ⁊ nulla bona:
vt si adulter habitaret cū adultera de
quibus etsi non videat̄ quid faciā: tn̄
ꝓpter hmōi signū cohabitationis iu-
dicare illos nō est pctm̄. Propter talia
iudicauit Salomon de filio illi⁹ mere
tricis q̄ alia meretrix illa dormiēte ab
stulisset. de q̄bus d̄r.iij Reg.iij. ⁊ ex̄ de
presump.ī.c.afferte. Nā cū dixisset Sa
lomon. Afferte mihi gladium ⁊ diuidi-
te infantem viuum ⁊ date dimidiā par
tē vni: ⁊ dimidiā partē alteri: quod nō
dixit diffiniendo: sed potius tētando ⁊
inquirēdo v̄itatē. vt dicit glo.sup.d.c.
afferte. Clamauit mulier cui⁹ fili⁹ erat
viuus ad regē. Cōmota sunt quippe vi
scera ei⁹ sup filio suo. Obsecro dn̄e da-
te illi infantem viuū: ⁊ non occidatur.
Ecōuerso illa dicebat: Nec mihi nec ti-
bi: sed diuidatur. Respōdit rex et ait:
Date huic infantē viuū ⁊ nō occidat̄:
hec est em̄ mater ei⁹. ¶ Scd̄a suspitio
dicit̄ leuis: qn̄ sunt leuia signa mali: et
fortia ac plura boni: vt si mulier loqua
tur cū aliquo viro religioso honeste et
in honesto loco ac condescēti: ⁊ sil̄ia: et
sic iudicare malū pctm̄ est. Sciendū tn̄
ꝟm Tho.vbi.s̄. q̄ aliud est ex hmōi si-
gnis dubitare de malo ꝓximi: aliud il-
lud affirmare. Primū ꝑtinet ad huma
nam tētationē sine qua nō ducit̄ ista vi
ta. ꝟm illud apl̄i.j.Coꝝ.x. Tētatio vos
nō apprehēdat nisi humana. Affirma-
re v̄o et existimare pro his signis malū
de proximo suo pctm̄ est. Un̄ Aug.sup
illd̄.j.Coꝝ.iiij. Nolite ante tp̄s ⁊c.ait:
Etsi suspitiones vitare nō possum⁹: q̄
hoīes sumus: iudicia tamen.i.diffini-
tiuas sentētias ꝯtinere debem⁹. ¶ No
tandū adhuc ꝟm p̄fatuz doctorē: q̄ su
spitio de malo alterius pōt tripliciter
prouenire. Primo ex lōga experientia.
Un̄ Aris.ij.lib. Ethicoꝝ dicit: q̄ senes
sunt maxime suspitiosi: eo q̄ multoti-
ens experti sunt alioꝝ defect⁹. Senes
tm̄ inquit cacoges sunt. Est enim caco
gia deterius existimare oīa. Secundo
ꝓuenit talis suspitio mali: ex eo q̄ ali
quis male afficit̄ ad alterū. Cū em̄ q̄s
aliū contēnit vel odit: facile opinatur
malū de ip̄o: q̄ vnusquisq̄ facile credit
qd̄ appetit. Tertio ꝓuenit suspitio ma
li ex hoc q̄ aliq̄s in seipso malus est: ex
quo cōscius sue malicie faciliter maluz
de alijs opinat̄. ꝓpterea sapiēs Eccl̄s
x.c.ait: Stultus in via sua ambulans:
cū ip̄e sit īsipiēs: oēs stultos existimat.
Et Seneca in lib. de morib⁹. Hoc ha-
bet oīs affect⁹ vt ī quo ipse insanit: ce-
teros putet insanire. ¶ Tertia suspitio
dicit̄ temeraria: cuz quis omnia bona

in malā partē trahit. Unde Chryb. i quo-
dā sermone ait: Sunt q̄dā puersi q̄ de
oībus male iudicant. Dicūt eñ si quis
studet ⁊ humiliati vacat hypocrita est:
si recreationi gulosus est: si societati se
cularis est: si simplicitati fatuꝰ est: si ali
orū correctioni p̄sumptuosus est: si silē
tio et paci simulator est. hec ille. Quis
ergo explicet q̄ multos lucret diabolꝰ
ꝓpter temeraria ⁊ presumptuosa iudi-
cia: in q̄bꝰ tanto maiꝰ periculū īminet:
quāto minoris culpe esse credunt. Eui
temꝰ itaq; illa quātū possumꝰ: vt sic ve
penitētiā agētes assequamur hoc ī se-
culo dei gr̄am: ⁊ in futuro sempiternā
gloriā: in qua viuit gloriosus deꝰ ꝑ in-
finita secula seculorum. Amen.

¶ Feria q̄rta post Letare: de sacratissi-
mis indulgētijs ⁊ relaxationibꝰ: quas
facit ecclesia in remissionē pene pecca-
torum. Sermo.l.

Venit nox quā-
do nemo pōt opari. Re-
dēptoris nr̄i verba sunt
ista originalr̄ Joh. ix.c.
et in euangel. hodierno.
Ostensum est in supiori sermone q̄ gra
uis erit q̄ vhe timēda purgatoria pena
que seruat his q̄ in hac vita ꝓ suis pec
catis satisfacere negligunt. Et qm̄ ple-
riq; excusare se possent di. vires aut tē
pus illis ad satisfaciēdū nō sufficere:
iccirco clemētissime ꝓuidit dn̄s nr̄ ie-
sus xp̄s cōcedēs thesaurū eccl̄ie mini-
stris ꝓ loco ⁊ tpe pctōribus dispēsan-
dū. Fiunt nāq; in ecclesia ꝑ p̄latos ⁊ su
periores relaxationes: ⁊ indulgētie: in
quibus q̄ faciūt qd̄ debent: peccatoruz
suoꝝ remissionē lucrant. Ut autez hoc
clarius intelligat: statui hodierna die
de indulgētijs verba facere: vt reniten
tes pctōres intelligētes illarū virtutē
inuigilēt cū studio eas acq̄rere: nō ex-
pectātes noctē mortis ⁊ purgatorie pe
ne: qñ amplius non poterunt operari.
De ip̄is ergo indulgētijs tria mysteria
principalia ꝓponimus declaranda.

Primum d̄r diffinitio.
Secundum cōcessio.
Tertiū fructificatio.

¶ Quid sit īdulgētia: ⁊ qualr̄ ꝓdest in
foro dei ad diminutionē pene purgato
rie: ⁊ de clauibꝰ a xp̄o collatis sacerdo-
tibus. Capitulum.j.

Primū mysteriū de indulgē
tijs declarādū d̄r diffinitio.
In quo q̄d sit indulgētia vi
deamus. Et rn̄det Fran. de
may. in tractatu de indulgē
tijs: q̄ indulgētia est remissio pctōrū.
Qd̄ itelligēdū est de remissiōe pene tē
poralis: ad quā pctōr remanet obliga-
tus post remissionē culpe ⁊ pene eter-
ne. Ip̄a nāq; pena ⁊ culpa eterna remit-
tunt ī ꝯtritione cū pctōr iustificat. Et
q̄ vt tactū est sermone septimo huius
opis. c.j. licz in baptismo oīs pena q̄ ꝑ
pctō debet: penitꝰ relaxet merito pas-
sionis xp̄i: tn̄ cum hō pctā iterat reddit
se indignū tanto bn̄ficio: iō in ꝯtritiōe
nisi esset multū feruētissima nō remitti-
tur ei tota pena: sz minorat vt dicit ma-
gister sen. dist. xix. tertij. quātū decet et
expedit salua diuīa iusticia. Remanet
itaq; vt in pl̄ibꝰ obligatꝰ pctōr ad tem-
poralr̄ satisfaciēdū penāq; tpalē exol-
uendā. Hanc v̄o taxare hz sacerdos in
ꝯfessione: q̄ vt dictū est in sermone pro
arbitrio pn̄ias pōt iniūgere. Et q̄ rare
cōtingit vt q̄s totā penā tpalē debitā
excipere possit ⁊ adimplere: iō q̄ eaz in
hac vita nō soluūt in purgatorio acri-
ter punient. Sed cū q̄s facit illud pro
quo īdulgētie ꝯcedunt a dicta pena li-
berat plus ⁊ minꝰ ꝟm īdulgētie q̄litas
tē. ¶ Notandū tn̄ ꝟm Rich. ⁊ Bon. di.
xx. q̄rti. q̄ fuerūt q̄dā q̄ voluerūt distin-
guere foꝝ dei ⁊ foꝝ eccl̄ie. Et hi dixerūt
indulgētias valere quātū ad foꝝ eccle-
sie: nō quātū ad foꝝ dei. Nō aūt ipsorū
erat: q̄ nullus inferior pōt absoluere a
pena ad quā ligat supior: sz deꝰ remit-
tēdo culpā ligat ad aliquā penā tpalē:
ergo videtur q̄ nullus possit de illa ali-
quid dimittere. Et ꝓpterea dicūt īdul-

gētias valere in foro eccl'ie: remittēdo penas taxatas a iure vel a iudice: nō tñ aliq̄d remittēdo de pena taxata a deo. Uerūtñ ista opinio satis īpia est ⁊ ꝯria rōni: q: si sic esset tūc eccl'ia absoluēdo a penis satisfactorijs trāsmutare ad penas purgatorij: et ad grauiora supplicia. Ideo simpl'r dicēdū est ꝙ relaxatio satisfactiōis q̄ fit in indulgētijs: valet etiā in foro dei: q: deꝰ hꝫ ꝓ condonato qđ sic ꝯdonat. Modus aūt intelligēdi qualiter fieri pōt talis est. Presupponēdū nāq̄ est ꝙ bonū obtinemꝰ ex triplici merito. s. ex merito ꝓprio: ⁊ ex merito capitis: et ex merito eccl'iastice vnitatis. Et ꝙ ita sit in se manifestum est: q: quilibet meret sibi ꝑ gr̄am quaꝫ hꝫ. Qđ xp̄s meruerit nobis nemo dubitat nisi qui fide caret. Qđ eccl'ia mereatur nobis: ⁊ eiꝰ merita patēt ꝑ verba Aug. di. in li. de pnīa. Credēdū est ꝙ oēs orationes ⁊ elemosyne eccl'ie: et opa iusticie: succurrūt recognoscēti mortalitatē suā: ꝑ hunc modū sicut triplex est meritū obtinēdi bonū: sic ⁊ meritū liberādi a malo. Meritū. s. ꝓprium. Et hoc est meritū nr̄e ꝯtritiōis: ⁊ ꝑ hoc meremur liberari a pena eterna: ita ꝙ simul sunt hic duo. sicut in angelis gr̄a ⁊ gl'ia. Secūdo est meritū xp̄i: ⁊ hoc operat in sacramētis ⁊ ptāte clauiū: ⁊ ꝑ hoc remittitur pars pene. Tertio est meritum ecclesiastice vnitatis: et ꝑ illud adhuc fit remissio. Et sic ꝑm triplex meritum fit triplex pene ꝯdonatio: vt sic currat misericordia cuꝫ iusticia: ⁊ in qualibet est mutatio maioris ī minꝰ. Uñ pena eterna primo mutat in tpalē cū remittitur culpa. Scđo tpalis magna ⁊ supra vires cōmutat in penā cōpetētē viribus in sacerdotis absolutiōe: ⁊ qđ residuuꝫ est reseruat in purgatorio. Tertio vero pena illa ad quā q̄s tenet mutat in minorē in īdulgētijs. Hoc aūt pōt facere eccl'ia ex diuina autoritate. Thesauruꝫ em̄ meritoꝝ. s. xp̄i martyrū: ꝯfessorū: ac virginū: recōmēdauit eccl'ie dispēsandū: cū eccl'ie in prelatis tradidit claues regni celoꝝ. Et ꝑ hoc solui pōt rō eorū qui dicūt ꝙ inferior nō pōt absoluere a pena imposita a supiore. Nā licꝫ non possit autoritate ꝓpria: pōt tñ autoritatē ipsiꝰ superioris. Uel pōt dici ꝙ p̄latus dās īdulgētias nō absoluit oīno cōdonādo: sꝫ soluēdo de thesauro ecclesie. ¶ Sꝫ aliq̄s posset obijcere ꝙ eccl'ie nō sunt date claues: q: claues aut sunt ad claudēdū: aut ad aperiēdū. Sed đr Apoc. iij. Xp̄s aperit et nemo claudit: claudit ⁊ nemo aperit: ḡ eccl'ie nō sunt date claues. Uerūtñ in ꝯriū est qđ xp̄s dixit Petro Matth. xvj. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Ex q̄bus v̄bis patꝫ ꝙ mediante Petro eccl'ia claues accepit. Qđ no. xxiiij. q. j. c. manet. c. qđcūq̄. c. oībus ꝯsideratis. ¶ Rñdet ergo Rich. dist. xviij. quarti. ꝙ claues regni celoꝝ date sunt eccl'ie. Et accipiuntur hic claues ad sil'itudinē clauiū materialiuꝫ ꝑ quas ostiū claudit ⁊ aperit. Claues em̄ eccl'ie sunt quedam ptās data eccl'ie in prelatis suis ad aperiēdū ⁊ ad claudēdū hoībus regnū celoꝝ: qđ claudit homini ꝑ pctm̄ vel ꝑ obligationē ad penā ꝑ pctō: ⁊ aperit ꝑ remotionē vtriusq̄. Est aūt ptās triplex aperiendi celum et claudēdi. ¶ Prima est autoritas: q̄ est in solo deo: q̄ solus aperit effectiue per infusionē gr̄e: ⁊ claudit ꝑmissiue ꝑmittēdo iusto iudicio hoīem ruere in peccatū gratiā nō ꝯferendo. ¶ Secūda est clauis excellentie q̄ est in xp̄o rōne humane nature: qui celū aperit ꝑ meritū passionis sue: ⁊ claudit ꝑ potestatē iudicialē sibi traditā. ¶ Tertia est clauis ministerij: scꝫ in p̄latis eccl'ie: q̄ celum aperiūt ministrādo sacramēta: q̄ operantur in merito passiōis xp̄i et v̄tute. ¶ Ad autoritatē ergo Apoca. dicenduꝫ ꝙ clausura regni celorū potest tripliciter accipi. Uel ꝓ illa qua erat clausum generi humano propter pctm̄ primorū parentum. Uel ꝓ illa qua claudet oībus reprobis in iudicio ꝑ sententiam diffinitiuam. Uel pro illa qua claudit interim homini per culpam et penam

remittendas. Prima clausura fuit vniuersalis ⁊ nō perpetua: et hāc xp̄s aperuit merito passionis sue. Et de hac d̄r Apoca.iij. Aperit ⁊ nemo claudit. Alia sil̄r clausura erit ꝑpetua: de qua Mat. xxv. Clausa est ianua. ⁊ de hac d̄r Apoc̄. iij. Claudit ⁊ nemo aperit. Alia clausura est ꝑticularis: ⁊ nō ꝑpetua: ⁊ hāc p̄lati eccl̄ie possunt ministerialiter aperire. Propterea nō mediocriter errāt hi q̄ dicūt īdulgētias nō valere: cū tota eccl̄ia rōnabiliter cōtrariū asserat et affirmet.

¶ De autoritate cōcedendi indulgētias ⁊ illarū varia concessione: ⁊ de causis ꝓ quibus cōceduntur. Cap̄m.ij.

Secundū mysteriū de indulgētijs declarādū d̄r cōcessio. In quo de ipsarū cōcessione tria consideremus.

Primo autoritatē.
Secūdo varietatē.
Tertio causalitatem.

¶ Primo cōsideremus autoritatē quis scz habet autoritatē indulgētias concedēdi. Et respondēt doc.s. Boñ. ⁊ Rich. vbi.s̄. ꝙ illi soli p̄nt indulgētias dare: quibus dispēsatio thesauri ecclesie commissa est: ⁊ ſm mēsurā cōmissionis sue. Et qr xp̄i vicario cōmissa est plenitudo potestatis ab ipso xp̄o: vt pz ex̄ de peni. ⁊ remis.c.cū ex eo. Iō pōt dare indulgētias per totā ecclesiā militantē: et tātas quātas sibi dare placuerit si adsit rōnabilis cā. Alij aūt habēt tantū de hac potestate quātū eis a xp̄i vicario cōcessum est: Ipse aūt per ius cōe hoc nō cōcessit nisi ep̄is: vel electis in ep̄os ⁊ suis legatis. Et iō nulli alij possunt indulgētias dare: nisi ex speciali cōmissione: nec p̄nt legati dare indulgētias nisi in ꝓuincia sua: nec ep̄i nisi in suo episcopatu. Archiepiscopi tñ possunt eas dare in episcopatibus suffraganeoꝝ suoꝝ: vt pz ex̄ de peni. ⁊ remis.c.nostro.in textu ⁊ in glo. Isti tñ in dedicatione basilice siue dedicetur ab vno siue a plurib⁹: nō debēt extēdere indulgētias vltra annum nec in anniuersario dedicatiōis vltra.xl.dies. Limitata est em̄ eis ptās a papa: ne ꝑ immoderatas remissiones claues eccl̄ie cōtemnerētur: ⁊ penitētialis satisfactio eneruaret̄. ex̄ de peni. ⁊ re.c.cū ex eo. Et si diceret̄ ꝙ oīs sacerdos hz claues: ergo pōt indulgentias concedere. Rñdet Boñ. ꝙ clauis nō est tota rō v̄tutis indulgētias faciēdi: sed ptās clauis cū iurisditione ⁊ autoritate thesauri dispensandi: que ordinarie solis cōpetit ep̄is ⁊ sacerdotib⁹: si eis ab ep̄is committatur.

passio tristicie? Et arguūt q̄dā ꝙ nō. Nā sapiēs Eccli. xxx. tristiciam dissuadet dicēs: Tristiciā nō des aīe tue ⁊ non affligas teip̄m in cōsilio tuo. ⁊ iterū ibi: Tristiciā lōge expelle a te: multos em̄ occidit tristicia: ⁊ nō est vtilitas in illa. Aristo. insup. iij. Topi. ait: eadē sunt magis eligēda sine tristicia ꝙ cū tristicia. Sapiēs insup Prouer. xij. ait: Nō cōtristabit iustū q̄cq̄d ei acciderit. Sed Rich. ar. iij. q. j. ⁊ Boñ. arti. ij. q. ij. di. xv. tertij rñdent: ꝙ absq̄ dubio sicut magr̄ sen. refert: ⁊ textus euāgelicus cōfirmat: in aīa xp̄i fuit passio tristicie. Sicut enim ex cōiūctione rei amate cū app̄hēsione eiusdē causat̄ in appetitu sensitiuo passio delectationis: sic ex cōiunctione rei odite cū app̄hēsione eiusdē causat̄ ī appetitu passio tristicie: ⁊ q̄r res de proximo ⁊ certitudinaliter futura cōsiderat̄ quasi iā presens ꝓpter euentus instantem ꝓpinquitatē ⁊ infallibilitatem: iō nō solū respectu rei odite cū est presens sed etiā respectu rei odite infallibiliter: ⁊ de ꝓximo venture est passio tristicie. Vñ ꝟm pb̄m in. ij. rheto. Illi q̄ iaz decapitant̄ nō timēt vidētes sibi necessitatem imminere: sed tristant̄: ⁊ ideo quia sensualitas aīe xp̄i mortē recusabat cuz apprehendit ipsam vt de ꝓximo infallibiliter venturam: causata fuit in eius appetitu passio tristicie. Aliter tñ fuit in eo tristicia ꝙ in nobis. In nobis em̄ frequenter causatur contra ⁊ preter imperiū rationis quod vituperabile est: vt patet per autoritates superius allegatas. In xp̄o v̄o nō fuit nisi ꝟm imperiū rationis: que impabat sensualitatē tristari moderate ꝟm exigentiā sue nature ⁊ ideo in ipso non fuit tristitia rationē peruertens neq̄ conturbans: nec de necessitate. Ob quod Hieronymus super Mattheum ait: Dñs noster vt veritatem probaret assumpti hominis: vere quidē contristatus est. Sed nec passio in aīo illius dominaretur per passionez cepit contristari. Aliud enim est contristari aliud incipere contristari. hec ille.

Consideremus ergo ꝙ benigne dominus orbis tribus illis discipulis aduocatis eos forte amplexando: ⁊ nunc supra vnum: nunc supra alium dexteram extendēdo cū suspirijs ⁊ anxietate multa dicebat: Heu filij mei: discipuli mei charissimi. Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem. ꝟm Nicolauz de lyra dictio vsq̄: accipi potest dupliciter. Uno modo intensiue: q̄r tantū intensa erat quātum poterat esse. Alio modo extensiue: quia durauit vsq̄ ad horā mortis. Secundo apparet vehemētia doloris christi ex petitione. Dimissis vtiq̄ tribus illis quibus dixit: Sustinete hic ⁊ vigilate mecum: auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: vt Lucas meminit: ⁊ positis genibus orauit dicens Mat. xxvj. ⁊ Lu. xiiij. Pater mi si possibile est transeat a me calix iste: verūtñ nō sicut ego volo: sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos: ⁊ inuenit eos dormientes: ⁊ dixit Petro sic. Nō potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate ⁊ orate ne intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Iterum secundo abijt ⁊ orauit vt prius. Et venit iterum ⁊ inuenit discipulos dormientes pre tristicia. Et relictis iterum secundo abijt ⁊ orauit. ¶ Ubi doctores theologi querunt vtrum illa ratio fuit a ratione aut a sensualitate? Et respondet Boñ. dist. xvij. ar. ij. q. iij. tertij. ꝙ de ipsa dupliciter possumus loq̄: aut quātum ad materiam: aut quantum ad formam. Si loquamur de ipsa quantū ad materiam: cum materia orationis respiciat desiderium petentis: talis fuit petitio sensualitatis: cuius desiderium erat ad non moriendum. vt magister sen. dicit in littera. Si aūt loquamur de p̄dicta or̄one quantū ad formā: sicut cū forma petitionis respiciat discretionē proponentis: ⁊ talis modus proponēdi fit a discretione rōnis: cōcedendum est ꝙ talis oratio fuit voluntatis rationalis. Ad q̄d melius intelligendum notandū ꝟm Boñ. vbi. s̄. ar. j. q. j. ⁊ Rich. ibidē ꝙ

cũ in xp̃o sint plures nature ĩtellectua
les: videlicꝫ diuina et humana: necesse
est in xp̃o plures esse volũtates: qđ ma
gister in textu ꝑ multimodas autorita
tes sctõꝝ ostendit. Unde si numerẽtur
voluntates xp̃i ꝟm naturas due sunt:
scꝫ diuina ⁊ humana. sed ꝟm potẽtias
tres sunt. s. voluntas diuina: ⁊ volun-
tas aĩe rationalis: ⁊ volũtas appetiti
ua sensitiua: que extenso noĩe volunta
tis volũtas đr: qꝛ mouet̃ post apprehẽ
sionẽ: qꝛ ꝓprie loquẽdo de noĩe volun
tatis volũtas nõ inuenit̃ nisi in parte
aĩe rationalis ꝟm pb̃m. iij. de aĩa. Igi
tur tanq̃ verus homo cogitans immo
clare vidẽs dñs iesus xp̃s que sibi pa-
rabantur in ꝓximo passiones: q̃ mar-
tyria in suo corpe toleratur⁹ erat: volũ
tate q̃dã pietatꝫ dicebat Luce. xxij. Pr̃
si possibile est transfer a me calicẽ istũ.
verũtñ qꝛ sic est voluntas tua vt ꝓ hu-
mano genere moriendo ⁊ patiendo sa-
tisfaciã: ecce me promptissimũ ⁊ para-
tũ. fiat nõ qđ ego volo voluntate sen-
sualitatis: sed qđ tu: qꝛ ego idẽ volo vo
luntate rationis. O bone iesu doctor
veritatis qui cepistis facere ⁊ docere:
tu nobis dixisti vt orãtes loqueremur
patri tuo verbũ hoc: quod tu ĩ tua ago
nia sepi⁹ replicasti: Fiat volũtas tua.
Ob quod Leo papa in sermone de pas
siõe ait: Hec vox oẽs fideles instruxit:
oẽs cõfessores accendit: oẽs martyres
coronauit. Nã quis mundi odia quis
tentationum turbines: quis posset ꝑ-
secutoꝝ superare terrores: nisi xp̃us in
oĩbus et pro oĩbus patri diceret: Fiat
volũtas tua. Discant ergo hanc vocez
oẽs eccl̃ie filij: vt cũ aduersitas violen
ter alicui⁹ tentatiõis incũbit: separato
tremore formidinis accipiant toleran-
tiã passionis. Hec ille. Tertio appa-
ret vehementia doloris xp̃i in sua ora-
tione ex confortatione. Tam vrgẽs em̃
erat dolor ei⁹ vt angelus ad eũ confor
tandũ mitteret̃. Apparuit inquit Lu-
cas ei angelus cõfortãs eũ. Apparitio
aũt illa ꝟm Nicolaũ de lyra fuit in vi-
sione corporali. Ubi ostendit̃ ꝙ in eo
erat vera humanitas: que confortabat̃
cõtra tristiciã insurgentẽ in ꝑte sensiti
ua ex apprehensione mortis ĩminẽtis.
Et fact⁹ ĩ agonia prolixi⁹ orabat. Erat
autẽ hec agonia reluctatio sensualita-
tis mortẽ horrentis: ⁊ rõnis ipam ac-
ceptantis: qꝛ virtute diuina quelibet
pars permittebat̃ agere ⁊ pati qđ erat
sibi propriũ. Et fact⁹ est sudor ei⁹ sicut
gutte sanguinis decurrentis in terrã.
Ex vehemẽti em̃ anxietate fiebat vt nõ
solũ humores exirẽt ꝑ sudorẽ: sed etiaꝫ
aliq̃d de sanguine sudorẽ tingẽte. Se-
cũdũ v̄o opinionẽ aliquoꝝ hoc supna-
turaliter factũ est: vt sic xp̃s suum san-
guinẽ iã pro salute nostra effundere in
ciperet. Sed nõ ĩmerito querere quis
posset vtrũ dolor xp̃i patientis fuit do
lor acerbissimus: ita ꝙ excesserit oẽm
dolorẽ quorũcũq̃ patiẽtiũ. Et respon-
det Rich̃. in. iij. di. xv. art. iiij. q. iij. ⁊
Bon̄. ar. j. q. ij. disti. xvj. ⁊ Tho. iij. ꝑte.
q. xlvj. arti. vj. ꝙ q̃uis dolor christi nõ
fuerit maxim⁹ oĩm doloꝝ simplr̃: cũ do
lor dãnatoꝝ sit eo maior: fuit tñ maxi-
mus oĩm doloꝝ hui⁹ vite propter tria.

Primo propter causam passionis.
Scđo ꝓpter modũ patiendi.
Tertio propter cõditionẽ patiẽtis.

¶ Primo si consideret̃ causa ob quam
xp̃s passus fuit: in eo doloris afflictio
magna fuit. Nõ eniꝫ patiebat̃ pro cul
pa propria: ĩmo pro aliena. nõ ꝓ ami-
cis: sed pro inimicis: ⁊ etiã pro his q̃s
videbat ingratos. ¶ Scđo si cõsidere-
tur modus patiendi: fuit in eo dolor
acerbissim⁹. Tũ propter generalitatẽ:
qꝛ in oĩb⁹ membris affligebat̃: tũ etiaꝫ
propter cõtinuitatẽ: qꝛ suspendiũ ei⁹
cõtinuabat̃ ⁊ claui adeo affligebãt pẽ
dentẽ. Ob qđ mors cõfixoꝝ in cruce est
acerbissima: quia configuntur in locis
neruosis: ⁊ maxime sensibilib⁹. ¶ Ter-
tio si consideret̃ qualitas siue cõditio
patientis: maxima fuit in eo afflictio
propter maximã complexionis equali
tatem ⁊ propter sensus viuacitatem.

Unde quia nullus potuit ei equari nec in equalitate complexionis nec in viuacitate sensus: dolor illius fuit oīum dolorꝝ acutissimus. Addit etiam Tho. ꝙ si consideretur puritas doloris xp̄i: dolor iste fuit maximus. Nam in alijs patiētibus mitigatur tristicia interior ⁊ etiam dolor exterior ex aliqua consideratione rationis per quandā deriuationem seu redundantiam a superioribus viribus ad vires inferiores: quod in xp̄o patiente non fuit. Unicuiq; em̄ virium permisit agere quod est sibi ꝓpriū ꝟm Damas. Ideo xp̄s Treñ. j. ait: O vos omnes qui transitis ꝑ viā attēdite ⁊ videte si est dolor sicut dolor meꝰ Cuius magnitudinē nos colligere possumus cū videmus xp̄m suā passionem cogitantē sudorē sanguineū emittere. Ubi es aīa rationalis? Quid agis? O insignita imagine dei tui? Uelis obsecro xp̄o iesu oranti: sudanti: gementi: lachrymanti: et agonizanti pro salute tua assistere misericorditer. Noli dormire illi q̄ nō dormiuit ip̄e tibi. Inspice mētꝫ oc̄lo cōpassiuo quāta ꝑ te passus est a die natiuitatꝫ sue vsq; ad horā p̄sentē: ⁊ nūc vigilās ⁊ orās frequēter patri seip̄m offert: mortez acerbissimam hodie fore passurū. Et q̄r hō est: cogitat in seip̄o ⁊ sibijp̄i loquitur: Heu me filium matris mee: hinc ad modicum captus ero: ligatus: flagellatꝰ: delusus: spinis coronatus: et inter duos latrones in cruce ꝯfixus. Faciā oīa libenter vt obediam patri meo ⁊ redimā humanum genus. Sed heu me quāta sustinebo tormenta? O quāta est tristicia mea ⁊ amaritudo cordis mei? Compatere illi anima dura: et collige in corde tuo guttulas illas sanguinis quas sudando pro te fuit in terram.

¶ Qr in comprehensione vehementer doluit propter iude dānationem: propter suam ligationem: et propter discipulorum turbationem.

¶ Primi articuli dolor secundus.



Ecūdꝰ dolor quē xp̄s ꝑ nobis sustinuit dr cōprehēsionis: qñ. s. ministri iudeorū comprehenderunt eū ⁊ velut mācipiū vilissimū ligauerunt. Fuit autem tunc vehemēs dolor eius propter tria.

Primo ꝓpter iude dānationē.

Scdo ꝓpter suam ligationem.

Tertio ꝓpt̄ discipulorꝝ turbationē.

¶ Primo fuit vehemens dolor xp̄i propter iude dānationē. Ipse nāq; turbā duxit ad locum in quo xp̄us orauerat: postq̄ erat cū discipulis suis. Sciebat em̄ ipse locū illū: q̄r frequenter conuenerat illuc cū discipulis suis. Dederat aūt signū his q̄ xp̄m cōprehensuri erāt dicens Mat. xxvj. Quēcūq; osculatus fuero ipse est: tenete eū. Hoc aūt signū ꝟm glo. dedit eis ne loco xp̄i caperēt iacobuz minorē: q̄ erat filis xp̄o in facie. Accedens ergo iudas ad xp̄m osculatꝰ est eū ⁊ dixit: Aue rabbi. Cui iesus. Amice inquit: ad quid venisti? quasi dicat ꝟm aliquos. Tu ostendis amicitiā signo: ⁊ proditionem agis de facto. Uel meliꝰ ꝟm alios? O iuda amice mi quē ego dilexi: quē ad apostolatū vocaui: cui familiarē me dedi: cuius pedes in cena laui: cui nūq̄ displicui: osculo me tradis? Cur ita cōtra me facis? O amice mi iuda: cui si ad penitētiā redire volueris veniā sum prestare paratꝰ. Cur me derelinquis? Cur a ꝓposito tuo malo animū tuū non reuocas? Amice mi si adhuc me amicū habere volueris: lz me tradas in manus inimicorꝝ meorꝝ: reuertere tñ ad me ⁊ ego suscipiam te. O vere benignissimū ⁊ mansuetissimū dñm: q̄ licz doleret de iniuria quaz sibi iudas īferebat: magis tñ ac magis affligebatur de dānatione eius. Nā licz xp̄s qui videbat omnia dolore nō modico afficeretur qñ iudas concepit animo illum vendere: qñ iudas ad principes sacerdotū accessit: ⁊ triginta argēteos in manu recepit: qñ a cena exiuit et ad colligendum cohortē ⁊ ministros

sollicitus properauit. insuper suo fetido ore ausus est pditorie osculari faciē ihesu decorā: et os eius pciosissimum: plus tñ angustiabatur cūvidebat iudā propter suā obstinationē fore dānādū. ¶ Sed hic dubitatur: vtrū si iudas nō tradidisset xp̄m et iudei nō crucifixissent eū fuisset humanū genus redēptū? Et respondet Alexā. in. iij. volumine summe. q. xvij. mē. iiij. ar. ij. ꝙ sic. q: in tali casu sola volūtas patiēdi suffecisset ad redemptionē siue ad liberationē: ideo non excusat Judas a pctō: neq; iudei. Et si dicatur Roñ. viij. hr̄: Proprio filio suo nō pepercit de?: sed ꝑ nobis oībus tradidit illū. Et Esa. liij. Tradidit in mortē aiam suā. Ergo sicut pater et filius non peccauerunt: a fili nō peccauit iudas neq; iudei. Rñdet Tho. iij. parte. q. xlvij. ar. ij. ad. iij. ar. ꝙ eadem actio diuersimode iudicat in bono vel malo. ꝫm ꝙ ex diuersa radice procedit. Pater enim tradidit xp̄um passioni ex charitate. Qđ intelligi pōt vno quidez modo ꝫm ꝙ sua eterna volūtate ꝑordinauit passionē xp̄i ad humani generis liberationē. ꝫm illud Esa. liij. Dñs posuit in eo iniquitatez oīm nr̄m. Scđo non ptegendo eū a passione: sed exponendo persequētib?. vt Aug. dicit: Ipse ?o filius tradidit seipm passioni ꝑpter humilitatē: et ex obediētia fact? ꝑ nobis obediens vsq; ad mortem. vt dr̄ Phil'. ij. Judas cooperatus est passioni xp̄i ex cupiditate et iniquitate. Pilatus ex humano timore. Et pharisei ex liuore et inuidia: ideo ipsi vituperant: et potissimū ingratissim? iudas: de quo sic exclamat Bern̄. O Juda mercator pessime: o pditor auarissime: cur nō petiuisti a matre triginta illos argenteos Et q: paupercula erat aut mēdicasset: aut seipam poti? vēdidisset: dedissetq; tibi preciū: ne filiū suū ꝑderes innocentem. ¶ Scđo fuit vehemens dolor xp̄i propter suā cōprehensionē et ligationē: qñ scilz a ministris illis ligat? fuit. Ad qđ plenius intelligendū querēdū p?i nobis est: vtrū ipse filius dei benedict? volens passionē sustinuit: Et respōdeo ꝙ sic: quod ptz tripliciter. ¶ Primo ex scripture ꝓfirmatione. Un̄ Esa. liij. dr̄: Oblat? est q: ipse voluit. ¶ Scđo ex ꝓnunciatione. Prenunciauit quidē passionē suā qñ dixit: Mat. xvj. ꝙ oportet ire hierosolymā et multa pati a senioribus et scribis: et principib? sacerdotū: et tertia die resurgere. et Mat. xvij. c. qñ post trāsfigurationē ꝓcepit discipulis suis dicēs: Nemini dixeritis visionem donec filius hoīs a mortuis resurgat. Et iterū Mat. xx. qñ assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis Mat. xx. Ecce ascendim? hierosolymā et filius hoīs tradet principib? sacerdotū et scribis: et cōdēnabūt eū morte: et tradent eū gentib? ad illudendū: et flagellandū: et crucifigendū. ¶ Tertio ptz ꝙ voluntarie tps se obtulit passioni ex facti ꝓbatione. Nā iudeos et eos qui cum ipsis erant solo verbo virtute sua in terrā ꝓstrauit. Quippe cum interrogasset eos quē q̄rit?: Illiq; rñdissent: Jesum nazarenū. vt eis dixit: Ego sum abierunt retrorsum: et ceciderūt in terrā: vt sic declaret virtus diuinitatis eius. Ob qđ Aug. sup Jobem inquit: Ubi nunc militū cohors: Ubi terror et murmur armor. Una vox turbas odys ferocem: armisq; terribilē fine telorūo percussit: reppulit: strauit. Deus eñ latebat in carne: et sempiternus dies inmēbris occultabatur humanis: et lateris et facib? q̄rēt in tenebris. Nec ille. Et vt Lyr. sequit demū ne q̄s dicat qñ ipse iudeos ad hoc induxit vt ipm occiderent: seipm in manibus eor? tradens: manifeste ostendit eis oīa que sufficiebant eos reuocare. Sed q: permanebant in malicia: et nullā habebāt excusationē: tunc seipm in manib? eor? tradidit: ideo iterū interrogauit eos postq̄ a terra surrexerunt. Et illi respōderunt sicut prius. Quibus ipe dixit: Dixi vobis: q: ego sum: si ergo me q̄ritis sinite hos abire. Tūc Simō Petr?

gladio percussit Malcū seruū pontificis: absciditq; auriculā eius dexteram. Job. xviij. Siquis aūt quereret vñ gladius erat Petro. Chry. dicit: ꝙ audiēs iudeos cōtra xp̄m conspirasse armauerat se. Theophilus v̄o ait ꝙ habuerat ip̄m in cena ꝓ vsu agni. Sed xp̄s auricula illius senata (vt Lucas refert) Petrū charitatiue redarguit dicēs: Mitte gladiū tuū in vaginā. An putas: q̄ nō possum rogare patrē meū: ⁊ exhibebit mihi modo plus q̄ duodecim legiones angeloꝝ. Ubi Viero. Quasi dicat: Nō indigeo duodecim apl̄orū auxilio: etiā si oēs me defenderent: q̄ possuz habere duodecim legiones angelici exercitus. Vñ legio apud veteres sex milibus hoīm cōplebat̄. De duodecim legionibus septuagintaduo milia angelorū fiunt in quot genus hoīm lingua diuisa est. Hec ille. Subdidit xp̄us: Quō ergo implebunt̄ scripture ꝓphetaruz? Calicē quē dedit mihi pater nō vis vt bibā illuz. Deinde dixit turbis: Tanq̄ ad latronē existis cū gladijs ⁊ fustibus cōprehendere me. Quotidie apud vos erā docens in tēplo: ⁊ nō me tenuistis. Sed hec est hora vestra: ⁊ ptās tenebrarum. Hora vestra dicit. s. vobis cōcessa ad me cōprehendendū: ⁊ ptās tenebrarū: q̄ diabolus tenebraꝝ princeps eos ad hoc incitabat. Tunc illi cōprehēderūt iesum: ⁊ ligauerunt eum. O flebile spectaculū: o dolendum malū: o lachrymabile factū: videre illos in xp̄m seuiētes. Nā vt pie possumus cōtēplari: irruerunt in eū fremētes ⁊ rugiētes leonū more. Alij ceperunt eū per capillos suos: ⁊ violenter in terrā proiecerunt. Alij gratiosas manus suas capientes retroverterūt. Alij funibus duris illas ligauerūt. Alij catenā collo eius imposuerunt. Alij contumeliosis verbis iniuriabantur sibi. Alij deniq; pugnis ⁊ pomis suorū ensiū percusserunt eum. Quid vides o aīa mea? Quid audis? Quid loquor? De quo dicimus ꝙ tāta patiebatur: ꝙ ligatus erat ⁊ tā viliter oppressus ⁊ fatigatus? Nōne ipse est iesus dei ⁊ virginis filiꝰ? Nōne rex hoīm ⁊ angelorū? Nōne creator: gubernator: redēptor: glorificator: ⁊ bn̄factor tuꝰ? Cur igitur nō ploras: cur non clamas ad sydera. O iesu mi salus anime mee: amice ꝓpter me miserā peccatricem tā dire vinctus es ⁊ catenatꝰ. Emolli cor tuū ad pietatē ⁊ cōmiserationē: ⁊ seq̄re illū meditatione deuota quocūq; decetero perget. ¶ Tertio fuit vehemens dolor xp̄i ꝓpter discipuloꝝ turbationē Discipuli etem̄ talia que in xp̄m fiebāt conspiciebant: ⁊ ex hoc territi fugerūt eo relicto. Et hoc p̄dixit Zacharias ꝓpheta. xiij. c. Percutiā pastorē ⁊ dispergentur oues gregis. ¶ Sed hic incidit questio. Utrū ꝓphete p̄dixerūt mortez xp̄i ⁊ passionē? Et respondeo ꝙ sic. Nā Lactā. lib. iiij. inducit verba Sibylle dicens: Et in manus impias infideliū postea veniet. dabunt aūt deo alapas incestis manibus: et impurato ore expuent venenatos sputos. Dabit v̄o ad verbera simpliciter sanctum dorsum: ⁊ colaphos accipiēs tacebit: ne q̄s agnoscat ꝙ verbum sit: vel vnde veniat vt infers loquatur: et corona spinea coronetur. Ipsa enim insipiens gens deuz tuum nō cognouisti: sed spinis eum coronasti: ⁊ horridū illi fel miscuisti. Hec ibi. Sed expresse adhuc sancti ꝓphete passionem xp̄i multipliciter prenunciarunt. Dicit nanq; Esa. v. c. Incuruabit̄ homo: ⁊ humiliabitur vir. Glo. Rabbi Salomon dicit: Inclinabitur homo: ⁊ humiliabit̄ altus vel robustus virorū. Et idez exponens illud Deutero. xxxij. Deum qui te genuit dereliquisti. dicit in hebreo Thessi: idest debilitas ⁊ obliuisceris deum. Moho ele ele mole lecha. i. vulneratum vel occisum tuū vel afflictum. Et Treñ. j. c. Vieremias dixit: Plorans ploranit in nocte ⁊ lachryme eius in maxillas eius. Glo. Rabbi Moysi habet. Plorans erit scilicz ipsa Vierusalem: et plorare faciet deū sanctum. Et Treñ. iij. Vieremias inquit:

Dabit percutienti se maxillã: saturabit opprobrijs. Quib⁹ ꝟbis cõsonat dictus Michee.v.c. In virga inquit percutiẽt maxillã iudicis israel.i.xpi. Nam Esaie xxxiij.ỏ: :Adonai iudex noster. Adonai dator noster. Adonai rex noster: ipse aũt saluabit nos. Et Esa.liij.c. de xp̃o passuro ita locut⁹ est: Dñe q̃s credidit auditui nostro. i. passionis xp̃i mysterio: qõ ego ⁊ alij ꝓphete audiuimus a spiritu sancto⁹. Et brachiũ dñi cui reuelatũ est⁹ quasi dicat: paucis. Et ascẽdet sicut virgultũ coram eo. s. xp̃s coram deo patre et sicut radix. s. sursum fructificãs: de terra sitiẽti. i. de ṽgine nõ humectata vel fecũdata humano semine. Et non est ei species neq; decor: scilz in passione: ⁊ vidimus eũ: ⁊ nõ erat aspectus: et desideravimus eũ despectũ ⁊ nouissimũ virorũ: virũ dolorũ ⁊ scientẽ infirmitatẽ. Et quasi abscõditus vultus ei⁹ ⁊ despect⁹: scilz pre verecundia: vnde nec reputauimus eũ. Vere lãgores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eũ quasi leprosum et percussum a deo ⁊ humiliatũ. Ipse aũt vulneratus est propter iniquitates nostras: ⁊ attrit⁹ est ꝓpter scelera nostra. Disciplina pacis nostre sup eũ: et liuore ei⁹ sanati sumus. Oẽs nos quasi oues errauimus: vnusquisq; in viã suã declinauit: ⁊ dñs posuit in eo iniquitatẽ omnium nostrũ. hec ille. Q; aute; predicta ꝓphetia ad litterã intelligatur de xp̃o: patet per Rabbi Moysen q̃ hoc tenet vt dicit Nico. de lyra. De tribulatione etiã xp̃i exponunt doct⁹ iudei illud Esa. xl. Timoris dñi. qõ sequit⁹ ad illa verba. Requiescet sup eũ spũs timoris dñi ⁊c. Nam in lib. zanhedri imperhec. j. dist. helecy taliter scriptũ est⁹: Vaharibo. i. ⁊ molestabit eum in timore dñi. Ibi dicit Rabbi Alexãdri docet q̃ honorare eũ dñs precepto tribulationũ ⁊ tormentorum. Et Dauid in pṡ. xxj. qui de christo ẽm Nico. de lyra intelligit in persona xp̃i. ita dicit: Deus de⁹ meus. i. pater ratione diuinitatis: et rõne humanitatis respice in me: scz positum in afflictione: quare me dereliquisti. s. in manibus medeorũ: lõge a salute mea. s. corporali, verba delictor; meor;. i. populi que sua fecit sustinẽdo p̃ eis penã. Deus me⁹ clamabo p̃ diẽ. s. circa horã nonã ⁊ nõ erat dies q; oratio illa ꝓcedebat vt dictũ est quãtũ ad suã materiã a volũtate sensualitatis: ⁊ nõ ad infipientiã mihi: scz hoc cõtingit q̃ nõ sum exaudit⁹: immo magna fuit sapiẽtia sic redimere genus humanũ. Tu aũt in sctõ habitas. i. ois sancte facis. In te sperauerũt patres nr̃i: ⁊ liberasti eos: scz de seruitute egypti ⁊ captiuitate babylonis. Que liberationes fuerũt quedã figure liberationis hominũ ꝓpter mortẽ meaz facte. Ego aũt sum vermis. i. vilus abominabilis: ⁊ nõ homo: scz nõ vrens rõne quãtũ ad opinionẽ iudeor; qui dicebãt eũ demoniacum: opprobriũ hoim. s. maiorũ ⁊ pharisеorum: ⁊ abiectio plebis. s. populi cõis. Oẽs videntes me deriserunt me locuti sunt labijs ⁊ mouerũt caput. s. dicẽtes: Sperauit in dño eripiat eũ saluũ faciat eũ: qm̃ vult eũ. Quoniã tu es qui extraxisti me de ventre: scz sup naturã fecisti me nasci de virgine spes mea: q; in christo fuit spes future glorie quoad corp⁹. Jn te proiectus sum ex vtero. i. tibi in supposito ꝟbi vnit⁹ a cõceptionis principio. de ventre matris mee deus meus es tu. i. deũ meum te cognoui: q; anima xp̃i ab instãti conceptionis fuit repleta virtutib⁹. Ne discesseris a me: qm̃ tribulatio ꝓxima est ⁊ non est qui adiuuet. Circundederunt me vituli multi: tauri pingues. s. iudei petulãtes: ⁊ auari obsederũt me. Aperuerunt super me os suũ: sicut leo rapiẽs ⁊ rugiens. Sicut aqua effusus sum: ⁊ dispersa sunt omnia ossa mea. i. discipuli. Factũ est cor meũ tãq̃ cera liquescens in medio ventris mei. Aruit tanq̃ testa virtus mea: et lingua mea adhesit faucibus meis: et in pulverem mortis deduxisti me. Quoniã circũdederunt me canes multi: concilium malignantiũ obsedit me, Foderũt manus

meas et pedes meos: dinumerauerunt oia ossa mea. Ipsi vo considerauerunt ⁊ inspererunt me: diuiserũt sibi vestimẽta mea: ⁊ super vestẽ meã miserũt sortẽ. Et iterum ps̃ ij. quẽ apli Act. iiij. de xp̃o intelligendũ testati sunt: de eius passione ita inquit: Quare fremuerũt gẽtes: ⁊ populi meditati sunt inania. Astiterũt reges terre. i. herodes qui vocabat rex galilee: ¶Marci. vj. ⁊ Matth. xiiij. Et põtius pilatus qui tenebat protũc locum imperatoris. Uñ Cẽturio sub eo constitutus vocatur regulus Joh. iiij. Et principes conuenerũt in vnũ: aduersus dñm ⁊ aduersus xp̃m eius. Ad hoc etiã est ꝓphetia illa Zach. xij. di. Uidebunt in quem trãsfixerũt. Sunt ⁊ alie plures de xp̃i passione ꝓpherie: quas omittimus breuitatis cã: et ad discipulos reuertimur in captione xp̃i perterritos et fugiẽtes. Neq; credendũ est id fuisse sine angustia cordis magistri sui etiam ⁊ sine fletu ac plãctu ipsoꝝ. Puto etẽm ꝙ postq̃ viderũt turbã xp̃m ligantem ab illo aliquãtuluꝝ elõgati fugiẽdo cũ eiulatu et suspirijs dicebant: O magister clementissime omni melle suauior: qũo videmus in te seuire malicia iudeorum. Deu et nos miseri quid faciemus tam gratiosum patrẽ amittẽtes. Relinquimus oia vt sequeremur te: ⁊ nũc certificati sum⁹ ꝙ presentia tua priuabimur: qñ occidẽt te pharisei. Dis et similib⁹ querelationibus discipuli mesti magistrũ solũ in persequentiũ manib⁹ ac crudelissime eũ tractantiũ dereliquerũt.

¶ Qz christus vehementer doluit in deductione ꝓpter discipuli negationeꝫ: et ꝓpter anne interrogationeꝫ: ⁊ ꝓpter alapẽ percussionem.

¶ Primi articuli dolor tertius.

Ertius dolor quẽ xp̃s pro nobis peccatorib⁹ supportauit dicitur deductionis: quando vt habet Joh. xviij. Uinctus ductus est ad annã primũ. i. primo: cuius causa subditur. Erat em̃ socer cayphe: ⁊ qi eũdo ad domum cayphe habebãt trãsire ante domũ istius anne: ideo intrauerũt domũ eius ob ipsius reuerẽtiam. Beda vo dicit: q; forte diuinitus factũ est: vt qui erant affines sanguine sociarentur in scelere. Tunc autem fuit vehemẽs dolor xp̃i ꝓpter tria.

Primo ꝓpter negationẽ.
Scõa ꝓpter interrogationẽ.
Tertio ꝓpter percussionẽ.

¶ Primo fuit vehemẽs dolor ille ꝓpter negationeꝫ: qñ a discipulo negat⁹ fuit. Ut etiã inquit Johãnes: sequebat ieſuꝫ simon petrus ⁊ ali⁹ discipulus. i. Johãnes ẽm Aug̃. Discipulus autẽ ille erat not⁹ põtifici: ⁊ introiuit cũ ieſu in atriũ põtificis. Petr⁹ aũt stabat ante ostiũ foris: quẽ iohãnes introduxit. Cui ancilla ostiaria dixit: Nũquid ⁊ tu es ex discipulis es hois istius? Dicit ille: Non sum. Erat aũt simon petrus stãs ⁊ calefaciẽs se: ⁊ ibi secũdo ministris dixit: Nõ sum. Et tertio respõdit cognato illius cuius abscidit auriculã dicẽti: Nõne ego te vidi in horto cuꝫ illo? ¶ Sed dubitat hic de hac negatiõe petri: eo ꝙ videtur diuersimode ab euãgelista narrari. Nam Mattheus dicit secũdam negationem factã ad vocẽ ancille: ⁊ Johannes dicit ad vocẽ ministroꝝ ad ignẽ stantiũ. Similiter Mattheus dicit tertiã negationem factã ad vocẽ illoꝝ qui stabãt: ⁊ Johãnes ad vocẽ cognati illius cuius Petrus abscidit auriculaꝫ. Rñdet Nicola⁹ de lyra sequẽdo Augustinũ de consensu euãgelistarũ: ꝙ principalis intẽtio euãgelistarũ erat exprimere trinam petri negationẽ: ⁊ in hoc omnes conueniunt De ꝓsonis aũt accusantib⁹ siue de negationis loco nõ erat principalis intẽtio: ⁊ ꝓbabile est ꝙ multi ad ꝝba petri circa eũ ⁊ cõsimilia ꝝba dicebãt: impropẽrãdo ei magistrũ suũ: ⁊ iõ vnus euãgelistarũ exprimit vnã ꝓsonã accusantẽ: ⁊ alius aliã. Uñ ẽm Viratẽ historie: prima negatio fuit facta ad ostiarie vocẽ principaliter. Scõa ad vocẽ illoꝝ q̃ stabant ad ignẽ: fuerũt tñ excitati ab alia ancilla. Et tertia facta est multis eũ accusan

tibus: inter qs principalis erat cognatus illi⁹ cui⁹ petr⁹ abscíderat auriculaz. De hac aũt negatiõe petri Chryſ. in ser. ita ait: Jccirco autẽ diuine ꝓuidẽtie secretũ ꝓmisit: vt prim⁹ ipe laberet petr⁹: q erga pcõres durioꝛẽ ſnïam ꝓpꝛij casus intuitu tẽperaret. Petr⁹ ei orbis terꝛaꝝ doctoꝛ ⁊ magr peccauit: ⁊ veniã impetrauit: vt ꝫ indulgẽtie norma ⁊ regula iudicãtib⁹ ꝓberet. Jccirco nõ angelis arbitroꝛ cõmissaz sacerdotij ptãtem ne cũ ipi minime peccarẽt: in pcõibus fine mia iudicarẽt. Võ passibilis supra hoïes ordinat: vt dũ ipse ĩ alijs suas recolit passiões: mitẽ apud eos se ꝓbeat ⁊ benignũ. hec ille. Scõs aũt Nico. de ly. q̃dã voluerũt tenere q̃ Petr⁹ nõ negauit xp̃m ex timoꝛe moꝛtis: ſ ex amoꝛe nolẽs ab eo separi. Sciebat em̃ q̃ ſi dixisset se eẽ discipulũ xp̃i: statim fuisset eiectus ⁊ separat⁹ ab eo. Sz ꝫ ptz esse falsum ꝓpter ꝝbũ xp̃i: q̃ ꝑdicẽs Petro q̃ eũ esset negatur⁹: et videꝫ q̃ esset de se multũ ꝑsumens subdidit: Spũs q̃dem pꝛõptus est: caro aũt infirma. Et q̃ negatio sua ex timoꝛe prouenerit: testatur Raban⁹ q̃ ait: Palã cozã oĩb⁹ negauit: q̃ se manifestari erpauit. Et de hoc Leo papa sic dicit: Ob ꝫ aũt hesitare permissus est: vt in ecclie ꝓncipe remediũ puie recõderet: ⁊ nemo auderet de sua ꝝtute cõfidere. Et Piero. sic refert. Scio q̃sdã pio affectu erga aplm petrum locũ hũc ita interꝑtatos: vt dicerẽt petrũ hoïem negasse: nõ deũ: ⁊ esse sensuz. Nesciõ hominẽ: qz scio deũ. Hoc q̃ friuolũ sit pruꝺẽs lectoꝛ intelligit. Si eĩ iste nõ negauit: g̃ mentit⁹ est dñs q̃ dixerat: Ter me negabis. Et iterũ Leo papa in q̃dã sermõe sic loquit̃: Felices (o aple) scrẽ lachryme tue: q̃ ad diluẽdã culpã negationis virtutẽ sacri habuere baptismatis. Affuit em̃ dextera dñi iesu xp̃i q̃ labẽtẽ te pri⁹ q̃ deiscereris exciperet: ⁊ firmitatẽ stãdi in ipo cadẽdi periculo recepisti. Cito itaq; ad solicitudinẽ redis petra tãq̃ recipiẽs fortitudinẽ: vt q̃ tũc in xp̃i expauerat passiõe: in suo post supplicio non timeret. Et Gꝛego. in .iij. moꝛal. ita scribit: Jõ int⁹ et charitatis calore petrus toꝛpuerat: ⁊ ad amoꝛẽ plentis vite quasi ad pꝛsecutoꝛũ pœnas infirmitate estuãte recalebat. Et q̃b⁹ cõstat q̃ petr⁹ ex timoꝛe magr̃m negauit: quẽ tñ ipse pie respexit: penitentẽq; misericoꝛditer ad se recepit. Q Scõo fuit vehemẽs doloꝛ xp̃i ꝓpter interrogationẽ. Interrogabat nãq; eũ põtifex Anna de discipulis suis ⁊ de doctrina ei⁹. Scõs Chryſ. interrogabat eũ velut seditiosum ⁊ nouarũ rerũ factoꝛẽ redarguere volẽs. Ex hic dubiũ oꝛitur: vtrũ iste anna ⁊ ceteri pꝛsecutoꝛes xp̃i cognouerũt eũ. Et q̃ nõ ꝓbari posset ex ꝝbo apli. ſ. Coꝛ. ij. di. Si cognouissent: nũq̃ dñm glie crucifixissent. Et de ꝫ etiã Act. iij. c. petrus loquẽs iudeis dixit: Scio q̃ p ignoãtiaz fecistis sicut ⁊ principes nostri. Verũ Tho. iij. pte. q. xlvij. ar. v. ⁊ Rich. in. ij. dist. xvj. q. v. dicũt q̃ iudei nõ cognouerũt xp̃m ꝓpter ignoãtiã crassaz ⁊ affectatã: q̃m euidẽtia signa habebãt aduẽtus ei⁹ ⁊ videbãt miracula q̃ fiebãt per ip̃m: sed ꝓpter odiũ ⁊ inuidiã noluerũt eũ recipere. Jdeo dixit Job. xv. xp̃s. Si nõ venissem ⁊ eis locut⁹ nõ fuissem: peccatũ nõ haberẽt. Q Tertio fuit vehemẽs doloꝛ xp̃i ꝓpter pcussiones. Narrat em̃ euãgelista q̃ phariseo rñdit: Ego semp docui ĩ synagoga ⁊ in tẽplo q̃ oẽs iudei cõueniũt: ⁊ in occulto locut⁹ sum nihil. Quid me interrogas? Jnterroga eos q̃ audierũt quid locut⁹ sum ipsis. Ecce hi sciũt q̃ dixerim ego. Hec aũt cũ dixisset: vn⁹ assistẽs ministroꝛ dedit alapã iesu dicẽs: Sic rñdes põtifici? O admiranda patiẽtia mãsuetissimi iesu: pcussus i faciẽ ictu graui: manu furibũda: adeo vt ꝑim q̃sdã dentes oꝛis ei⁹ removerent: et os sanguinẽ expuerer: nihil tñ cõtumeliose locut⁹ est illi: sed sic magis innocẽtiã suã defendit dicens: Si male locut⁹ sum testimoniũ ꝓhibe de malo: si aũt bñ cur me cedis? Elbi Aug. ait: Quid ista respõsione veri⁹: mãsuetꝰ: ⁊ iustꝰ? Q Sed hic dubitat̃ an xp̃s sic rñdendo bñ fecerit: cũ ipe dixerit Mat. v. Si q̃s te percusserit in maxillã dexterã tuã: prebe

ꝛ alterã. Ihe aũt ꝺ nõ fecit: ſ magis ꝓcu
tiẽtẽ ſe correxit. Ad qõ rñdet Aug. ꝙ il-
lud ꝓceptũ nõ dat abſolute: ſed magis
ꝺm ꝓparationẽ animi: qz hõ ꝺz hr̃e ani
mũ ꝓparatũ ad ꝺ faciẽdũ vbi videret ꝺ
expedire ad honorẽ dei ꝛ vtilitatẽ eccle
ſie: alſ aũt nõ: immo aliq̃n expedit iniu
riãtibus reſpõdere ad ipſoꝝ et aliorum
inſtructionẽ: ſicut fecit hic xps: qui licz
ita reſpõderit: tñ non ſolũ alteram ma-
xillam iterũ percuſſuro: ſed totũ corpus
figendũ parauit in crucis ligno.

¶ Cꝛ xps vehemẽter doluit in contradi
ctione ꝓpter falſam teſtificationem:
ꝓpter publicam criminationẽ: ꝛ ꝓꝛ
pter ſibi factam deriſionem.

¶ Primi articuli doloꝛ quartus.

Quartus doloꝛ quẽ xps ſuſtinuit
q in paſſione ꝑ nobis ꝛt cõtradi-
ctionis: q̃n a domo anne ligat⁹
miſſus eſt ad domuꝝ Cayphe põtificis:
in qua vehemẽter doluit ꝓpter tria.

Primo ꝓpter falſam teſtificationẽ.
Scõo ꝓpter publicã criminationẽ.
Tertio ꝓpter deriſionẽ.

¶ Primo fuit vehemẽs doloꝛ xp̃i ꝓpter
falſaꝝ teſtificationẽ. Ut em̃ dicit Mar.
xiiij. Principes ſacerdotũ ꝛ oñe cõciliũ
querebãt falſum teſtimoniũ cõtra ieſuꝝ
vt eũ morti traderẽt: ꝛ nõ inuenerũt: cũ
multi falſi teſtes acceſſiſſent. Refert em̃
Nicodemus in euãgelio ſuo ꝙ cũ mul-
ti ſurreriſſent aliquis eoꝝ dicebat: Ego
vidi xp̃m miracula facientẽ. Alter aſſe-
rebat. Et ego vidi eũ: ꝛ audiui verba ve
ritatis predicantẽ: ꝛ filia. Plericꝫ locu-
ti ſunt ſp̃ſancto mouẽte linguã eoꝝ cõ
tra voluntatẽ ſuã. Nouiſſime aũt venes
rũt ꝛ duo falſi teſtes: ꝛ direrũt: Hic di-
xit Mat. xxvj. Poſſum deſtruere tẽpluꝫ
dei: ꝛ poſt triduũ reedificare illud. Sed
hic ouꝝ queſtio: qũo iſti dicunꝝ falſi te-
ſtes: q̃n Joh. ij. xps direrat: Soluite tẽ
plum hoc: ꝛ in tribus dieb⁹ excitabo il-
lud. Ad qõ reſpondet Piero. ſup Mat-
theũ. quẽ ſequitur Nico. de lyra. ꝙ illa
ꝝba que dixit xps intelligunꝝ de tẽplo
corporis ſui: vt ibidez ꝺr̃; Et hoc ſonãt
ꝝba ibidẽ poſita que xps dixit nõ ꝓẽci
ꝓdẽdo: ſed predicẽdo eis q̃d eſſent factu-
ri. Ẽſ ſenſus eſt. Soluite. i. ſoluetis tẽ-
plum hoc: ſcilz corpus meũ per mortẽ: ꝛ
in trib⁹ diebus excitabo illud ꝑ reſurre
ctionẽ: ꝛ nõ deſtruã dixit: vel poſſuꝝ de-
ſtruere. Inq̃t ergo Piero. Falſus teſtis
eſt q̃ nõ eodẽ ſenſu dicta intelligit que
dicunꝝ: poſſent etiã dici predicti falſi te
ſtes ex falſa intẽtione: qz intẽdebãt ꝓ
curare mortẽ innocẽtis. ¶ Scõo fuit ve
hemẽs doloꝛ xp̃i ꝓpter publicã crimi-
nationẽ. Nã cum taceret ꝛ nihil reſpon-
deret ad ea que ſibi obiciebãtur: quaſi
reſpõſione indigna: princeps ſacerdotũ
que ex impatiẽtia de tribunali ſurrexe-
rat, ait illi: Adiuro te per deũ viuum: vt
dicas nobis ſi tu es xps fili⁹ dei. Dicit
ei ieſus. Tu dixiſti. Ad qõ reſpõdet ꝓꝛ
pter reuerentiam diuini noĩs inuocati.
Et ſubdit. Uerũtamẽ dico vobis: amo-
do videbitis filiũ hoĩs ſedẽtẽ a dextris
dei: ꝛ venientẽ in nubibus celi. Tũc prin
ceps ſacerdotũ ſcidit veſtimẽta ſua di-
cens: Blaſphemauit. Quid adhuc eges
mus teſtibus? Audiſtis blaſphemiam.
Quid vobis videꝝ. Ubi Piero. ait. Põ-
tifices quẽ de ſolio ſacerdotali furoꝛ ex-
cuſſerat: eadem rabies ad ſcindẽdas ve
ſtes ꝓuocat. Et Chryſ. in homel. inq̃t:
Hoc fecit vt accuſationẽ redderet gra-
uiorẽ: ꝛ qõ vbis dicebat: factis extolle-
ret. Qui aũt erãt cum põtifice fremẽtes
direrunt: Reus eſt mortis. Ubi Orige-
nes ait: Quãtũ putas fuit erroris ipſaꝝ
principalẽ oĩm vitã ream mortis ꝓnũ
ciare: ꝛ ꝑ tãtoꝝ reſurgentiũ teſtimonia
nõ reſpicere fontẽ vite: de q̃ in oẽs viuẽ
tes vita fluebat. hec ille. Quis ẽo falſo
illi violẽta morte dignum acclamaſſent
xp̃m: tñ dubiũ hic incidit: vtrum in ipſo
neceſſitas fuit ad moriẽdũ morte natu-
rali. Et rñdet Rich. in. iij. diſt. xvj. ꝙ in
ipſo fuit neceſſitas moriẽdi quãtum ad
humanã naturã: q̃ neceſſitas nõ fuit cõ
tracta: nec ꝓpter pctũ debita: ſed fuit
volũtarie aſſũpta. Volũtarie ei fili⁹ dei:
talẽ aſſumpſit naturã humanaꝝ: ꝙ niſi eã

miraculose ꝯseruaret: necessariuꝫ erat ꝙ corpus eiꝰ resolubile ⁊ mortale senio defecisset: ꝙ̄uis valde diu durasset propter excellētissimā cōplexionē. Fuit ergo in eo necessitas moriēdi rōne nature assumpte relicte suo regimini naturali: nō tn̄ fuit necessarium illum mori morte qua mortuꝰ est: nisi ꝑ cōparationē ad diuinā p̄ordinationē. Sꝫ adhuc nōnulli dubitāt vtrū necessitas moriēdi ī xp̄o subiecta fuerit eiꝰ volūtati humane? Et q̄daꝫ tenent ꝙ sic. Primo qꝛ ſm Ansel. in li. Cur deus hō. Sapiētie ⁊ iusticie dei repugnat cogere mortem pati sine culpa illū quē iustū ad eternā fecit beatitudinē: sed hō xp̄s nunq̄ habuit culpā: ⁊ fuit factꝰ iustus ad eternā beatitudinē: ergo repugnasset sapiētie et iusticie dei ꝙ xp̄s mortē sustinuisset si noluisset. Alij v̄o ꝯtrariū asserūt: qm̄ mori ex cōditione nature: ⁊ posse mori nunq̄ aliqua creata virtute: repugnare videntꝰ: sed in xp̄o fuit necessitas moriendi ex conditione nature: ergo cum volūtas humana sit creata non potuit illa volūtate fieri īmortalis. Respōdet Rich. ad istā q̄stionez vbi. s̄. q. iij. ꝙ vt tactū est aliq̄ dicūt ꝙ necessitas moriēdi in xp̄o subiecta fuit volūtati hūane. Dicūt em̄ ꝙ ꝑ cōparationē ad necessitatē moriēdi xp̄s īquātū hō tenuit mediū inter statū īnocētie ⁊ nature lapse. In primo em̄ statu nec natura nec voluntas suberat necessitati moriēdi: sed in nobis tā natura q̄ volūtas subsunt necessitati moriēdi: nō sic intelligendo ꝙ necessariū sit voluntatē mori: sed qꝛ corpus a morte preseruari nō pōt. In natura aūt hūana xp̄i natura suberat necessitati moriēdi: sed volūtas p̄erat: ita ꝙ non potuisset mori nisi voluisset. Cui opinioni videt ꝯcordare Damas. lib. iij. c. xix. dicens: ꝙ non precedebāt in dn̄o voluntatē naturalia. Nihil em̄ coactum in ip̄o consideratur: sed om̄ia voluntaria. Alij aūt dicunt contrariū: quia ille solus potest mutare cursum ⁊ legem nature qui naturā instituit ⁊ ordinauit: cū ergo ī natura humana xp̄i fuit necessitas moriendi ex conditione nature: ergo ꝑ aliquā voluntatē creatā tanq̄ per causam efficiētē nō potuisset preseruari a morte: si tamē ex deliberatione mori noluisset: diuina voluntas eū a morte preseruasset. Huic opinioni secunde magis q̄ prime Rich. inherere videtur: licꝫ vtraqꝫ sit sustentabilis. Nihilominꝰ ꝓpter dicta alia suboritur questio. Utrū xp̄s per volūtatē separauerit miraculose aīam suā a suo corpore: an v̄o fuerit separata vi afflictionuꝫ ei illataꝝ? Et rn̄det Rich. vbi. s̄. q. iiij. ꝙ xp̄s mortuꝰ fuit ꝑ violentiā afflictionū ei illatarū: concurrente vehemētia doloris cōpassionis que mortē accelerauit. Vn̄ ⁊ Petrꝰ Act. ij. dixit iudeis de xp̄o. Hūc ꝑ manꝰ iniquoꝝ affligētes interemistis. Et. c. iij. Autorē v̄o vite interfecistis. Et si argueretur ex dicto Augu. in iiij. de trini. c. xiij. vbi ait: Longa morte cruciabātur ligno suspēsi. Unde latronibus vt iā moreretur et de ligno ante sabbatum deponeretur: crura confracta sunt. Xp̄s autē qꝛ mortuus inuētus est miraculo fuit: ergo si fuit mortuus miraculo: non per violentiaꝫ mortuus est afflictionū illatarū. Respōdet Richar. ad quartū: ꝙ ibi Augusti. accipit miraculum pro mirabili: qꝛ mirabatur pilatus et sui quomodo ita cito esset mortuus: ꝙ causam accelerationis mortis eius non considerabāt. Cuius accelerationis causa fuit vehemētia doloris cōpassionis: ⁊ tenerrima cōplexio: quā habebat: ⁊ preterea per totā noctē fuerat afflictus: ⁊ in crucifigendo eum crucifigētes grauius extēderūt mēbra eius q̄ illorū qui crucifixi fuerūt cū eo: qꝛ plus eū odiebāt. Fuit tn̄ aliquo modo mors illa miraculosa: qꝛ nisi dispēsatiue diuina potētia prohibuisset beatitudinem anime xp̄i in suū corpus redūdare: corpus xp̄i nulla interueniēte morte glorificatū fuisset. Qd̄ si fuisset factum nulla virtute creata potuisset illa aīa a corpore suo separari. hec Richar. Ex quibus

dibus colligimus dñm nostrum iesum xpm ꝑ charitate sua voluisse vnire aīe sue corpus passibile et mortale: vt sic ꝑ nobis peccatoribus patiēdo ⁊ moriēdo ꝑ nostris debitis satisfaceret. Judei autē criminabant eū fore reū mortis tāq̄ malefactorē: seductorē: ⁊ blasphemum. ¶ Tertio fuit vehemēs dolor xpi ꝓpter derisionez: qñ. s. vsq̄ mane dimissus est in manus seruoꝝ vilissimoꝝ qui expuerūt in faciē eiꝰ: ⁊ colaphis eū ceciderūt. Alij aūt palmas in faciē eiꝰ dederūt dicentes: Luc. xxij. Prophetiza nobis xpe q̄s est q̄ te percussit. Et vt inq̄t Marcus xiiij. Velauerūt faciē eiꝰ. Et hoc fecerūt ꝑm aliquos: ne videntes dignissimā faciem illā pietate vincerētur. O iesu benedicte q̄dura nox hec est: ī qua a principio vsq̄ ad finē quietē nescis: sed nūc vno mō: nūc alio corpe ⁊ aīo fatigaris. O amātissime iuuenis quātū me peccatorē dilexisti: quē cū tot laboribꝰ: passionibus: ⁊ cruciatibus redimere voluisti. O mēs humana cur tā dura es vt dño tuo cōpati negligas: qui pro cōpassione tua sputis deturpat: alapis cedit: et ab indignissimis ꝑsonis viliter ꝑtractat: Heu me q̄d erat inspicere illos seuientes in eū: alios trahētes capillos eius: nōnullos sudariū leuātes spuere in os eiꝰ: quosdā importunis vocibꝰ clamare in aures eius: hos pugnis percutere pectus eius: illos extēsa manu verberare collū eius. O iesu mi quantū nos dilexisti. Sz nos miseri te nō diligimus. Vince o humanū cor: vince torporē tuū genus humanū: ⁊ oēm affectū tuū porrige iesu xpo. Ecce ꝙ iā appropinquat dies: ⁊ mors de ꝓximo ꝑ amore tuo sibi parat. Sed vbi es o maria mr̄? Vbi habitas? An ignoras q̄ circa dilectissimū filiū tuū gerunt? Dicunt nāq̄ q̄dā ꝙ iohānes euāgelista dimisso iesu in domo cayphe cucurrit versus bethaniā ad domū magdalene: vbi virgo remāserat qñ xps cuz discipulis suis venit hierl̄m ad cenā faciēdā: ⁊ ibi clamās ad ostiū ⁊ virgine orāte: tremēte: ⁊ attonita auditus est. Aduocauit mox magdalenā di. Surge filia: ⁊ videamus q̄d nobis de filio meo significat. Apta fuere ostia domꝰ: ⁊ intrauit Jobes eiulās: flēs: ⁊ lachrymās. dicēsq̄: Heu me venerāda mr̄: q̄ durus tibi nūcius aduenio. Et cum pre singultibus vix loq̄ valeret: interrogabat a virgine collachrymāte. Vbi est filius meus? vbi est iesus meꝰ? Quid actū est de filio? Viuit adhuc an iudei interfecerūt eū? Heu me dolētē nimiū. Et iohannes rñdere vix poterat atq̄ dicere: nōdū mortuus est: sed puto hodie morti erit tradēdus. Cōprehenderūt em̄ illū in nocte ministri iudeoꝝ: ⁊ detinent eū vinctum in domo cayphe: asserūtq̄ nequā illi pharisei ⁊ scribe debere morti adiudicari. O q̄gelidū tunc factū est cor illud virgineū: quātove dolore repleta fuit aīa eius. Que statim exiuit domū cū iobe ⁊ magdalena alijsq̄ comitantibus hierl̄m festina petēs. Cū aūt intrauit ciuitatē trāseūtes quosdā īterrogabat di. illud Cañ. iij. Nūc quē diligit aīa mea vidistis filiū meū vnicū? Et illi īterrogabāt: qualis est dilectꝰ tuus. Et illa. Dilectus meus cādidus ⁊ rubicūdus: filius meus pulcher ⁊ decorus: sctūs: morigeratus: virtutibus redimitus: gratia plenus: etatis. xxxiij. annoꝝ ⁊ mihi charissimꝰ. O fili mi iesu vbi te inueniā. Circūibo ciuitatē ꝑvicos ⁊ plateas vt te q̄rā: vt te inueniā: vt te videā vt cōplectar: vt alloquar priusq̄ moriaris. Perrexit tādē vsq̄ ad domū pōtificis vbi multitudinē ꝯgregatā inuenit: qm̄ ad Pilatū iesus xps mittēdus erat Tētabat ad filiū ꝓperare: ⁊ nō ꝑmittebatur. Clamabat altisona voce. Fili mi iesu: iesu fili mi? Audiebat tūc forte filiꝰ lamentantē matrē ⁊ adaugebat angustia mentis eius. Naz quanto inter eos amor erat vehemētior: tāto vtriusq̄ dolor cōpassionis intēsior. Cōpatiebatur vtiq̄ mater filio: compatiebatur filius cōpassiue matri. Sed vt deuotius hāc partē exoluamus querēdū est: vtrū virgo gloriosa magis dilexerit filium suuz

q̄ aliqua alia mater filios suos? Ad qd̄ ego respondeo q̄ sic: ⁊ ꝓbo hoc multiplici ratione. Primo ratiōe claritatis. Clare em̄ virgo cognoscebat: ⁊ certissima erat q̄ a filio summe diligebatur: ⁊ cū firmiter crederet ip̄m esse deū in suo vtero incarnatū: sciebat illū eā diligere pre ceteris creaturis et humanis et angelicis: quare cor ei⁹ inflāmabat̄ vt illū diligeret: a quo sciebat magnopere se fore dilectā. Scd̄o hoc ꝓbo rōne sanctitatis. Diligebat virgo filiū suum copiosissime: quē plenū sanctitate gr̄a omniq̄ virtute diligendum censebat. Tertio hoc ꝓbo rōne totalitatis. Fuit em̄ beata virgo ita mater xp̄i: vt ab ea sola spiritusancto cooperante corpulētam substantiā acciperet. Quare amor qui debet esse patris ⁊ matris ad filiū: erat ī v̄gine sola ad xp̄m ab ea genitū. Quarto hoc ꝓbo rōne diuturnitatis. Amor em̄ quāto diuturnior tāto vehemētior. Cū ergo filiū suū v̄go dilexerit ꝑ annos. xiij. absq̄ vlla ꝑturbatiōe: cōsequens est q̄ eū diligebat in etate florenti iā cōstitutum vltra q̄ dici possit. Quinto hoc ꝓbo rōne familiaritatis. Nūq̄ em̄ inuēt⁹ est aliq̄s fili⁹ q̄ ita blāde: ita reuerēter: ita dulciter: ita familiariter ꝯuersaret̄ cū parētib⁹ suis: sicut xp̄s faciebat cum virgine matre. Non em̄ dubitare q̄spiā posset q̄ ꝑ tot ānos quib⁹ xp̄s cū matre ꝯuixit nō fuerit liquefactū cor ei⁹ in amorē illi⁹ a quo totiēs vocari matrē se sensit: quē ⁊ ip̄a filiū sepe noīabat. Quare firmiter teneo q̄ v̄ginis amor ad xp̄m vincebat oēm amorē quorūcūq̄ parētuꝫ q̄ tenerrime filios suos diligūt aut dilexerunt.

¶ Qr xp̄s in p̄sentatiōe vehemēter doluit: ꝓpter accusationē: ꝓpter flagellationē: ⁊ ꝓpter coronationem.

¶ Scd̄i articuli primus dolor.

Secūdi articuli prim⁹ dolor iesu xp̄i d̄r presentationis. Cū em̄ pilato fuit p̄sentat⁹ doluit vehementer: et precipue propter tria.

Primo propter accusationē:
Scd̄o ꝓpter flagellationē.
Tertio ꝓpter coronationē.

¶ Primo doluit vehemēter ꝓpter accusationē. Ad qd̄ intelligēdū cōmemorādum est quod euāgeliste tradūt: videlꝫ q̄ mane adductus fuit iesus a domo cayphe ad domū pilati presidis in pretorium. Erat aūt pretorium locus vbi audiebantur ⁊ examinabant̄ rei: ⁊ ip̄i nō introierunt iudei in pretoriū: vt nō cōtaminarent̄ ex ingressu dom⁹ hominis gentilis: sed māducarent pascha: idest azymos panes: q̄ a iudeis ꝑ dies octo comedebantur. O impia cecitas: alienigene iudicis pretorio contaminari timebāt et fratris innocētis sanguinē nō timebāt. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras dicēs: Quā accusationē affertis aduersus hoīem istum? Responderūt. Si nō esset hic malefactor: nō tibi tradidissemus eū. Ubi Aug̃. Interrogent̄ atq̄ respōdeāt ab immūdis spiritib⁹ liberati: ceci vidētes: mortui resurgētes vtruꝫ sit malefactor. Addiderunt etiā qd̄ Lucas. xxiij. dicit: Hūc inuenim⁹ subuertētem gentē nostrā: ⁊ ꝓhibētē tributa dari Cesari: ⁊ dicentem se xp̄m regem esse. Dixit eis Pilatus. Accipite eum vos: et ꝟm legē vestrā iudicate eū. quasi dicat: si sufficit vestra examinatio: sufficiat et vestra sentētia. Nam vt dicit Nico. de lyra. Romani aliqua minora iudicanda permiserāt iudeis retinētes sibi penam mortis: ⁊ cām sanguinis. Jō per hāc responsionē inhibebat ne xp̄o mors inferretur. Et iō illi intēdentes eū morti adiudicari respōdebāt. Nobis nō licet interficere quēq̄. Introiuit ergo iterū in pretoriū Pilatus: ⁊ interrogauit iesum Tu es rex iudeoꝝ? Ubi querit̄: quare pilatus sic eū interrogabat. Et rn̄det Nico. de lyra: q̄ cū iudei accusassent eū de tribus: videlꝫ qr subuerterat gentem et ꝓhibuerat tributa dari Cesari: et dixerat se esse regē. De duob⁹ primis pilat⁹ nō curauit inq̄rere. Nō de primo: qr ip̄e gētilis erat; ⁊ nō iudeus. Nō etiā de se-

cūdo: qz sciebat illud esse falsum: sed tm̄ de tertio: eo q romani nomē regium a iudeis abstulerāt. Respōdit iesus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerūt de me: q.d. Cōcepisti hāc opinionē ō me p temetipsum. Ubi Chrysо. ait: Nō ignorās interrogat: sed ab ipso accusari iudeos volēs. Ūñ sequitur euāgelista. Respōdit pilat⁹. Nunqd ego iudeus sum? Gēs tua z pōtifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Respōdit iesus. Regnū meum nō est de hoc mūdo. quasi dicat. Nō quero tēporalē dominationez. Dixit ei pilat⁹. Ergo rex es tu. Respondit iesus. Tu dicis: qz rex sum ego. Ego in hoc natus sum z ad hoc veni in mūdo vt testimonium perhibeam veritati. Omis qui est ex veritate audit vocē meā. Dixit ei pilatus. Quid est veritas? Et non expectato respōso exiuit ad iudeos dicēs: Ego nullā in eo inuenio causam: et vt liberaret eū de furore ipsoz ꝓposuit ꝟm consuetudinē quā habebāt: scz in solēnitate paſche vt vnuz reū morte peterent liberandū: an vellēt xp̄m esse illum vel barrabaz: qui in carceribus propter maleficia detinebatur: et populo erat odiosus. Clamauerunt oēs. Non hunc sed barrabam. O quali gladio ferebatur tūc cor ꝟginis matris qñ audiebat horribiles illos clamores iudeoz petentium potius liberationē barrabe latronis q̄z filij sui innocētissimi. Dicat pilat⁹ iudeis. Quid igit faciā de iesu: q̄ dr xp̄s Dicūt oēs crucifigat. Et ille (qd) inqt mali fecit. Respōderūt: Cōmouit populum p vniuersam iudeā incipiēs a galilea vsq; huc. Quare pilatus misit iesuz ad herodē galilee tetrarchā q̄ illis diebus hierosolymis erat. Et cū iesus bñdictus nullū verbū cotā eo diriſſet spreuit illū herodes cū exercitu suo z illusit indutū veste alba z remisit ad pilatuz. Pilatus aūt cōuocatis principibus sacerdotū dixit eis: volēs eripere xp̄m de manibus eoz. Ego nullaz causam inuenio in hoīe isto ex his in quibus euz accusatis. Sed necz herodes. Nā remisit eum ad nos: z ecce nihil dignum morte actū est ei. At illi clamabāt. Nos legem habemus z ꝟm legez debet mori. Dixit eis pilatus. Corripiā euz z dimittā. O pilate si innocens est cur corripies? Si reus: cur dimittes? O q̄ laboriosa fuit mors iesu christi tam diu malignis consiliis: criminationibus: accusationibus: et clamoribus exquisita. ¶ Secundo doluit christus vehementer propter flagellationem: quando vt refert Marcus. xv. Pilatus tradidit iesum militibus flagellandum. Ut enim doctores dicunt ligauerunt illi iesum denudatum ad columnam quandam z flagellauerunt eū a planta pedis vsq; ad verticem. Et vt ait Grego. nazāzenus: caro xp̄i flagellata post liuores sanguinez ex omni parte scaturiebat: quo etiaz terra sub pedibus iesu z colūna ipsa atq; flagella madefiebant. Et vt arbitror post crudelem illam flagellationez cum solui̇ssent eum pre debilitate nimia z doloris immēsitate in terram cecidit sanguine suo irrigatam dñs nr̄ iesus. ¶ Sed hic theologi querunt: vtrum in christo fuit vera dolorꝭ passio? Et quidam licz nō dicere voluerint q̄ non: arguentes dicunt primo ex dicto Hilarij di. in. x. li. de trinitate. Virtus corporis sine sensu pene vim pene in se deficientis excepit verus autē dolor nō est sine sensu pene ergo zc. ¶ Secundo adducunt dictum Dionysij: qui ad iohannem euangelistā ita scribit: Absit vt ita insaniam vt credam sanctos aliquid pati ꝟm corporis passiones: sed solum credo nos iudicare ipsos sentire. Si ergo sancti non sentiunt passiones nisi ꝟm iudicium z non ꝟm experientiam: ergo patiendo nō habent dolorem verum: z per consequens multo minus nec sanctus sanctorū christus. ¶ Tertio conantur probare opinionem suam exemplo Moysi qui ieiunauit quadraginta diebus z quadraginta noctibus sine aliqua corporis refectione propter continuam contemplatio-nez. Si ergo perfectio contemplatiōis

aufert passionē ⁊ sensuz famis: pari rō-
ne videt ꝙ aufert sensum doloris ī car
ne passibili. Sed in xp̄o fuit ꝯtinua cō-
tēplatio ⁊ ꝑfectissima: ergo videt ꝙ nul
la fuit in eo doloris experiētia. Sed cō
tra hanc opinionē est oīs scriptura sa-
cra. Vñ in ps̄. xxxvij. in ꝑsona xp̄i d̄r: Af
flictus sum ⁊ humiliatus sum nimis. ⁊
ps̄. lxxxvij. Ego suz pauꝑ ⁊ dolēs. ⁊ ps̄.
lxviij. Suꝑ dolorē vulnerū meoꝝ addi
derūt. Propterea dicūt theologi di. xvj.
tertij libri: ꝙ vera doloris passio fuit in
xp̄o: qm̄ in eo fuit caro passibilis ⁊ ꝑfo
rabilis. Fuit etiaz virtus sentiendi ꝟm
quā aīa cōpatit corpori leso. Et qm̄ hec
duo verū dolorē faciūt. s. vera lesio ⁊ ve
rus lesionis sensus: ⁊ hec duo ꝟe fuerūt
in xp̄o: indubitāter tenēdū est ꝙ in ip̄o
vera fuit doloris passio. ¶ Ad dictū aūt
Hilarij respōdet ꝙ ꝟm quosdā dictum
illud retractauit. Vel pōt dici ꝙ Hila-
rius in verbo p̄dicto nō excludit sensuz
doloris a xp̄o ꝟm humanā naturā: sed
ꝟm diuinā. Vñ illa verba referēda sunt
ad ꝑsonā xp̄i. Vel vt magr̄ sen. exponit
dicere possum⁹ ꝙ hilarius nō vult ostē
dere xp̄m nō habuisse veruz dolorē: sed
nō habuisse cām doloris: qm̄ passus est
ꝓpter delicta nr̄a. ¶ Ad scd̄m ꝟo. s. ver
bū Dionysij dicit Boñ. in. iij. di. xvj. ar.
j. q. j. ꝙ Dionysius non vult dicere nec
sensit ꝙ btūs iohānes ⁊ alij scī nō ex-
perianꝫ dolorē in tormētis: sed vult cō
mēdare cōstantiā mētis: q̄ nō magis cō
mouebat ex experiētia sensus q̄z cōmo
ueret ex sola ꝯsideratione ⁊ iudicio rō-
nis. ¶ Ad tertium ꝟo qd̄ obijciebat de
¶ Primo cōsiderare debemus subuentionē: qualiter. s. Joseph ab arimathia et Nicodemus licentia a Pilato obtēta deposuerunt xp̄m de cruce. Ipsi eñ qui erāt discipuli occulti iesu ferētes secum instrumenta venerūt ad crucē: ad cuius pedes iacebat mesta mater cuz Maria magdalena: et Maria Jacobi: et matre filioz Zebedei: et euāgelista Johāne: ceteriscq mulieribus q̄ secute fuerāt iesuz a galilea ministrātes ei: vt Mattheus refert. Cū aūt Joseph et Nicodemus virginem reuerēter salutassent lachrymantibus oculis ei direrūt: Venimus o mater mesta: vt filiū tuum et magistrū nostrū deponamus de cruce: recōdamusq vt moris est honorifice: in sepulcro. O pietas cōmendabilis hoz virorz nobiliū: o deuotio digna laudū Joseph ab arimathia: qui a Pilato petyt vt sepelire posset pretiosum corpus iesu. ¶ Sed si quis q̄reret quare p hmōi licētia nullus ex duodecim accessit: sed solū iste ioseph. Respōdet Chryh. q̄ nullus audebat sicut iste: qui insignis iudeoz erat et Pilato notus. Dicebatur etiam ille Joseph ab arimathia: ex quo iā direrat: vt ait Beda ipsa est ciuitas: que. s. Regū. s. dicitur ramatha; de qua fuit Samuel.

¶ Scdo ꝯsideremus afflictionē. Surgens Maria mater cū anxietate multa brachia extēdebat vt dilectū filium tangere posset. Et cū auulsi fuerūt claui de manibus ⁊ pedib⁹: suscepit cū cōtristantiū auxilio eū inter brachia sua: indeq; ī terrā positū adorabat eū. Deinde cuz multa charitate dolore mixta contractabat sua sanctissima membra. Tāgebat caput: ⁊ spineā coronā extrahebat ab illo: osculabatur illud multipliciter perforatū: et cruore respersum atq; dicebat: O caput dignū diademate ⁊ corona īperiali: q̄turpiter coronatuz te vidi hucusq; corona spinea. Inspiciebat liuidā faciē: et in illā merens ⁊ ruēs osculabat eā atq; subdebat. O decora facies et speciosa nimis: ex qua per tot ānos tātū gaudiū suscepi: quō facta es vt leprosa. Suscipiebat deinde perforatas manus amorose osculās illas: referēs semꝑ pijssima v̄ba cōpatiende querele. Sic etiā ⁊ latus apertū tāgebat manu osq; illi applicabat. Fili inquiēs mi q̄dira fuit crudelisq; manus illa: q̄ te lācea perforauit. Nec puto posset aliq̄s plene inuestigare qualiter virgo depositū de cruce filiū dolenter lamentabat. Magdalena etiā ⁊ Joseph ⁊ Nicodem⁹: ceteriq; astātes pre cōpassione flebāt ⁊ ipi. ¶ Tertio ꝯsideremus sepelitionē qualiter hora cōpletorij iam īminēte Joseph ⁊ Nicodem⁹ instabant vt corpus sepeliretur. Quare Nicodemus ꝓtulit mixturā myrrhe et aloes quasi libras centū: ⁊ licz tali vnctione a putrefactione ꝯseruatiua xp̄s nō indigeret: qm̄ corpus ei⁹ corrūpi nō poterat nec debebat: tn̄ Nicodem⁹ hoc nō intelligēs: ex deuotione sua ad vngēdū copus xp̄i tulit vnctionē p̄dictā. Acceperūt ergo corp⁹ iesu: ⁊ ligauerūt eū linteis. i. panis lineis inuoluerūt cū aromatib⁹: sicut mos est iudeis sepelire. Erat aūt in loco vbi crucifix⁹ est hortus: ⁊ in horto monumētū nouū: ī quo nondū quisq̄ positus fuerat. Ibi ergo ꝓpter parasceuē iudeorū: q; iuxta erat monumentum posuere iesum: q̄ oīa in mysterio facta sunt. Naz vt inq̄t Tho. parte. iij. q. lj. ar. j. sepeliri voluit xp̄s rationabiliter. Primo q̄dē ad cōprobandā veritatē mortis. Nō em̄ aliq̄s in sepulcro ponit nisi q̄ iaz v̄e mortuus est. Un̄ Pilat⁹ vt hr̄ Marci. xv. anteq̄ cōcederet xp̄m sepeliri diligēti inq̄sitione cognouit eū esse mortuū. Scdo q; per hoc q̄ xp̄s de sepulcro resurrexit datur spes resurgēdi ꝑ ip̄m his q̄ sunt ī sepulcro: s̄m illud Job. v. Oēs q̄ in monumētis sunt audiēt vocē filij dei: ⁊ q̄ audierint viuent. Tertio ad exēplū eoꝝ q̄ per mortē xp̄i sp̄ualiter moriunt pctis: qui scz abscōdunt a ꝯturbatiōe hoīm. Unde d̄r Col. iij. Mortui estis ⁊ vita vestra abscōdita ē cū xp̄o. Modus etiā sepeliendi rōnabilis fuit. Nā in horto sepultus est ad designandū q̄ per mortē ⁊ sepulturaz ipsius liberamur a morte: quā incurrim⁹ ꝓpter pctm̄ Ade in horto paradisi cōmissum. In aliena etiā positus est sepultura: vt dicit Aug. in q̄dā sermone: q; ꝓ aliena moriebat salute: ⁊ etiā ꝓpter abundātiā pauꝑtatis ꝓ nobis suscepte. Nā q̄ domū in vita nō habuit vt Theophilus refert. post mortez q̄z in alieno sepulcro recondit: ⁊ nudus existens a Joseph cooperit. Erat insuꝑ monumētū nouū: vt Hiero. ait: ne post resurrectionē ceteris corporib⁹ remanētibus surrexisse alius fingeretur. Et vt Aug. dicit. Sicut in Marie v̄ginis vtero nemo ante illū: nemo post illū conceptus est: ita ī hoc monumēto nemo ante illū: nemo post illū sepultus est. Aduolutū etiā fuit sarū magnū ad monumēti ostiū: vt sic appareret oīmoda veritas sepulture sue. Quare vt participes simus mortis ⁊ sepulture xp̄i: sepeliam⁹ ⁊ nos vitia nostra atq; pctā: sicq; cōsurgemus cū ipso accipiētes hic gratiam: ⁊ in futuro beatā gloriā. Amē.

¶ Dominica resurrectionis dn̄i nostri iesu christi: de iocunditate particulari: generali; ⁊ maternali resurrectionis eius.

Sermo. lxxj.

Hec dies quaz fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. Scribuntur hec ẏba ps̄. cxvij. Sicut amara fuit credētibus in ielum xp̄m passio ei⁹: ita iocunda debet esse resurrectio illius. Propterea gaudere vnusquisq; ⁊ letari debet ac iocūdari cū audiuerit ex mortuis xp̄m surrexisse. Hoc em̄ docet nos ⁊ instruit sancta mater ecclesia dū sepius replicat ꝓphetic̄ dictū a nobis assumptū ꝑ thematę. In diuinis nanq; officijs diurnis nocturnisq; horis hui⁹ rēporis exultandū esse predicat ꝑ victoria: ꝑ gloria: procq; magnificētia xp̄i resurgētis. Letabundum ꝓfecto nouū ab angelo nunciatū est cū dicit: Surrexit nō est hic. Surrexit in quā ille qui ꝑ amore nostro pati ⁊ mori non recusauit: vt nos mortuos peccato resuscitaret ad vitā. Quapropter vt diē istum cum spirituali leticia cōpleamus: in hoc sermone de resurrectionis xp̄i iocūditate verba faciemus: subdistingueq; sermonē in tres principales partes triplicē scz iocūditatem,

Prima ōr particularis,
Scōa generalis.
Tertia materialis.

¶ De iocunditate quaz habuit ipse xp̄s in resurrectione: et de mirabilibus actibus operatis a potētia diuina in ipso resurgente. Cap̄. j.

Prima iocūditas resurrectionis xp̄i ōr particularis: q̄. s. fuit in aīa bn̄dicta ipsius iesu xp̄i dū corpus suū iterū sibi vniuit efficiens illud ꝓpetuo gl̄iosum. Ad qō plenius intelligendum notandū est: ꝙ in ipso xp̄o resurgēte quattuor actus mirabiles opata est virtus ⁊ potētia dei.

Prim⁹ fuit sanguinis reassumptio.
Scōs corporis mutatio.
Tertius aīe vnio.
Quartus sepulcri ꝑenetratio.

¶ Prim⁹ actus fuit sanguinis reassumptio. Nam reassumpsit corpus xp̄i clausum existēs in sepulcro sanguinē, ꝓpriū q̄ extra erat dispersus qō nō nisi ꝑ diuinā virtutē fieri potuit. Rō aūt p̄fate reassumptiōis sanguinis ẏm Tho. in. iij. parte. q. liij. ar. iij. est: qz q̄cq̄d ad naturā corporis humani ꝑtinet: totū fuit in corpore xp̄i resurgentis. Manifestū est aūt ꝙ ad naturā corporis humani pertinēt carnes ⁊ ossa ⁊ sanguis: ⁊ alia huiusmodi: nō oīa ista in corpore xp̄i resurgētis fuerūt. Dicūt etiā p̄bi ꝙ sanguis est sedes aīe: ⁊ aīa vnificat corpus sanguine meditāte. Quare indubitāter sanguinē suū resurgēs xp̄s ad suum corpus reduxit. Utrū aūt totū sanguinē assumpserit: ita ꝙ nulla particula siue guttula de illo i terra remāserit: due sunt opiniones. Prima est sc̄i Tho. q̄ vbi. s. i resp̄ōne ad argumētū. iij. dicit ꝙ totus sanguis q̄ de corpe xp̄i fluxit cū ad veritatē humane nature ꝑtineat i xp̄i corpe resurrexit. Sāguis aūt ille q̄ in q̄busdā ecclīs ꝑ reliquijs ꝓseruat nō fluxit de corpe xp̄i: sed miraculose ōr efluxisse de q̄dā imagine xp̄i ꝑcussa. Alia est opinio Frā. de may. q̄ ait: Nō est incōueniēs si aliq̄d de sanguine xp̄i fuso dicat esse in aliq̄b⁹ ecclīs: qz forte corp⁹ in vita īcorruptibili nō indiget tāto sanguine sicut in vita mortali. Et l⁹ vtraq; opinio sit sustētabilis: tñ scōa maiorē firmitatem videt hr̄e. Cū qz totus sanguis non ꝑtinet ad veritatē humane nature. Un̄ et sc̄us Tho. in suo qōlibet. v. q. iij. dicit: Cū ergo xp̄s aīa suā passionē comederit ⁊ biberit: nihil ꝓhibet i eo fuisse aliquē sanguinē nutrimētalē q̄ ad veritatē humane nature nō ꝑtinet: ⁊ quē non oporteret in resurrectione ad corpus eius redire. Cū qz i pleriscq; solēnissimis locis ostēdit verus xp̄i sanguis. Nā in capella regis frācie est de sanguine xp̄i: ⁊ de spinea corona sanguine tincta. In ꝓuincia ꝓuincie apud sc̄m̄ maximinū i quē tu fratrū ꝑdicatoz in festo sc̄ē Marie magdalene ostēdit ampulla cū sanguine xp̄i. Apud esculū in cōuentu fratruz

p̄dicatoꝝ est spina cū sanguine christi: Alia īsup̄ spina cū sanguine xp̄i est Racaneti in cōuētu fratrū heremitarū. In ciuitate v̄o mātue in abbatia sctī Bn̄dicti in eccl̄ia sctī Andree est de sanguine xp̄i quē asportauit Lōginus cuius corpus requiescit ibidē. In alemāniav̄o in ciuitate Nuremberge est ferruz cū quo Lōginus lanceauit corpus xp̄i: sanguine respersum. Et sic in multis partibus xp̄ianoꝝ verus ostēdit̄ sanguis xp̄i. Facit etiā cōfirmationē scd̄e opinionis autoritas summi pōtificis. Nā p̄ Piū maximū scriptum est vt sequit̄: Pius ep̄s seruus seruoꝝ dei dilectis filijs abbati monasterij btē marie xantonēsis diocesis ⁊ cantori eccl̄ie xantonensis ac priori prioratus sctī Eutropij extra muros xātone salutē ⁊ apl̄icā bn̄dictionē. Illius q̄ se ꝓ dn̄ici saluatione gregis in p̄ciuz immolari nō abnuit vices: q̄uis immeriti gerentes in terris ad ea curis vrgemur indefessis: p̄ q̄ cūctoꝝ xp̄i fidelib⁹ erga saluatorē suum crescat deuotio: ac ipsoꝝ q̄bus sit ab eis dubietatis semotis scrupulis p̄amplius succedat salus aīarum. Exhibita siquidē nobis nup̄ ꝓ parte dilectorū filioꝝ guardiani ⁊ conuentus domus ville Rupelle: ordinis fratrū minoꝝ Xantoñ. diocesis petitio cōtinebat. Quia lz ⁊ tāto tp̄e: cuius memoria nō extitit in eccl̄ia dicte domus: vt pie credit̄ quedā portiūcula p̄ciosissimi sanguinis dn̄i nr̄i iesu xp̄i: in ligno crucis ꝓ redēptiōe humani generis salubriter effusi: ⁊ p̄ eosdē guardianum ⁊ cōuentū certis anni tp̄ibus xp̄i fidelibus solenniter ostendi: ac mihi ab eodem tempore citra ab eisdem fidelibus venerari cōsueta fore inhibeatur ⁊ honorifice cōseruet̄. Nōnulli tn̄ curiosi plus q̄ oporteat sapere satagētes: quo spū ducti nescit̄ publice ac priuate asserere nō verentes ꝙ nil de p̄fato sanguine remāsit in terris: fideles ipsos a pia eoꝝ deuotione quaz hactenus gesserūt ad prefatam sanguinis portiunculā in dicta ecclesia colendā retrahere conant̄ in non modicum incolarum partium illarum ad guardiani ⁊ conuentus predictoꝝ scandalum atq̄ grauamen. Quare pro parte dictoꝝ guardiani ⁊ conuentus nobis fuit humiliter supplicatum: vt sup̄ his sibi ⁊ fidelib⁹ eisdē opportuna ꝓuidere benignitate apl̄ica dignaremur. Nos igitur quid de premissis certam noticiā nō habemus attēdentes ꝙ veritati fidei nullatenus repugnat affirmare redēptorem nostrū de sanguine p̄fato ob ipsius passionis memoriaz aliquā partē in terris reliquisse: ac propterea deuotionē ipsoꝝ fidelium plurimum cōseruari: ⁊ scandalis ipsis quantum in nobis est obuiare cupientes: huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestre p̄ apostolica scripta mādamus: quatenus vos vel duo aut vn⁹ vestrum si ⁊ postq̄ vocatis qui fuerint euocādi de premissis vobis legitime cōstiterit omnibus ⁊ singulis tam exemptis q̄ nō exemptis cuiuscūq̄ preeminentie status dignitatis gradus ordinis vel conditionis fuerint: autoritate nostra sub penis ⁊ censuris ecclesiasticis: ne dictos fideles ab omni pia eorū deuotione quā hactenus gesserunt ad prefatam sanguinis hm̄ōi portiunculā in eadē ecclesia venerandā: vt prefertur quoquo mō retrahere. Guardiano q̄z ⁊ conuentu predictis ne p̄ illatas eis retroactis tp̄ibus p̄missoꝝ occasione iniurias quasuis p̄sonas ad iudiciū euocari facere presumant dicta autoritate districtius inhibere curetis cōtradictores per censurā ecclesiasticā appellatione postposita cōpescendo: nō obstātib⁹ cōstitutionibus ⁊ ordinationibus apostolicis: necnō domus ⁊ ordinis predictoꝝ iuramento confirmatione apostolica: vl̄ quauis firmitate alia roboratis statutis ⁊ cōsuetudinibus: ceterisq̄ cōtrarijs quibuscūq̄ aut aliquibus communiter vel diuisim ab apostolica sede indultū existat: ꝙ interdici: suspendi: vel excōicari nō possint p̄ litteras apostolicas nō facientes plenā ⁊ expressam

de verbo adverbū de indulto hmōi mē tionē. Datū rome apud scm̄ Petrū an no incarnationis dn̄ice. Mcccdxf. xv. kal. augusti: pontificatus nostri anno tertio. Propter q̄ ois satis rōnabile eē videt q̄ aliquid de vero xp̄i sanguine effuso inueniat in terra. Utrū vo talis sanguis sit tanta veneratione dignus: quāta sanguis q̄ est i eucharistia apud plerosq̄ dubiū est: qm̄ si vnitus est diui nitati: adorādus esset adoratiōe latrie. Si vo nō est vnitus diuinitati: tūc ho nor latrie nō debet ei: sicut sanguini in eucharistia. Quid aūt tenendū sit: an. s. a sanguine fuso sit separatus diuinitas vel vnita nō est diffinitū vel determina tū: altera opinionuꝫ sustineri possit: vt pz per cōstitutionē nouā factā a sum mo pōtifice. Pro secūdo qui p̄disputa tam materiā istā in sui p̄sentia p doctis simos viros statuit & ordinauit q̄ nul lus decetero sub pena excōicationis au deret dānare quācūq̄ opinionū p̄dicta rum. vñ vtraq̄ sustineri possit absq̄ er rore. Ego vo adhereo opinioni docto. mei Fran. qui ait: q̄ licꝫ aīa xp̄i & caro nūq̄ fuerint a diuinitate separate: san guis tñ separatus a corpore ex p̄sequen ti erat separatus a diuinitate. Cuius si gnum est: q: licꝫ dicamus filius dei fuit sepultus: & filius dei descendit ad infe ros: non tñ dicimus filius dei fuit effu sus sup terrā. Ista aūt idiomatū cōica tio est nota talis vnionis ꝺm Aug. in. s. de tri. ¶ Scōs actus quem operata est virtus diuina in xp̄o resurgēte fuit cor poris mutatio. Etsi corpus nō sit muta tum ꝺm substantiā: q: eiusdē nature re surrexit: fuit tñ mutatū ꝺm qualitates. Erat em̄ ꝺm Greg. in homel. eiusdē na ture: sed alterius glorie. Non potuit er go fieri creata virtute: vt corpus exani me aīa & vulneribus plenū sanaret im passibiliter additis alijs dotibus corpo ris glioſi. ¶ Tertius actus fuit aīe ad cor pus vnio. Nō em̄ pōt nisi diuina virtu te aīa separata eidem corpori vniri: qō melius & diffusius explicabit in ope de virtutibus in sermone de resurrectione generali. ¶ Quartus actus fuit sepul cri penetratio. Eruit nāq̄ xp̄s de sepul cro clauso: figullato & custodito. Sz nō nulli circa hoc dubitant ꝓpter verbum Mat. xxviij. c. dicētis: Angelus em̄ dn̄i descēdit de celo: & accedēs reuoluit lapi dē. Ad qō respōdet Beda di. Accedens reuoluit lapidē nō vt egressuro dn̄o ia nuā pādat: sed vt egressus eius iā facti hoibus p̄stet iudiciū. Qui em̄ mortalis clauso virginis vtero potuit nascendo mūdū ingredi: ipse factus immortalis clauso sepulcro potuit resurgēdo exire de mūdo. Cōsideremus ergo quāta leti cia fuit mēs xp̄i pfusa cū de sepulcro exi ens qui prius passibilis fuerat gliosum & impassibilē se cōsperit. Utputo cū p̄si mū eleuatis in celū oculis gratias retu lit patri qui eum de morte iam fecerat triumphare.

¶ De iocūditate quā habuerūt er resur rectione christi vincti: discipuli: mulie res: & angeli. Cap̄. ij.

Secunda iocunditas dicitur generalis: que quadruplici ter subdistingui potest.

Prima vinctoꝝ.

Scōa discipuloꝝ.

Tertia mulierū.

Quarta angeloꝝ.

¶ Prima iocūditas fuit vinctoꝝ. s. eorū qui vincti detēti fuerāt in limbo: quos inde resurgēs xp̄s penitus edurit & li berauit: ꝓut Zacharias ꝓpheta p̄nun ciauerat. ix. c. di. Tu quoq̄ in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. Que verba ꝺm Nico. de ly. ad lr̄am intelligunt de xp̄o cui ꝓpheta loquit in scōa p̄sona de quo aī dixerat in tertia p̄sona. Sed du biū hic orit: vtrū xp̄s oēs aīas q̄ erāt in inferno liberauerit. Ad qō respōdet Bo na. di. xlj. iij. li. q. v. q̄ xp̄s nō liberauit nisi aīas electoꝝ suoꝝ & eoꝝ q̄ erant mē bra ipsius. Cuius em̄ passio xp̄i oīm̄ibus suffecerit nō tñ influit nisi in eius mem bra: & ideo illi soli per passionem christi

saluati sunt: qui vel erāt eius membra qñ passus est: vel futuri erāt ꝑ cōuersionem ad ip̄m. Qm̄ igit̄ multi erāt in inferno: qui nec mēbra xp̄i erāt nec futuri erāt: qr in statu merendi nō oēs dñs eripuit de inferno: sed tm̄ electos. Uñ Grego. ī quadā homel'. infra octauā pasche ait: Qđ ante passionē suā dixit in resurrectione sua dñs impleuit. Si exaltat⁹ fuero a terra oīa trahā ad meip̄m. Oīa enim trahit q̄ de electis suis apud inferos nulluz reliquit. Oīa abstulit vtiqꝫ electa. Uñ etiā recte per os Osee. xiij. dicit: Ero mors tua o mors morsus tuus ero inferne. Quia em̄ in electis suis funditus occidit mortē: mors mortis extitit: qr ꝟo in inferno partē abstulit: partem reliquit: nō occidit funditus sꝫ momordit infernū. hec ille. Nō fuerūt ergo ab inferno liberati ꝑ xp̄m dānati ꝑ sentētiā diffinitiuā: siue ꝓpter pctm̄ actuale siue etiā ꝓpter pctm̄ originale. Nam vt inq̄t Tho. iij. parte. q. lij. ar. vij. Pueri q̄ cū originali decesserūt nullo modo fuerūt cōiuncti passioni xp̄i per fidem ⁊ dilectionē: iō nō fuerūt ab inferno liberati. Et lꝫ sctī patres adhuc tenerentur astricti reatu originalis pctī inquantū respicit humanā naturā: tñ erāt liberati per fidē xp̄i ab oī macula pctī: ⁊ ideo capaces erāt illius liberationis quam xp̄s attulit descendēs ad inferos. Paruuli ꝟo q̄ nō fuerāt a pctō originali mūdati: neqꝫ per fidē ꝓpriam: qr nōdū habuerūt vsum liberi arbitrij: neqꝫ ꝑ fidē parentū: aut per aliqđ fidei sacramētū: quia nō erāt in statu in quo essent capaces gratie christi: nec merita christi poterāt eis suffragari: nec satisfactio eius pro peccato Ade ad eos habebat extēdi: liberati nequaq̄ fuere. ¶ Sed adhuc dubium est: an liberate fuerūt aīe que erant in purgatorio. Et respondet Tho. vbi. s̄. ar. viij. ꝙ passio xp̄i non habuit tūc maiorē efficaciā q̄ꝫ habeat nūc: ⁊ iō illi q̄ fuerūt tales quales nūc sunt illi qui in purgatorio cruciant̄: liberati nō fuerūt. Si qui aūt inuēti sunt ibi tales quales etiā nūc satisfactione cōpleta liberant̄ nil prohibet eos a purgatorio fuisse liberatos. Fuit ergo iocunditas illa oīm patrū qui in limbo detinebant̄: quibus gaudium accidētale accreuit locū illū derelinquēdo: in quo tādiu habitauerāt in tenebris ⁊ merore. ¶ Secūda fuit iocūditas discipuloꝝ: Ipsa et em̄ resurrectionis die apparuit xp̄s discipulis eūtibus in Emaus: vt pꝫ Luce vlti. Itē apparuit discipulis congregatis ī vnū. vt đr Joh. xx. ⁊ tūc nō aderat Thomas. Apparuit adhuc ⁊ simoni: sꝫ vbi aut qñ nescit̄: nisi forte qñ redibat a monumēto cū Johāne Lu. vlti. c. Uel vt đr in historia eccl'iastica apparuit ei in cauerna in qua flendo manebat. Naꝫ postq̄ꝫ negauit xp̄m in cauernā quandā intrauit: que mō đr gallicantus: vbi se totum ad lamenta penitentie cōuertit. Ibi vt quibusdaꝫ placet in ipsa resurrectionis die magister benignissimus visitauit eum: certificans illum de sui remissione peccati: ob qđ Petr⁹ miro gaudio fuit affectus. Similiter letatus est ex resurrectiōe christi Joseph ab arimathia. Legitur nanqꝫ in euangelio Nicodemi: ꝙ iudei indignati cōtra ipsum eo ꝙ christum sepelierat: ceperunt ipsum: ⁊ in quodaꝫ cubiculo diligenter clauso ⁊ sigillato eū recluserunt: volentes post sabbatum euꝫ occidere. Et ecce christus in ipsa nocte resurrectionis ad eū intrauit ⁊ osculum ei dedit: ⁊ inde saluis sigillis eum educens in domum suam in arimathia ipsum adduxit. ¶ Tertia fuit iocunditas mulieruꝫ que ipsa die resurrectionis viderunt eum. Uidit nanqꝫ illum Maria magdalene in specie hortulani: vt dicitur Joh. xx. Uiderunt ⁊ illū secum postea ⁊ alie Marie: q̄bus a monumento redeuntibus apparuit iesus occurrens illis ⁊ dicens: Auete. Illi autem accesserunt ⁊ tenuerūt pedes eius: ⁊ adorauerunt eum: vt pꝫ Mat. vlti. c. ¶ Quarta fuit iocunditas angelorum: quibus accidentale gaudium accreuit pro gloria christi resurgentis: pro libera

tione patrum de limbo: etiam ⁊ pro totius leticia ecclesie militantis.

¶ De iocūditate quā habuit mr̄ iesu xp̄i ex resurrectione eius sicut multipliciter probatur. Cap̄. iij.

Tertia iocūditas principalis dicit̄ maternalis, Super ceteros etenim ꝓ christo resuscitato letificatū est cor v̄ginis matris. Sibi nāq; vt pie credit̄ priusq̄ ceteris benedictus filius eius apparuit. qd̄ ꝓbari pōt quadrupliciter.

Primo ex testificatione.
Scdo ex ꝯtrarij cōfutatione.
Tertio ex celebratione.
Quarto ex cōuenienti rōne.

¶ Primo probari pōt ex testificatione. Testat̄ enim hoc Amb̄. in li. de virginibus dicēs: Vidit Maria resurrectionē dn̄i. Et primo vidit ⁊ credidit. Vidit maria magdalena: q̄uis ista adhuc nutaret. ¶ Scdo probat̄ ex contrarij confutatione. Aiunt enim nonnulli christum virgini matri ideo nō apparuisse: quia nullus euangelistarū hoc asserit. Sed ad hoc doc. dicūt: ꝙ euangelistarū officium fuit solūmodo resurrectionis testes inducere: matrem aūt ad testificandum pro filio inducere eos nō decuit. Si enim verba extranearum feminarū deliramenta visa sunt: quō non magis matrem pro filij amore crederēt delirare. Non scripserunt ergo euangeliste ꝙ christus apparuerit virgini matri: sed pro constanti dereliquerūt illud. ¶ Tertio probatur ex celebratione. Ad insinuandum nāq; ꝙ xp̄s resurgens a mortuis appareret virgini mr̄i: sancta romana ecclia ipsa resurrectionis die stationem celebrat apud sanctam Mariā maiorem: vbi tempore magni Grego. dum ipse in die pasche missam cātaret: ⁊ pax dn̄i pronunciaret: angelus dn̄i alta voce respondit: Et cuꝫ spiritu tuo. Ob qd̄ cum ipsa die papa ibidez celebrat in huius miraculi testimonium nil sibi cū dixit pax ⁊c. respōdetur. ¶ Quarto probatur ex conuenienti ratione, Rationabile etenim fuit vt filius resurrectiōe suā prius matrez letificaret quam amplius ceteris doluisse constat. Cōtemplari ergo deuote possumus ꝙ sanctissima illa virgo ipsa resurrectiōis nocte orationibus intenta filium suum quez sepulcro clausum reliquerat videre ardentissime cupiebat. Neq; enim ignara erat illum die tertia a mortuis resurrecturuꝫ. Ob qd̄ vel corde vel ore dicere poterat. O pr̄ eterne ecce iā tēpus instat vt filiū tuuꝫ ⁊ meum a mortuis reuoces. Suscita ergo illū ⁊ ad me mitte tanto merore pro sua passione contritā. O fili mi dulcissime: o fili mi amātissime quē vidi plagis repletū: spinis coronatū: crudeli morte extinctū: ⁊ in sepulcro repositū: qn̄ videbo te ex mortuis triūphasse. Dixisti: o fili mi: ⁊ totiēs dixisti die tertia resurgā. Ecce iā dies tertia imminet. Surge domine in requiem tuam: ⁊ veni vt videā te solacium anime mee. Et dum hec ⁊ similia virgo gloriosa rogaret: ecce cum ingenti lumine: decora facie: aspectuq; affabili apparuit ei filius. Salue inquiens mater: ⁊ decetero misericordie regina. Cessent amodo dolorosa suspiria: amara lamenta: ⁊ copiose lachryme. Ecce ego ipse sum q̄ in vtero tuo steti: quē peperisti: quem pauisti lacte virgineo: quem tenerrime educasti: quem tāto pere dilexisti: quem deniq; defleuisti trāsfixa doloris gladio. Ego suꝫ iesus filius tuus qui infernum expoliaui. Inde patres eduxi: ⁊ eternitatis adituꝫ deuicta morte reseraui. Gaude o mater veneranda: quia data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra: ⁊ in nomine meo flectetur omne genu. Tu v̄o post me in regno celorum super omnes homines et angelos exaltaberis. Non posset profecto mens nostra inuestigare q̄ benigna fuit visitatio illa: q̄ blāda ⁊ amicabilia verba matris ⁊ filij: q̄ gratiosi ⁊ iocūdi vtriusq; in alterū aspect⁹: q̄ etiā reuerētes morigeratiq; reciproci gest⁹: post q̄ oīa discessit fili⁹ mr̄e in leticia ⁊ desideriis sil̄ remanēte. Letemur g̊ ⁊ nos cum

illa desiderantes videre suum dilectuz filiū sedentē ad dexteraz patris cū quo et spiritussanctus viuit ⁊ regnat ꝑ eterna secula. Amen.

¶ Feria scd̄a post dn̄icā resurrectiōis: de temporalitate: qualitate: ⁊ veritate resurrectionis xp̄i. Sermo.lxxij.

Resurrexit dn̄s vere. Scribūtur hec verba Luce vl.c. ⁊ in euāgelio hodierno. Jocūdissima resurrectionis dn̄i nostri iesu xp̄i sacramenta a fidelib⁹ cunctis diligentissime pariter ⁊ deuote ad mentē sunt reuocanda: qm̄ ꝑ illa exurgere pōt cunctoꝝ animus ad spem future ⁊ immortalis vite. Jccirco preterea que dicta sunt in sermone p̄cedēti: restant adhuc plurima nō īmerito aperiēda. Jp̄e etem̄ xp̄s mortis peccatiq̄ destructor: multifariā resurrectiōis sue veritatē patefacere voluit mūdo: vt sic nullus qui in eū cedere nollet inexcusabilis redderetur. Et vt euāgelica lectio presentis diei habet discipulis eūtib⁹ in Emaus: in specie peregrini se ostendit quem in fractione panis cognouerunt ex mortuis vere surrexisse. Ut igitur de hac resurrectione gloriosa clara habeatur noticia de ip̄a in hoc sermone locuturi tria mysteria proponemus declaranda.

Primū d̄r tp̄alitatis.
Secūdū qualitatis.
Tertium veritatis.

¶ Quare xp̄s accelerauit resurrectionē suā nec illā distulit vsq̄ ad generalem omniū resurrectionē. Capl'm.j.

Primū mysteriū declarandū de resurrectione d̄r tp̄alitatis. In quo possumus subdistinguere triplex tempus.

Primū d̄r tp̄s acceleratū.
Scd̄m tēpus retardatū.
Tertiū tp̄s determinatū.

¶ Primū d̄r tēpus acceleratū. Accelerauit em̄ xp̄s resurrectionē suā: nec illā distulit vsq̄ ad resurrectionē gn̄alem rationabiliter propter tria. ¶ Prima ratio fuit ꝓpter corporis dignitatem. Cum em̄ illud corpus dignissimū foret ex eo ꝙ erat deificatum siue diuinitati vnitū non fuit decens vt tā diu sub puluere iaceret. Quod prenunciauerat ꝓpheta ps̄.xv. dicēs: Nō dabis sctm̄ tuū idest corpus sanctificatū: qr in oī sanctitate ꝯceptū ⁊ cū diuinitate vnitum: videre corruptionē. ¶ Scd̄a ratio fuit propter fidei firmitatē. Si em̄ nō surrexisset fides perijsset: nec verū deū eū aliquis credidisset sicut ptz in discipulis: de quibus nunc euāgelista loquit: Jpsi etem̄ in via tristes ⁊ dolētes colloquebantur de his que acciderant: non quasi credētes vt Theophilus ait: sed sicut stupentes in rebus extraneis: ꝓpterea xp̄s reprehēdit eos: vt ptz in littera euangelij. ¶ Tertia ratio fuit propter resurrectionis nr̄e exēplaritatem. Si em̄ xp̄s resurrexit: ergo ⁊ nos sperare possumus resurrectionē nostram. Vn̄ Paulus.j.Coꝝ.xv. ait: Si xp̄s p̄dicatur ꝙ resurrexit a mortuis: quō quidā in vobis dicunt ꝙ resurrectio mortuoꝝ nō est? et Greg. in homel. inquit: Exemplo dn̄s monstrauit qd̄ ꝓmisit in premio vt sicut illuz fideles resurrexisse cognoscunt: ita in seipsis in fine mūdi premia resurrectionis spectarēt. Et idē iterū ait: Non plus q̄triduanā mortē esse voluit: ne si in illo resurrectio differetur in nobis oīno desperaretur. Sz circa hoc dubitare contingit vtrū xp̄s primus fuerit resurgētiū? Et ꝙ sic videtur eo ꝙ Apoc̄.j. vocatur primogenit⁹ mortuoꝝ. ⁊ j.Coꝝ.xv. apl's ait: Xp̄s resurrexit a mortuis primitie dormiētiū. Ubi glo. qr prior tp̄e ⁊ dignitate. Contrariū tn̄ videtur: qr in veteri testamento ꝑ Heliā ⁊ Heliseū aliqui resuscitati leguntur. Sil'r ⁊ xp̄s ante passionē suā tres mortuos suscitauit. Jnsup Mat. xxvij. d̄r: ꝙ īter cetera miracula in passione xp̄i visa monumenta aperta sunt ⁊ multa corpora sanctoꝝ q̄ dormierāt

surrexerūt. Ergo nō videf q̄ xp̄s fuerit primus ad resurgēdū. Respōdet Tho. iij. parte. q. lij. ar. iij. q̄ resurrectio est reparatio a morte invitā. Duplicif aūt aliquis eripitur a morte. Uno mō actu salꝫ vt viuere incipiat: qualitercunqꝫ etiā post moriet̄. Alio mō vt aliquis liberef non solū a morte: sed etiā a necessitate: ꝛ qō plꝰ est a possibilitate moriendi: ꝛ hec est vera ꝛ perfecta resurrectio: cui respectu prima dr imperfecta. Loquēdo ergo de resurrectione pfecta xp̄s est primꝰ resurgentiū: q: ipe resurgendo p̄mo: puenit ad vitā penitꝰ immortalē. Ꝟm illud Rom̄. vj. Xp̄s resurgēs ex mortuis iam nō morif mors illi vltra nō dñabif. Sed resurrectione imperfecta quidā alij surrexerūt āte xp̄m ad p̄mōstrādū quasi in quodā signo resurrectionē ipius. De illis aūt de q̄bus dicit Matthe⁹ varie loquunf doc. Nā viero. sup Matthеum sentire videf q̄ surrexerūt ante xp̄m iterꝫ morituri. In sermone ꝟo de assumptione ꝟginis hoc sub dubio dereliquit. Remigiꝰ ꝟo ait: Indubitāter credere debemꝰ vt q̄ resurgēte dño a mortuis surrexerūt: ascēdēte illo ad celos pariter ꝛ ipi ascēderūt. Et ly sustineri posset opinādo q̄ resurrexerint ante xp̄m iterꝫ morituri: tn̄ magis consonū est pietati q̄ resurrexerint post xp̄m: non iterū morituri. Tunc q: mors est pena pcti: ꝛ ipsi erāt ab omni pctō vltimate purgati: tū q: corporibꝰ eoꝝ vnite fuerunt anime glorificate: ex qua vnione ꝟm Aug̃. in epla. ad Dioscorū efficiunf corpora impassibilia et gloriosa. Resurrectio autē illoꝝ ponif ab euāgelista ante resurrectionē xp̄i p quādā anticipationē: ꝓpterea ipe ait: Et exeūtes de monumētis post resurrectionē eius. i. xp̄i. ꝟm Nicolaū de lyra. venerunt in sanctā ciuitatē ꝛ apparuerunt multis. Scōm tp̄s annotāduꝫ in resurrectiōe xp̄i dr retardatū. Licꝫ em̄ surrexit ante resurrectionē generalem: nō tn̄ statim vt mortuus est resurrexit: sed distulit vsqꝫ in diē tertiū ꝛ hoc rationabiliter ꝓpter tria. ¶ Primo ꝓpter significationē. vt. s. ex hoc significaref q̄ lux sue mortis curauit nostraꝫ duplicē mortē: et ideo vna die integra ꝛ duabꝰ noctibus iacuit in sepulcro: vt per diē itelligaf lux sue mortis: p duas noctes nr̄a dupler mors. Hāc rationē assignat glo. sup illud Luce vlti. Oportuit xp̄m pati ꝛc. ¶ Scōa ratio fuit ꝓpter restaurandoꝝ p̄figurationē quam tangit petrus rauen. di. Tres dies voluit xp̄us esse sue sepulture: que in celo sunt restauraturus: q̄ in terra reparatur: q̄ apud inferos redēptur. ¶ Tertia rō fuit ꝓpf̄ ꝓbationē: vt. s. ꝓbaret veritatē mortis ei⁹: vt sic clariꝰ eluceſceret veritas resurrectionis. ¶ Tertium tp̄s annotandū de resurrectione xp̄i dr determinatuꝫ. Surrexit em̄ die tertia: quod p̄dixerat Mat. xij. Sicut inq̄t Jonas fuit in ventre ceti tribꝰ diebus ꝛ tribus noctibꝰ: sic erit filius hoīs in corde terre. i. in sepulcro: ꝟm glo. tribꝰ diebus ꝛ tribꝰ noctibꝰ. Notandum tn̄ ꝟm Aug̃. lib. iiij. de trini. q̄ hic intelligif ꝑ synecdochen: vt prima dies accipiaf ꝟm partē sui postremā. Scōa dies ꝟm se totā ꝛ integrā. tertia ꝟm partem sui primā: et sic erūt tres dies: ꝛ q̄libet hoꝝ dierū suā noctē habuit p̄cedentē. Tunc em̄ ꝟm Bedā mutatus est ordo: ꝛ cursus dierū ac noctiuꝫ. Antea enim dies p̄cedebāt: ꝛ noctes seq̄banf: post passionē aūt hic ordo mutatꝰ est: ita q̄ noctes p̄cedūt ꝛ dies sequunf et hoc mysterio cōgruit: q̄m hō primo de die gre cecidit in noctē culpe: post passionē aūt xp̄i ꝛ resurrectionē de nocte culpe redijt ad diem gr̄e. ¶ De hora ꝟo resurrectionis varie loquunf doc. Nā q̄dā videnf dicere q̄ surrexit media nocte: q̄dā ꝟo q̄ surrexit in aurora. Ratio aūt huiꝰ diuersitatiꝫ est q̄ ꝑ eo q̄ ꝓsiderāt diuersimode ī illa dilatiōe ꝯgruētiā quātū ad nūer̄ horaꝝ. Nā aliq̄ icipiūt tp̄s cōputare ab hora sexta q̄ crucifixꝰ est ꝛ tenebr̄e facte sunt sup vniuersam terrā ꝛ isti p̄tēdūt tp̄s vsqꝫ ad mediam

noctē inter diē sabbati ⁊ diē dn̄icū: ⁊ sic cōputāt triginta sex horas: q̄ tūc erat eq̄noctiū v̄nale qn̄ xp̄s dn̄s passus est. Aliq̄ inceperūt cōputare a sero in quo posit⁹ fuit in sepulcro: ⁊ ꝓtēdūt tēpus vsq̄ ad diluculū diei dn̄ice: et tā isti q̄ illi tādē ꝯsiderāt ꝯgruētiā tāte dilationis. Jō em̄ dn̄s distulit ꝑ trigītasex horas vt ī h̄ significet̄ liberatio ⁊ victoria ꝑfecta. Ille em̄ nūer⁹ est ex senario numero in se ducto: q̄ q̄dē est numer⁹ ꝑfectus ꝟm arithmeticū. Est ⁊ alia ꝯtinentia: q̄ in trigītasex horis sunt due noctes: ⁊ vn⁹ dies: ita q̄ salua est ibi proportio simplicis ad duplū: vt significet̄ sicut p̄dictū est q̄ xp̄s vna simplici sua vetustate abstulit duas nr̄as vetustates. Z ꝯ vt ait Bon̄. di. xxij. tertij li. q. iij. p̄dicte opiniōes videant̄ differre: tn̄ ꝯueniūt ī assignādo tp̄is ꝯgruētiā. Et posset dici q̄ ī hora sibi nō ꝯdicunt: q̄ dupl'r d̄r res fieri: aut qn̄ fit ꝟm v̄itatē: aut qn̄ īnotescit. Et illi q̄ horā mediam noctꝫ assignāt resurrectiōis tp̄s det̄mināt qn̄ p̄mo fuit. q̄ v̄o mane assignant tp̄s determinant qn̄ innotuit: vel certe resurrectio fuit inter horā medie noctꝫ et mane dn̄ice: ⁊ q̄ mediū denominat̄ ab extremis: ideo aliqui dicūt fuisse in media nocte: aliqui v̄o in mane.

¶ Q̄ xp̄s resurrexit inuisibiliter: veraciter: ⁊ feliciter. Capl'm. ij.

Secūdū mysteriū declarādū de resurrectiōe xp̄i d̄r qualitatꝫ. In q̄ sciēdū est q̄ xp̄s resurgere voluit a mortuis cū triplici q̄litate ⁊ ꝯditiōe.

Surrexit em̄ p̄mo īuisibiliter.
Secundo veraciter.
Tertio feliciter.

¶ Primo surrexit īuisibil'r: q̄ null⁹ mortaliū vidit eū resurgētē. Ad q̄d ītelligēdū q̄rūt doc. vtrū resurrectio xp̄i in suo actu debuit oīb⁹ manifestari? Et q̄busdā vr̄ q̄ sic. Prīo q̄ si publico pctō debetur publica pnīa. ꝟm illd̄. s. Tim̄. v. Peccātes corā oīb⁹ argue. Jta merito publico debet̄ p̄miū publicū: sed claritas resurrectiōis est p̄miū hūilitatis passionis vt Aug̃. di. sup̄ Job. Cū ꝯ passio xp̄i oīb⁹ fuerit manifestata eo publice patiēte vr̄ q̄ gl'ia resurrectiōis ipsi⁹ debuit oīb⁹ manifestari. Scd̄o arguit̄ q̄ discipuli viderūt xp̄m actu ascēdētē in celū iux̄ illud Act̄. s. Uidētib⁹ illis eleuatus est: ꝯ a sil'i debuerūt ip̄m videre actu a mortuis resurgētē. ¶ Tertio arguit̄ q̄ illi q̄b⁹ fuit manifestata resurrectio xp̄i testes fuerūt resurrectiōis: q̄d testimoniū ferebāt publice p̄dicādo q̄d nō ꝯuenit mulierib⁹: ꝯ vr̄ q̄ incōueniēter p̄mo illis q̄ ceteris fuerit manifestata. Rn̄det Tho. iij. ꝑte. q. lv. ar. s. q̄ eoꝝ q̄ cognoscunt̄ q̄dā cognoscunt̄ cōi lege nature: q̄dā v̄o ex spāli mūere gr̄e: sicut ea q̄ diuinit⁹ reuelant̄: quorum vt Diony. dicit in li. cele. hierar. hec est lex diuinit⁹ instituta: vt a deo īmediate superiorib⁹ reuelent̄: q̄b⁹ mediātib⁹ deferant̄ ad īferiores: sicut p̄z in ordinatione celestiū spirituū. Ea v̄o q̄ ꝑtinēt ad futurā gl'iam cōem oīm cognitionē excedūt ꝟm illud Esa. lxiiij. Oculus nō vidit de⁹ absq̄ te q̄ p̄parasti expectātib⁹ te. Jdeo hm̄ōi ab hoīe nō cog̃scūt̄ nisi diuinit⁹ reuelata. Q̄ ꝯ xp̄s resurgēs nō resurrexit ad vitā mortalē: s̄z īmortalē ⁊ gl'iosaꝫ iō resurrectio illi⁹ debuit ordinate pri⁹ angelis deinde ꝑ angelos hominib⁹ reuelari. Un̄ Hilari⁹ sup̄ Mat. dicit q̄ iō angel⁹ p̄m⁹ resurrectiōis est iudex: vt quodā famulatu paterne volūtatis resurrectio nūciaret̄: ⁊ vt dicit̄ Actuū. x. Dedit eū manifestū fieri non oī populo s̄z testib⁹ p̄ordinatis a deo.

¶ Ad primū ergo argumentū dicēdum q̄ passio xp̄i ꝑacta est in corpe adhuc habēte naturā passibilē: q̄ cōi lege nota est oīb⁹: ⁊ iō passio xp̄i oī pp̄l'o īmediate manifestari potuit. Jpa autē resurrectio simpl'r sup̄naturalis ⁊ miraculosa fuit. ¶ Ad scd̄m argumētū dicēdū q̄ ascēsio xp̄i quātū ad terminū a q̄ nō trāscendebat hoīm cōem noticiā: s̄z solū ad terminū ad quem. Et iō discipuli potuerūt videre ascensionē xp̄i quantū

ad terminū a quo scz ꝟm ꝙ eleuabat̄ a terra: nō autē viderūt ip̄m quātum ad terminū ad quē: qꝛ nō viderūt quō reciperet̄ in celo. Sz resurrectio xp̄i trāscēdebat cōem noticiā ⁊ quātū ad terminū a quo ꝟm ꝙ aīa redijt ab inferis: et corp⁹ de sepulcro clauso exiuit: ⁊ quātū ad terminū ad quē ꝟm ꝙ est adept⁹ vitā gl̄iosam. Et iō nō debuit fieri resurrectio sic ꝙ ab hoīe videret̄. ¶ Ad tertiū argumētū dicēdū ꝙ mulieri nō ꝑmittit̄ docere in eccl̄ia publice: sz bene ꝑmittit̄ aliquos domestica admonitione instruere. Apparuit ergo xp̄s primo marie magdalene vt sicut mulier p̄ma fuit nuncia mortis ita esset nūcia vite. Ex quo Cirillus ait: Femina q̄ q̄dāmō fuit mortis ministra venerāde resurrectionis mysteriū p̄ma ꝑcipit ⁊ nūciat: Adeptū est ergo femineum gen⁹ ⁊ ignominie absolutionē ⁊ maledictionis repudiū. Sil̄r etiā ꝑ hoc ostēdit̄ ꝙ quātū ad statū gl̄ie ꝑtinet nullū detrimētū patiet̄ sex⁹ femineus. Qn̄dit etiā ⁊ xp̄s Mar. ij. ⁊. j. Timo. j. Qꝛ iā nō venerat vocare iustos: sed pctōres: ⁊ qꝛ pctōres ⁊ meretrices ad pn̄iaz redeūtes p̄cedēt vos ī regno celoꝝ. Mat. xxj. Superest adhuc ⁊ alia rō q̄re mulierib⁹ pri⁹ apparuit: eo ꝙ ip̄e ip̄m ardētissime amauerūt: intātū vt ab ei⁹ sepulcro discipulis recedentib⁹ nō recederēt ⁊ p̄cipue ipsa feruētissima Magdalena: q̄ stabat ad monumētū foris plorās. vt d̄r Joh. xx. q̄ a xp̄o sibi apparēte interrogata: mulier q̄d ploras? estimās ꝙ hortulanus esset: rn̄debat. Tulerūt dn̄m meū et nescio vbi posuerūt eū. Dn̄e si tu sustulisti eū dicito mihi vbi posuisti eū ⁊ ego eū tollā. O ardēs amor marie magdalene Colloquebat̄ magistro suo de seip̄o cū tanta affectiōe: quare xp̄s bn̄dict⁹ eam nominādo Maria se cognoscēdum illi dedit atq; voluit priusq̄ discipulis sibi apparere. ¶ Scd̄o surrexit xp̄s veraciter: qꝛ verū corpus habuit. Cōtra quod aliqui arguunt. Primo qꝛ verū corpus non potest esse cū alio corpore in eodē loco sicut erat corpus xp̄i: naz intrauit ad discipl̄os ianuis clausis. vt d̄r Joh. xx. c. Scd̄o qꝛ veꝝ corpus nō euanescit ab aspectu intuētiū nisi forte corrūpatur: sed corpus xp̄i euanuit ab ocl̄is discipuloꝝ eū ītuētiū: vt d̄r Luce vltimo. ¶ Tertio qꝛ cuiuslibet veri corporis est determinata figura: sed corp⁹ xp̄i apparuit discipulis ī alia effigie. vt pz Marci vl. ergo videt̄ ꝙ xp̄s post resurrectionē nō habuit verū corpus humanum. ¶ Ad primū argumētū respōdet Tho. q. liiij. arti. j. ꝙ corpus xp̄i post resurrectionē nō ex miraculo: sz ex ꝯditiōe glorie sicut q̄dā dicūt clausis ianuis ad discipulos intrauit simul cū alio corpe in eodē loco existēs. Vel dicēdū ꝙ non ex natura corpis sz poti⁹ ex virtute diuinitatis vnite illud corpus ad discipulos. licz veꝝ esset ianuis clausis ītrauit. Vn̄ Aug. sup Joh. di. Moli corpis vbi diuinitas erat clausa ostia nō obstiterūt Ille q̄ppe nō eis aptis ītrare potuit: q̄ nascēte virginitas mr̄is inuiolata permāsit. Ad scd̄m argumentū dicit Tho. vbi. s̄. ꝙ q̄cūq; hz corp⁹ gl̄ificatū in potestate sua hz videri qn̄ vult: ⁊ nō videri qn̄ nō vult: hoc tn̄ xp̄s habuit nō solum ex cōditione corporis gl̄iosi: sz etiā virtute diuinitatis sue. Euanuit ergo ab oculis discipuloꝝ: nō qꝛ corrūperet̄ aut resolueret̄ in aliqua inuisibilia: sed quia sua voluntate desijt ab eis videri: vel eo presente: vel eo abscedēte per dotem agilitatis. Et si adhuc quereretur cur post resurrectionē nō conuersabat̄ cum discipulis suis ante continue? Respōdet Tho. vbi. s̄. q. lv. ar. iij. ꝙ circa resurrectionē xp̄i duo erant discipulis declaranda: scilicz ipsa veritas resurrectionis: ⁊ gloria resurgentis. Ad veritatem aūt resurrectionis manifestādā sufficit ꝙ eis pluries apparuit: vt dicetur in tertio mysterio. Ad gl̄iam aūt resurrectionis manifestandā noluit continue conuersari cum eis sicut prius fecerat ne videretur eis ad talem vitam resurrexisse qualem prius habuerant.

Ad tertiū dicendū ꝙ apparuit discipulis sicut voluit sine sui mutatione: quia sic erat in potestate eius. Ex quibus concludimus ꝙ verū corpus habuit et veraciter resurrexit. Tertio surrexit xp̄s feliciter: qz in resurrectiōe corpus habuit glorioſum: qđ apparet triplici ratione. ¶ Primo quidem qz resurrectio xp̄i fuit exemplar ⁊ causa nostre resurrectionis. Sancti aūt in resurrectione habebunt corpora gliosa vt dicit apls. j. Cor. xv. Uñ cū causa sit potior causato: et exemplar exēplato: multomagis corpus xp̄i glorioſum fuit cum resurrexit. ¶ Secūdo hoc apparet: qz per humilitatē passionis meruit gloriam resurrectionis. ¶ Tertio qz aīa xp̄i a principio sue cōceptionis fuit glorioſa per fruitionē et visiones diuinitatis. Est aūt dispēsatione factū vt ab aīa gloria non redūdaret in corpus: ad hoc ꝙ mysteriū nostre redēptionis sua passione impleret: et ideo peracto hoc mysterio aīa xp̄i statim in corpus in resurrectione reassumptū suā gloriā deriuauit: ⁊ ita factuz est corpus illud glorioſum. de quo Phil. iij. apls dicit: Reformabit corpus humilitatis nostre ꝓfiguratū corpori claritatis sue. Sed nōnulli obiciūt ꝓpter cicatrices quas in corpore post resurrectionē retinuit que ad quādā corruptionē ptinere videtur. Ad qđ rñdet Tho. vbi. s. ar. iij. ꝙ cicatrices ille erāt in corpore xp̄i post resurrectionē: non ad corruptionē ⁊ deformitatē: sed ad dignitatē ⁊ decorē: vt dicit Aug̃. li. xxij. de ciui. dei. Quare aūt eū cicatricib⁹ resurrexit plures a doctoribus assignanť rationes. Prima rō est ꝓpter gloriā xp̄i. Uñ Beda sup Lucaz. Nō inquit ex impotētia curādi cicatrices seruauit: sed vt in perpetuū victorie sue circūferat rriūphū. Scđa ratio fuit ad cōfirmādā fidez circa resurrectionē. Tertia ratio vt patri pro nobis supplicās quale genus mortis ꝓ hoīe ptulerit semp ostēdat. Quarta rō vt illa s in iudicio ad cōfusionem reproborum demōstret. Uñ Aug̃. in li. de symbolo ait: Inimicis vulnera demonstraturus est sua vt cōuincēs eos veritas dicat: Ecce hoīem quē crucifixistis videte vulnera que infixistis agnoscitis latus qđ pupugistis: qm̃ p vias ⁊ propter vos apertum est: nec intrare voluistis.

¶ Qz sufficienter christus declarauit resurrectionem suaz verbo: nuncio et argumento. Capm.m.

Tertiū mysteriū declarandaz de resurrectione xp̄i ꝛ veritatis. Voluit nāqz clementissimus saluator noster veritatē resurrectionis sue declarare sufficiēter: qđ fecit tripliciter.

Primo verbo.
Scđo nuncio.
Tertio argumēto.

¶ Primo declarauit xp̄s veritatē resurrectionis sue ꝟbo qm̃ scz ante passionem prenūciauit illā. Uñ Matth. xvij. post trāsfigurationē suā dixit: Nemini dixeritis visionē hanc donec filius hominis a mortuis resurgat. ⁊ Matth. xx. postꝙ dixit: ꝙ filius hominis erat crucifigēdus: subdidit: et tertia die resurget. et Mat. xxvj. passione sua iam de primo imminēte dixit: Postꝙ resurrexero precedā vos in galileā. ¶ Scđo declarauit veritatē resurrectionis sue nūcio qm̃ scz ipso volēte angelus dixit mulieribus: Surrexit nō est hic. Mar. vlti. ⁊ Mat. xxviij. ¶ Tertio id declarauit argumento. Uñ Act. j. Prebuit seipsum viuum in argumētis multis post passionē suā. Notādū tñ vt inqt Tho. iij. pte. q. lv. ar. v. ꝙ argumentū ꝛ dupliciter. Uno mō quecūqz rō rei dubie faciēs fidem. Alio mō aliquod sensibile signuz qđ inducit ad alicuius veritatis manifestationem. Primo mō xp̄s nō probauit discipulis resurrectionē: qz talis ꝓbatio argumētatiua ꝓcedit ex aliquibus principiis: que si nō essent nota discipulis: nihil p ea eis manifestaret: qz ex ignotis nō potest aliquid fieri notū. Si autem essent eis nota nō transcenderent rationē humanā: ⁊ ideo nō essent efficacia ad fidez

resurrectionis astruendā que rationem humanā excedit. Oportet em̄ principia ex eodē genere assumi: vt d̄r. j. Posteriorū. Si aūt accipiat̄ argumētū secundo modo: sic xp̄s resurrectionē suā d̄r argumētis declarasse inquātū per quedā signa euidētissima ve̅ se resurrexisse ostēdit. Ostēdit aūt illa ꝓpter duo. Primo q̄ non erāt corda eoꝝ disposita ad hoc ꝙ de facili fidē resurrectiōis acciperēt. Vñ dixit eis Luce vlti. O stulti ⁊ tardi corde ad credendū. ⁊ Mar. vlti. Exprobrauit incredulitatē illoꝝ. Scd̄o vt per hmōi signa eis ostensa efficacius testimoniū illoꝝ redderet̄. Ipsa autē argumēta vel signa oīa simul sumpta ostendūt verā ⁊ gloriosam resurrectionez. Q̄ vera fuerit resurrectio ostendit xp̄s ex parte corpis: et ex ꝑte aīe. Primo ex ꝑte corporis: circa qd̄ tria ostēdit. ¶ Primo ꝙ esset verū ⁊ solidū non fantasticū vel rarū sicut aer: ꝑ hoc ꝙ palpabile p̄buit. Vñ ipe dixit Luc̄. vl. Palpate ⁊ videte: q̄ spūs carnē ⁊ ossa nō hz sicut me videtis hr̄e. Scd̄o ostēdit ꝙ esset corpus humanū ostēdēdo eis verā effigiē: quā oculis intuerent̄. Tertio ostēdit ꝙ esset idē corpus nūero ostēdēdo vulnerū cicatrices ob qd̄ dixit Luce. vlti. Videte man⁹ meas et pedes meos: quia ego ipse sum. ¶ Scd̄o ostendit ve̅itatē resurrectionis ex ꝑte aīe iterato corpi vnite: et hoc per opa triplicis vite. Primo q̄dem ꝑ opus vite nutritiue: in h̄ ꝙ cū discipulis māducauit ⁊ bibit: vt legit̄ Luc̄. vlti. Et si diceret̄ ꝙ angeli ī assumptis corporib⁹ comederunt ⁊ biberūt: vt pz Gen̄. xviij. de angelis q̄s Abraā suscepit hospitio: ⁊ tm̄ ex hoc nō cōcludit̄ ꝙ angeli habeāt vera corpa sibi naturaliter vnita: ergo nec per hoc ꝙ xp̄s comedit posset argui ꝙ habuerit suū verū corpus iterum aīe vnitū. Rn̄det Tho. vbi. s̄. ad. j. ar. ꝙ est alia rō de angelis: alia de xp̄o. Nā angeli apparētes nō asserebāt se hoīes esse: sicut asseruit xp̄s se verū hominem esse. Etiā aliter xp̄s manducauit: ⁊ aliter angeli. Nā q̄ corpa ab angelis assumpta nō erāt corpa viua vel aīata: nō erat ve̅a comestio: lz esset vera cibi ꝯtritio ⁊ iniectio in interiorē partē corpis assumpti. Vñ angelus dixit Tob. xij. Cū essem vobiscū videbar q̄dem māducare ⁊ bibere vobiscū: sed ego cibo inuisibili vtor. Sz q̄ corpus xp̄i ve̅ fuit aīatū: ve̅a fuit eius comestio: q̄ vt Aug. inq̄t: Non ptās sed egestas edēdi corporib⁹ resurgentiū aufertur: quare xp̄s vere māducauit ptāte nō egestate. Jō Beda inq̄t: Māducauit post resurrectionez nō q̄si cibo indigēs: nec q̄si nos in resurrectiōe quā expectamus cibis egere significans: s̄ vt eo mō naturā corporis resurgentis astrueret. Scd̄o ostēdit ve̅itatē resurrectionis per opa vite sensitiue: in h̄ ꝙ discipulis ad interrogata rn̄debat ⁊ presentes salutabat: in q̄ ostēdebat se ⁊ videre ⁊ audire. ¶ Tertio ꝑ opa vite intellectiue: in h̄ ꝙ cū eo loq̄bant̄ ⁊ de scripturis disserebāt ⁊ ne q̄d deesset ad ꝑfectionē manifestationis ostēdit se hr̄e diuinā naturā per miraculū qd̄ fecit ī captura pisciū: ⁊ vlterius ꝑ hoc ꝙ eis vidētib⁹ ascēdit ī celū. Gloriā adhuc ostendit intrās ianuis clausis ꝑmittēs se videri ⁊ nō videri. vñ Greg. ī homel. Palpādā carnē dn̄s prebuit: quā clausis ianuis introduxit: vt etiā post resurrectionē on̄deret corpus suū eiusdē nature: ⁊ alterius gl̄ie. Ipse itaq̄ redēptor mūdi q̄ tot argumentis ve̅itatē sue resurrectiōis: vt tactū est cōfirmauit: voluit tādem de illa certiores nos reddere cū ad se attraxit oēs populos: oēsq̄ nationes: falsoꝝ deoruz cultu penitus extincto. Qūo nāq̄ nisi viueret de⁹ ⁊ hō sedēs in gl̄ia p̄ris credidissent in eū nō soluz populares ⁊ rudes: verū etiam ⁊ docti ph̄i ac potētissimi reges ⁊ principes. O vere efficacissimū signum ad credēdū in xp̄m resuscitatū: quē adorāt vt diximus tot milia miliū eorū qui credūt ⁊ sperāt in illū. Ipse igitur est in cuius femore erat scriptū. Hic est rex regum ⁊ dn̄s dominantiū. Apoc̄. xix. Ipse est cui data est oīs ptās in celo ⁊ in terra: qui surrexit vere regnaturus cū pa-

tre ⁊ spūsancto in eternū. Amen.

¶ Feria tertia post dñicam resurrectionis: de resurrectione omnium generali ante iudiciū: contra illos quibus hec videtur v̄itas impossibilis. Sermo.lxxiij.



Videte manus meas et pedes meos: qr ego ipse sum. Verba sunt redemptoris nostri Luc. xxiiij. ⁊ ī euāgelio hodierno. Cū audim⁹ a mortuis suscitatū dominū iesum xp̄m spem nostrā subleuare debem⁹ ad futurā oīm resurrectionē. Qm̄ aūt plerisq; incredulis et curiosis impossibile videt̄: ac nullo pacto verisimile ꝙ rursus aīe suis corporib⁹ reunientur: sicq; oēs hoīes tandē resurgent. Iccirco in presenti sermone de generali resurrectione aliqua discutiemus: qm̄ hāc saluator noster resurgens idē numero premōstrauit in seipso: sicut patet in v̄bis allegatis in themate: in quib⁹ ad generalē resurrectionē animū reuocantes tria mysteria declarabimus.

Primū dicitur veritatis.
Secundū generalitatis.
Tertium qualitatis.

¶ Qr v̄itas resurrectionis gn̄alis ꝓbat̄ ꝑ autoritates: rōnes: ⁊ exēpla. Capm.j.



Primū mysterium de resurrectione generali declarādū d̄r veritatis. In q̄ ponit̄ talis cōclusio ꝙ numero electoꝝ cōpleto oēs aīe reunient̄ corpib⁹ suis ⁊ resurgēt hoīes illi ijdē ſm naturā q̄ prius fuerūt. Probat̄ aūt hoc tripliciter.

Primo autoritate.
Secūdo ratione.
Tertio exemplo.

¶ Prīo autoritate. Scribit̄ eī Job.xix. Scio em̄ ꝙ redēptor me⁹ viuit: ⁊ in no. die de ter.s.sum. ⁊ rur.c.p.m. ⁊ in.c.m.v. d.q.v.s.e.i. ⁊ o.m.c.s. ⁊ nō ali⁹. Propter q̄ v̄ba Hiero. dicit de Job ad paulinū. Ut de ceteris fileā resurrectionē corpoꝝ sic ꝓphetat: vt nullus de ea vel manifestius vel clari⁹ scripserit. Et Ezechielis xxxvij. deus ait: Ecce ego intromittā in vos spm̄ ⁊ viuetis: ⁊ dabo sup̄ vos neruos ⁊ succrescere faciā sup̄ vos carnē: et supertēdā in vobis cutē: ⁊ dabo vobis spm̄ ⁊ viuetis: et scietis qr ego dn̄s. Et Esa.xxvj.d̄r: Viuēt mortui vri: interfectiq; mei resurgēt. ⁊ Dan̄.xij. Multi de his q̄ dormiūt in terre puluere euigilabūt: alij in vitā eternā: alij in opprobriū vt videāt semp̄. ⁊ Sopho.iij. Expecta me ī die resurrectiōis. ⁊ Jone.ij. Subleuabis de corruptione vitam meā. ⁊ ps. cxxxviij. Tu cognouisti sessionē meaz et resurrectionē meā. ⁊.ij. Mach.xij. Rex mūdi defunctos nos ꝑ suis legibus in eterne vite resurrectione suscitabit. ⁊.j. Coꝝ.xv. Oēs q̄dē resurgem⁹. Et ibidē: Stella differt a stella ī claritate: sic erit ⁊ resurrectio mortuoꝝ. ⁊.j. Thessal.iiij. Nolum⁹ vos ignorare de dormiētibus vt nō cōtristemini sicut ⁊ ceteri q̄ spem nō habēt. Si em̄ credim⁹ ꝙ iesus mortuus est ⁊ resurrexit: ita ⁊ de⁹ eos q̄ dormierūt per iesum adducet cū eo. ⁊ Luce xiiij. Retribuet̄ tibi in resurrectione iustoꝝ. ⁊ Job.v. Procedēt q̄ bona fecerūt in resurrectionē vite: q̄ v̄o mala egerūt in resurrectionē iudicij. ⁊ Mat.xxij. In resurrectione neq; nubēt neq; nubent̄. Et ne multa dicam⁹ in vtroq; symbolo resurrectio mortuoꝝ decantat̄. De qua etiā in.c.j.ex̄ de sum.tri. ⁊ fide ca. Innocētius.iij. sic ait: Oēs cū suis ꝓprijs resurgēt corpib⁹: q̄ nūc gestāt vt recipiāt ſm opa sua siue bona fuerint siue mala illi cū diabolo penā perpetuā: et isti cuz xp̄o gloriā sempiternā. ¶ Sed ꝺ hāc veritatē arguūt nōnulli multiplr. Primo infirmāt testimoniū scripturarū asserētes ꝙ q̄cq̄d in eis d̄r de resurrectione est spūaliter intelligēdū: lz etiā corpaliter loqui videant̄ sicut cū dicim⁹ multa de deo corpalia: q̄ incorpore⁹ est q̄ ꝑ metaphorā aliq̄d spūale designāt. ¶ Scd̄o arguūt qr.j. Coꝝ.xv.d̄r: Caro ⁊ sanguis regnū dei nō possidebūt. ¶ Tertio arguūt qr dicit Auicēna.iij. Meta. Qd̄ annihilatū est nō reducit̄: sed forme corpoꝝ humanoꝝ ad vltimū annihilant̄: qr nihil de eis remanet nisi materia prīa: ḡ ille

eata carne sua regna celestia penetrauit Superauerat hostes: terruerat demões: ⁊ predã innumerabiliũ sanctoꝝ edurerat de inferno. Prostrauerat morte quã sua morte destruxit ⁊ ad patris dexterã sessurus ꝓficiscebat. Nõ talis nec tãtus fuit illoꝝ triũphus quorum hystoria romana meminit: qꝝ iam perijt memoria eoꝝ cũ sonitu: sed iesus xps in eternum ꝑmanet. Rem grandẽ plericꝫ putãt dũ legũt vel audiũt ꝙ Cesar post tot victorias ⁊ finẽ belloꝝ ciuiliũ mortẽcꝫ Põpei: dum redijt ad vrbẽ �means Suetonium vno mẽse: sed interiectis diebꝰ q̃nquies triũphauit. Primo de gallia ⁊ britãnia. Scõo de egypto. Tertio de farnate et põto. Quarto de iuba ⁊ africa. Quinto ⁊ vltimo de hispania. Alij nõ sine maxima voluptate cõmemorãt q̃ de q̃pluribus ad eoꝝ laudẽ cõscripta sunt: qui ob reipublice libertatem hostes rebellesqꝫ romanoꝝ domuerũt. Scribit nãqꝫ Plinius in libro de viris illustribꝰ. ⁊ Eutropius liõ. iiij. ꝙ Arilius metellus dictus macedonicꝰ a deuicta macedonia: Philippũ macedonie regẽ circa tpa quibus Carthago euersa est duxit ad vrbem: et triũphans ante currũ vinctũ trahi fecit Metellus filiꝰ eiꝰ dictus Creticus �means Orosiũ ⁊ Eutropium: qꝝ Cretã romano populo subiugauit: reuersus romã triũphauit. Papirus q̃ lucius papirus cursor �means Titũ liuiũ: qꝝ samnitũ duriciam prelijs fregit: ⁊ adeo clare cuncta gessit ꝙ Eutropius ⁊ Orosiꝰ dicãt ꝙ romani hũc Alexãdro magno ducẽ parẽ esse putabãt si asia domita in Europã arma tẽtasset: romã rediẽs post debellatos hostes triũphauit. Papirus filius eius cõsul adhuc cõtra samnites q̃ Aquiloniã ciuitatẽ eoꝝ cepit: expugnauitqꝫ aliam ciuitatẽ illoꝝ fortissimã �means Titũ liuiũ: post romã rediẽs triũphauit Octauianus vt refert Orosius ⁊ Eutropius: victor rediẽs ab oriẽte cũ triplici triũpho vrbẽ ingressus: tũc primũ qꝝ rẽpublicã auxerat: Augustus salutatus est. Probus imperator ꝑm Rufinuꝫ in annalibus romanoꝝ qui vicit alemãnos germanos gothos ⁊ sarmatas: ob qõ electꝰ fuit imperator: postꝙ superauit bello Proculũ ⁊ bonosum: quos ipse duces miserat ad presidiũ galliarũ. Et illi imperatores se dixerãt pacata ꝙincia et occisis illis in prelio: romã rediẽs q̃nqꝫ diebꝰ gloriose triũphauit. Nã inter alia spectacula qõ nũqꝫ prius factũ fuerat: totũ circũ in speciẽ silue fecit conseri arboribus: ac per diuersos aditus struxit mille: ceruos mille: apros mille: leones centũ: centũqꝫ libicos immisit leopardos et quotquot alias viuas feras habere potuit et oĩa cõcessit diripienda populo. Scipio africanꝰ vt ponit Titus liuius post victum Hãnibalẽ domitãqꝫ carthaginẽ: vbi romã attigit triumphoĩm clarissimo capitolium honestauit: quẽ sequebanꝫ captiui oẽs romani qui ad quattuor milia erãt de manibus hostiũ liberati. Scipio frater eiꝰ post multa ꝑ eũ feliciter gesta domita Asia: quare vt scribit Plinꝰ liõ. de viris illustribꝰ asiaticus dictus est: triũphauit. Luius triumphus oculoꝝ spectaculo maior ꝙ africani fuit. Nã portauit cõsul triumphãs ducẽta vigintiquattuor signa militaria hostiũ: simulacra captoꝝ hostiũ oppidoꝝ ⁊ vrbiũ cẽtũ triginta quattuor Aureas coronas ducẽtas triginta quattuor. Vasa aurea ⁊ argẽtea numero infinita. Principes vrbiũ ⁊ duces trecentos vigintiser: cũ q̃bꝰ ⁊ adolescẽtẽ filius Antiochi pretulit ante se. Fuerũt ⁊ alij q̃bꝰ triũphi gl̃ia cõcessa fuit: qs omittimus ne tedio auditores afficiamus. Illud tñ sciẽdum ꝙ triũphus erat honor maximus q̃ dari poterat a romanis. Nã erat triplex notabilis letitia triũphãtis Erat prima ꝙ cũ ad vrbẽ triũphalis ciuis rediret: ei cum effusa letitia occurrebat populus vniuersus. Erat scõa letitia ꝙ triũphãtis currũ ꝓcedebãt manibus post terga ligatis captiui oẽs. Tertia letitia erat maria: qñ triũphans lauro coronatꝰ indutus aurea veste ascẽdebat currum aureũ triumphalẽ tractũ a

quattuor albis eq̃s. Sicq̃ dux pōpati-
cus preeunte senatu in capitolio albos
tauros sacrificabat Joui: multaq̃ alia
fiebāt ad gloriā ducis triūphātis. Attñ
oīa illa vana fuerūt friuola et trāsitoria
ludisq̃ pueroꝝ cōparāda. ¶ Erigamus
ergo mētis nostre oculos ad regē reguꝫ
beatoꝝ ducē inuictissimū iesum christū
ascēdentē ad celos: ⁊ cōsideremus cum
quali militia celū ingreditur: ⁊ quot in-
numeri angeli precedunt ei obuiā: quā-
taq̃ sit in celis cōmotio. O festū trāscē-
dens oēm exaltationē sublimē et gloriā
quorūcūq̃ imperatoꝝ ⁊ regū q̄ fuerunt
ab initio mūdi: ⁊ q̄ erit vsq̃ in finē. Du-
cebat xp̄s secū oēs aīas sctās quas edu
xerat de inferno: q̄r nulla ante ipsuꝫ ad
celū empyreum peruenerat. Ducebat ⁊
sanctos resuscitatos q̄ in corpore et aīa
ipsum feliciter sequebant. Ducebat in-
super ⁊ aīas eoꝝ iustoꝝ ⁊ paruulorū fi-
deliū: que in his quadraginta diebus a
ꝓprijs corporib⁹ per mortē discesserāt.
De quib⁹ oībus aliq̄ tenēt ꝙ a resurre-
ctione xp̄i vsq̃ ad ascēsionem ei⁹ fuerūt
in paradiso terrestri. Aliq̄ v̄o aliter opi
nātur. s. ꝙ xp̄m associabant inuisibiliter
in hoc mūdo cū hymnis ⁊ laudibus. Et
vtrūq̃ est possibile: lꝫ nō sit autoritate
firmatuꝫ. Ibi nō erat opus curru quem
equi traherent: vbi corpus quadruplici
dote claritatis: agilitatis: impassibilita
tis: ⁊ subtilitatis per semetipsum mira-
biliter ferebatur in celū. Et qñ d̄r ꝙ nu-
bes suscepit eū ab oculis eoꝝ: intelligē-
dū est ꝑm doctores ꝙ nubes illa nō pre
buit adminiculū xp̄o ascēdenti per mo-
dū vehiculi: sed apparuit in signū diui-
nitatis ꝑm ꝙ gloria dñi apparebat sup
tabernaculū in nube. Puto aūt nubem
illā fuisse lucidā: aspectu decorā: angeli-
co ministerio formatā: ⁊ ad xp̄m reuerē
dissime ꝑductā. Nā ⁊ nubes illa de qua
d̄r Numeri. ix. ꝙ operuit tabernaculū ⁊
ꝑm ꝙ mouebat vel stabat ita faciebant
filij israel: mouebant angelico presidio:
vt inq̄t Nico. de lyra. Nubes insuper in
qua spūsctūs apparuit in transfigura-
tione xp̄i lucida fuit: vt scribit Matth.
xvij. ¶ Tertio xp̄s ascēdit patēter: q̄r vo
luit a discipulis videri ī manifesto. Vbi
aduertēdum ꝙ ipsa die ascensionis bis
apparuit discipulis. Prīo apparuit vn-
decim apl̄is recūbentibus in cenaculo.
Oēs em̄ tā apl̄i q̄ alij discipuli necnon
mulieres habitabāt in illa parte hierl̄m
que dicebat mello. s. in monte syon: vbi
Dauid cōstruxerat sibi palatium: ⁊ erat
ibi cenaculū grāde stratū: in q̄ dñs pre-
cepit parari sibi pascha. Et in illo cena-
culo tūc xp̄iani apl̄i habitabant. Ceteri
aūt discipuli ⁊ mulieres habitabant cir
cūquaq̃ ꝑ diuersa hospitia. Cū ergo in
isto cenaculo comederēt: dñs eis appa-
ruit ⁊ exprobrauit incredulitatē illoꝝ ⁊
duriciā cordis: ⁊ officiū predicādi cōmi-
sit ⁊ formā baptismi instituit atq̃ gra-
tiam miraculoꝝ cōtulit: vt pꝫ Marci ⁊
Matth. vlti. c. Deinde fuit cū eis fami-
liarissime prāsus: vt d̄r Act. j. vt per effe
ctū comestionis ꝑm Greg. veritas pate-
sceret carnis. Et in his oībus credēdum
est matrē suā sanctissimā affuisse. Nā vt
habet Act. j. postq̄ xp̄s ascendit reuersi
sunt discipuli in domū vbi manebāt cū
mulierib⁹ ⁊ matre iesu et fratrib⁹ eius.
Ista aūt regressio denotat ꝙ inde exie-
rant. Refectione autē cōpleta precepit
eis vt in montē oliueti versus bethaniā
irēt. Aliqui dicūt ꝙ xp̄s iuit cum eis: ex
eo ꝙ Lucas ait vlti. c. Eduxit illos fo-
ras in bethaniam. Aliqui v̄o tenent ꝙ
postq̄ dixit vt irent ad montē oliueti:
disparuit ab eis: ⁊ iterū in monte appa
ruit. Erat aūt mons ille ꝑm Nicolaū de
lyra extra hierusalē in via eundi versus
bethaniā. Ibi aliquādiu stetit xp̄s cum
benedicta matre et discipulis suis: sicut
amici valde faciētes solēt figere gradū.
Ibi discipulos docuit ꝙ nō erat eorum
nosse tēpora vel momēta que pater po-
suit in sua ptāte cum peterēt. Si in illo
tēpore restituēdū esset regnū israel. Ibi
precepit eis ne discederent a hierusalez
quousq̃ reciperēt spiritūsanctū. Ibi tā-
dem post multa blāda ⁊ ꝯsolatoria v̄ba

bñdixit eis. Pie quidē cōtēplari possumus ꝙ dū dixisset: O mater mea benedicta. O genitrix suauissima. O dilecti mei discipuli. Ecce cōpleta sunt oīa. Tēpus est vt reuertar ad eū qui me misit. Igitur suscipite benedictionē meam: ꝙ oēs cadētes in terrā adorauerūt eum: et benedictione accepta genua tenebāt in terra defixa: aspiciebāt faciē in quā angeli desiderāt ꝓspicere. At iesus ad oriētem respiciēs forte in gemēdo benedicta sis mater mea: benedicti vos discipuli mei: eleuatis manib⁹ paulatim ferebat̄ in celū. O noua ꝓdigia. O miracula inaudita. Ille qui de virgine natus mortē tulit abiectissime crucis nō solū surrexit a mortuis ⁊ suā resurrectionem signis euidētissimis cōprobauit: sed post hec oīa palā ⁊ hora nona vt credit̄ visibiliter a mōte oliueti ad celos progreditur. Currite gētes vndiq; ⁊ adorate illū qui est rex regum ⁊ dñs dominantium. Postq̄ ꝟo videri amplius non potuit: regressi sunt apostoli et ceteri in hierusalē ⁊ laudātes et benedicētes deum in gaudio ⁊ leticia. Amen.

¶ De spiritusancto q̄ missus est apostolis in signo visibili ignearū linguaruz.

Sermo. lxxv.

Spiritussanct⁹ quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oīa. Verba sunt redēptoris nostri originaliter Joh. xiiij. ⁊ in euāgelio p̄sentis solēnitatis. Amplissimū donuz hodierna die collatū fuit humano generi: cū spiritussanctus visibiliter missus est in apostolos fundatores militātis eccl̄ie. Per illos em̄ in xp̄m credidit mundus. Per ipsos deleta fuit penit⁹ et extincta pernicies idolatrie: que oēs quasi populos inuoluebat. Per ipsos deniq; via regni celoꝝ mortalibus facta fuit nota. Tanta quippe virtute ex alto prediti spiritu sancto cooperante fuere: vt sicut Psalmista refert ps̄. xviij. In omnē terrā exiuit sonus eoꝝ (cū fructu ⁊ vtilitate omnium gentiū: atq;) in fines orbis terre verba eorum. Preterea vt tāti miraculi memores esse possimus: in presenti sermone de spiritusctō in ap̄los misso erimus verba facturi: de quo tria proponimus mysteria cōtemplanda.

Primū d̄r cognitionis.
Secundū missionis,
Tertiū operationis.

¶ Qꝛ vi nature spūssanctus non est cognoscibilis sed tm̄ ꝑ reuelationē: et qualiter spūssctūs est de⁹ ꝓcedēs a patre et filio ipsis coequalis. Capm. j.

Primū mysteriū cōtēplandū de spiritu sancto d̄r cognitionis. In quo notande sunt tres theologoruz veritates.

¶ Prima ꝙ null⁹ viator pōt cognoscere ꝓpria vi nature tertiā personaz in diuinis quā dicimus spiritum sanctū. Vñ Hilarius in lib. de trinitate ait: Nō putet homo sua intelligētia sacramentū generationis ⁊ ꝓcessionis se posse consequi. Et Diony. in lib. de diuinis noibus. Nō est audendū dicere aliquid nec cogitare de supersubstantiali occulta a diuinitate: preterea que diuinitus nobis ex sacris eloquijs sunt expressa. Et de hoc Paulus. j. ad Coꝝ. ij. dixit: Loquimur dei sapiētiā quā nemo principū hui⁹ seculi nouit: scz pb̄oꝝ sm̄ glo. ¶ Sed̄a veritas ꝙ nobis reuelatuz est in diuinis esse tertiā personā ꝓcedētem per modum amoris que d̄r spūssanctus. Nā in veteri ac in nouo testamēto fit mētio de spū dei. Vñ Gen̄. j. d̄r: Spiritus dñi ferebatur super aquas. Et. vj. Nō permanebit spūs meus in hoīe. Et xlj. Num inuenire poterimus talē virū qui spū dei plenus sit. Et Judicum. iij. Fuit in eo spūs dñi et iudicauit israel. Et. xj. c. Factus est super Jepthe spūs dñi. Et. j. Regū. x. Insiluit super saulē spūs dñi: ⁊ ꝓphetauit. Et ps̄. xxxij. Verbo dñi celi firmati sunt: et spū oris eius oīs virtus eoꝝ. Et ps̄. l. Spiritū sanctū tuū ne auferas a me. Et ps̄. ciij. Emitte

spiritū tuū ⁊ creabūtur. ⁊. pš. cxlij. Spiritus tuus bonus deducet me in terraꝫ rectā. Et Sap̄. j. Spūs dñi repleuit orbem terrarū. ⁊. xij. O q̄bonus ⁊ suauis est dñe spūs tuus in nobis. Et Esa. xj. Requiescet sup eū spūs dñi. Et. xlij. Dedi spiritū meū super eū. Et. xlviij. Dñs deus misit me ⁊ spūs eius. Et. lxj. Spiritus dñi sup me. Et Johel. ij. Effundā spiritū meū: ⁊ dabo ꝓdigia in celo ⁊ in terra. Eodē. c. Effundā spiritū meū sup oēm carnē ⁊ ꝓphetabūt filij vr̄i et filie vr̄e. ⁊ Mat. j. Inuēta est ī vtero habēs de spiritusancto. et. iij. c. Baptizabit vos in spiritusancto. ⁊. xij. c. Qui dixerit verbum cōtra spiritūsanctū: nō remittetur ei. Et vlti. c. Euntes docete oēs gentes baptizātes eos in nomīe patris ⁊ filij ⁊ spūssancti. Et Luc̄. j. Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris sue. Eodem. c. Spūssanctus superueniet in te. Eodē. c. Repleta est spiritusancto eliza beth. Et. ij. Spūssanctus erat in eo. Et iij. c. Descēdit spūssanctus corporali specie sicut colūba in ipsum. Et Johan. xx. Accipite spiritūsanctum. Et Act̄. j. Accipietis virtutē supueniētis spūssancti in vos. Et. ij. c. Repleti sunt oēs spiritusancto. Et. x. c. In nationes gr̄a spūssancti effusa est. Et. vj. c. Elegerūt stephanum plenū fide ⁊ spūsancto. Et. viij. c. Imponebāt manus sup illos et accipiebāt spiritūsanctū. Et ad Rom̄. v. Charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spiritū sanctū. Et. ij. Pet̄. j. Spūsancto inspirati locuti sunt sancti dei hoīes. Et Johā. j. sue canonice. v. c. Tres sunt q̄ testimonium dāt in celo pater verbū ⁊ spiritussanctus. ¶ Tertia v̄itas ꝙ spūs accipit̄ multipliciter. Primo pro substātia aīe. Unde Act̄. vij. Dñe iesu accipe spiritum meū. Et Luce. xxiij. In manus tuas pater cōmendo spiritū meū. Scd̄o accipit̄ ꝓ vento vt Job. iij. Spūs vbi vult spirat. Tertio pro aere vt in pš. cxviij. Os meū aperui ⁊ attraxi spiritū. Quarto ꝓ angelo vt in pš. ciij. Qui facis angelos tuos spūs. Quinto ꝓ deo Job. iiij. Spiritus est deus. Sexto ꝓ tertia persona in trinitate. ¶ Sed aduertendū ꝑm Bona. in. j. dist. xj. ar. ij. q. iij. ꝙ spiritus in substātia spūali d̄r dupliciter. s. a spūalitate cōtra corpulentiā. Et sic substātia rationalis vel intellectualis aut ei⁹ potētia interior d̄r spiritus. Uel a spiratione: ⁊ sic amor vel affectus d̄r spūs. Primo modo cōuenit toti trinitati: ⁊ sic est nomē absolutū. Secūdo modo cōuenit illi persone que procedit vt amor. Spirari em̄ in spiritualibus est solius amoris. Et qm̄ amor pōt spirari recte ⁊ ordinate ⁊ sic est purus: vel indirecte et immūde ⁊ sic est libidinosus. Jō illa persona que est amor nō tm̄ dicitur spirit⁹: sed spūssanctus. Nō sic filius dicit̄ sanctus: qꝛ generatio est motus naturalis circa quē nō attēditur sanctitas vel puritas sicut attēditur circa amorē voluntatis. Albertus aūt in cōpendio theologie dicit ꝙ spūssanctus multa habet nomina. Dicitur em̄ spūs a spirādo actiue: eo ꝙ spiret vbi vult. Et sic conuenit tribus personis sed spūisancto per appropriationē. Alio modo d̄r spūs a spirādo passiue: eo ꝙ spiratur: ⁊ hoc modo propriū est spūisancto q̄ ꝓcedit per moduꝫ spirationis. Nō solum aūt d̄r spiritus: sed additur sanctus: qꝛ sanctus ideꝫ est qd̄ mūdus vel firm⁹ vel sine terra. Que cōueniūt nō soli ei quoad se: sed in comparatione quoad nos. Nā per gratiam spiritussancti a pctis mūdamur: in bonis firmamur: a terrenis separamur. Insup spūssctūs vocat̄ nexus: vnitas: ⁊ amplexus: ⁊ hoc ꝓut cōparatur ad patrē ⁊ filiū. Item dicitur donū dei altissimi: qꝛ omne donū ab ipso fluit. Dicitur fons viuus: qꝛ sitiētibus gratiā largit̄. Dicitur ignis quia affectū accēdit. Dicitur charitas nō solū qꝛ est amor patris et filij: sed qꝛ nos amātes facit. Dicitur spiritalis vnctio: qꝛ oēs tribulationes mūdanas suaues facit et iocundas: ꝑm illud. In labore requies in estu temperies. Dicitur dextre dei digitus: quia sicut omnes corporales res digito de-

monstrant: ita p spm̃ sanctū ostendunt res spūales oculo spūali. Dr paracletꝰ q; consolationes celestes mētibꝰ instillat. Dicitur magistroꝝ optimꝰ: q; intellectū ad cognitionē dei ꝛ suipsius illuminat. Est itaq; spūssanctus vt colligitur ex dictis Augustini in lib. de trini. Deus tertia persona in trinitate ꝓducta a patre ꝛ filio p modū voluntatis. Deꝰ nāq; est summe simplex: vt ptz. xij. metaphysice vbi pbs dicit: q deus est actus purissimꝰ absq; aliqua cōpositione: ergo oē qđ est in deo est deꝰ. Et p cōsequēs sciētia: sapiētia: intellectus: cognitio: volūtas: ꝛ amoꝝ dei est deꝰ. Cōstat aūt q spūssanctus est amoꝝ patris ad filiū. Deus em̃ pater p ītellectū suū cognoscit essentiā suā esse infinite bonitatis: ergo eā amat amore infinito. Sicut ergo q seipm̃ cognoscit cognitio est filius: ita amoꝝ quo seipm̃ amat est spiritussanctꝰ. ¶ Sed ꝫ ꝓdicta tres inueniunt hereticoꝝ opiniones dammate. Prima fuit opinio Arrij q vt dicit sanctus Tho. in. iij. summe ꝫ gentiles. c. xvj. docuit filiū ꝛ spm̃sctm̃ esse creaturas: filiū tm̃ maiorem spūsctō ꝛ filiū minorē patre. Quē errorē quātū ad spiritūsctm̃ secutꝰ est Macedoniꝰ: q de pre ꝛ filio recte sensit: q vniꝰ et eiusdē substātie sint. Sed hoc de spiritusctō credere noluit: creaturā esse ꝓtestans. Vñ quidā Macedonianos semi arrianos vocant: eo q cū arrianis in parte conueniūt ꝛ in parte differunt ab eisdem. Quos tū oēs quincimꝰ testimonio scripturarū sanctaꝝ: ex qbꝰ verissime colligimus q spūssctūs est deꝰ. Nā nulli tēplū ꝓstruit ꝛ consecrat nisi deo. Vñ in pš. x. dr: Dns in templo sctō suo. Sed tēplū deputat spirituisctō. Dicit enim apls. j. ad Coꝝ. vj. c. An nescitꝫ qm̃ membra vestra templū sunt spūssancti: ergo spiritussanctus est deus. Insup cōprehendere omnia ꝓfunda dei nō est alicuius creature: sed spiritussanctus cōprehendit oīa ꝓfunda dei: igit̃ non est creatura, dr em̃. j. ad Coꝝ. ij. c. Que dei sunt nemo cognouit nisi spūs dei. Jtē deus locutus est p ꝓphas. Vñ Num̃. xij. c. scribit: Si qs fuerit inter vos pꝓpheta dñi in visione apparebo ei: vel p somniū loquar ad illū. Sz spūssanctus locutꝰ est p ꝓphas: ergo est deꝰ. Nam actuū. j. scribit: Opz ipleri scripturam quā ꝓdixit spūssctūs p os dauid. Et. ij. Petri. j. c. Spūsancto inspirati locuti sunt sancti dei hoīes. Jtē interꝰ docere ꝓpriū opus dei est. Vñ in pš. xciij. Qui docet hoīem scientiā. Sz hoc est opꝰ spūssctī: ergo est deꝰ. Nā Job. xxxv. c. dr: Paracletꝰ aūt spūssctūs quē mittet pater in noīe meo: ille vos docebit oīa. Adhuc. Quoꝝ est eadē opatio ops eandē esse naturā. Est autē eadē operatio filij et spūssancti: nā xps loquitur in sanctis. Jō Paulus. ij. ad Coꝝ. xiij. c. dicebat: An experimentū queritis eiꝰ qui in me loquit̃ xps: Spūssctūs etiā loquitur iurta illud Matth. x. c. Nō em̃ vos estis q̄ loq̄mini: sed spūs patris vestri q̄ loquit̃ in vobis. Ergo eadez est natura filij ꝛ spūssancti: ꝛ per cōsequēs patris. Amplius esse vbiq; est ꝓprium dei: qui dicit Viere. xxiij. c. Celū ꝛ terrā ego impleo: hoc spūsancto conuenit, ꝝ illud Sap̃. j. c. Spūs dñi replevit orbē terrārū: ergo est deus. Preterea Act. v. c. Petrus dixit: Anania cur tentauit satbanas cor tuū mētiri te spūsctō: et postea subdit: Nō es mētitus hoībus sed deo: ergo spūssanctus est deus. Paulus etiā j. Coꝝ. c. xij. ita scribit: Nemo pōt dicere dñs iesus nisi in spiritusancto. Diuisiones vo gratiarū sunt: idē aūt spūs: ꝛ diuisiones ministrationū sunt: idē autem dñs: ꝛ diuisiones operationū sunt: idē vo deus q̄ operat oīa in oib⁹. Unicuiq; autē datur manifestatio spūs ad vtilitatē. Alij quidē per spiritū datur sermo sapiētie. Alij aūt sermo sciētie ꝝ eūdē spiritū. Alteri fides in eodē spiritu. Alij gratia sanitatū in vno spū. Alij operatio virtutum. Alij ꝓphetia. Alij discretio spirituū. Alij genera linguaruz. Alij interpretatio sermonū. Hec autē oīa ope

ratur vnus atq; idem spūs diuidēs sin
gulis ꝓut vult. In quib⁹ ꝟbis manife
ste exprimit spiritūsanctum esse deum.
¶ Scđa opinio dānata de spūsctō ꝙ nō
ꝓcedit a filio: sed a solo pr̄e: q̄ ꝑm Tho.
j.ꝑte.q.xxxvj.ar.ij.inuēta fuit a Nesto
rianis: vt pz in quodā symbolo dānato
ab Ephesina sinodo. Propterea in sym
bolo patrū dicit: Et in spiritūsanctum
dn̄m ⁊ viuificantē: q̄ ex patre filioq; ꝓ
cedit. Athanasius etiā hoc retulit cū di
xit: Spūssctūs a patre ⁊ filio: nō factus:
nec creatus: nec genitus: sed ꝓcedens.
Idipsum ꝓfitetur Cirillus in epl̄a sua
quā sinodus calcedonēsis recepit. Idez
fatetur didimus in libro de spūsancto.
Aug. etiā sic asserit sup Johānē. ⁊ in li
bris de trini. ¶ Sed greci cōtra h̄ instāt.
Primo ꝙ xp̄s de spūsancto loquēs eū a
patre ꝓcedere dixit: nulla mentione fa
cta de filio. Vn̄ Job. xv. ait: Cū venerit
paracletus quē ego mittam vobis a pa
tre spirituz veritatis qui a patre proce
dit. Scđo q: Johānes Dama. dicit. Spi
ritumsanctū ex patre dicimus: ⁊ spiritū
patris noīamus. Ex filio aūt spiritū nō
dicimus: spiritū ꝟo filij noīamus. Ter
tio spūssanctus perfecte ꝓcedit a patre:
ergo superfluum est ꝙ procedit a filio.
¶ Sed ad primū rn̄det sctūs Tho. j. ꝑte
q.xxxvj.ar.ij. ⁊ in.iiij. summe cōtra gēti
les.c.xxv. ꝙ ꝓpter vnitatez essentie qđ
in scripturis de vna ꝑsona dicit de alia
opz intelligi: nisi repugnet ꝓprietati ꝑ
sonali ipsius: etiā si dictio exclusiua ad
deret. Lz em̄ dicat Mat. xj. c. Nemo no
uit filiū nisi pr̄: nō tn̄ a cognitione filij:
vel ipse filius vel spūssctūs excluditur.
Vn̄ etiā si diceret ī euāgelio: ꝙ spūssan
ctus nō ꝓcedit nisi a pr̄e: non ꝑ hoc re
moueret q̄n ꝓcederet a filio: cū hoc ꝓ
prietati filij nō repugnet. Nec est mirū
si dn̄s spm̄sctm̄ a pr̄e ꝓcedere dixit de se
mētione nō facta: q: oīa ad pr̄em refer
re solet a quo hz q̄cq̄d habet. Sicut cuz
dicit Job. vij. Mea doctrina nō est mea
sed ei⁹ q̄ misit me pr̄is. Et multa hmōi
in verbis dn̄i inueniunt ad cōmendan
dā in patre autoritatē principij. Nec tn̄
in verbis allegatis oīno obticuit esse se
spūssctī principiū. Cū dixit eū spm̄ veri
tatis: ⁊ se prius dixerat veritatē. ¶ Pre
terea spūssctūs a filio mittit: ꝑm illud
Job. xv. Cū aūt venerit paracletus quē
ego mittā vobis: sed mittēs autoritatē
hz aliquā immissuz. Opz ergo dicere ꝙ
fili⁹ habeat aliquā autoritatē respectu
spūssctī: nō aūt dn̄ij vel maioritatis: sed
ꝑm solū originē. ¶ Si q̄s aūt obijceret
ꝙ filius mittit a spūsctō: q: dr̄ Lu. iiij.
ꝙ dn̄s dixit in se impletū illud Esa. lxj.
Spūs dn̄i sup me ꝓpter qđ vnxit me:
euangelizare pauperibus misit me. Re
spōdere possumus ꝙ filius a spūsancto
mittit ꝑm naturā assumptā. Spūs aūt
sctūs nō assumpsit naturā creatā: vt ꝑm
eam possit dici missus a filio: vel filius
habere autoritatē respectu ipsius. Re
linquit ergo ꝙ respectu ꝑsone eterne fi
lius ꝑ spm̄sanctū autoritatem habeat.
Ad scđm obiectuz de Damasceno dicit
sctūs Tho. ꝙ in hoc non est audiēdus:
q̄uis a quibusdā dicat: ꝙ sicut nō cōfi
tet spiritūsanctū esse a filio: ita etiā nō
negat ex vi verboꝝ illoꝝ. ¶ Ad tertium
de ꝓductione perfecta patris dicit san
ctus Tho. ꝙ per hec ꝙ spiritussanctus
perfecte procedit a patre nō solū nō est
superfluū dicere ꝙ procedat a filio: sed
oīno necessariū est: q: vna est virtus pa
tris ⁊ filij. Et quicquid est a pr̄e necesse
est esse a filio: nisi ꝓprietati filiationis
repugnet. nō em̄ filius est a seipso: lz sit
a pr̄e. Igit pr̄ ⁊ filius sunt vnū p̄ncipiū
spūssctī ꝓpter vnitatē diuine virtutis:
⁊ vna ꝓductione ꝓducūt spm̄ sctm̄: si
cut etiā tres ꝑsone sunt vnū principiuz
creature: ⁊ vna actiōe creaturā ꝓducūt.
¶ Tertia opinio de spūsctō dānata fuit
aliquoꝝ q̄ dixerūt ꝙ spūssanctus nō sit
equalis pr̄i aut filio. Arguebant ꝟo sic.
Dare se totū sine sui diminutiōe ē sum
me potētie: hoc aūt pōt pr̄: hoc pōt fili
us: nō aūt spūssctūs: nō em̄ pōt genera
re filiū sicut pr̄: nec pōt spirare spm̄san
ctū sicut pr̄ ⁊ fili⁹: ergo nō est illis eq̄lis

Ad hoc rñdet Alex. in. ſ. volumine ſumme. q. xlvij. mẽ. iij. q̃ ſicut eſt eadẽ potẽtia filij qua potuit gñari q̃ eſt in patre qua potuit gñare: ſic eadẽ eſt potentia ſpũſancti qua põt dari. ſ. ſpirari q̃ patris ⁊ filij qua poſſunt dare. i. ſpirare. Uñ Aug. li. ꝯ maximũ inq̃t: Abſit vt iõ ſit potẽtio: pr̃ filio: q: creatoꝛ genuit pater: filiꝰ nõ genuit creatorem. Neq; em̃ nõ potuit ſz non opoꝛtuit. i. non ex impotẽtia fecit: ſz q: ſibi nõ ꝛueniebat. Sil'r põt dici in ꝓpoſito. Si ꝯo q̃rat vtrũ artata ſiue ligata ſit potẽtia ꝓducẽdi in ꝓſona ſpũſcti ꝓpter hoc q̃ nõ põt exire in actũ ꝓducẽdi ꝓſonã ſic̃ poteſt in pr̃e ⁊ filio. Dicẽdũ q̃ nõ: ũmo ex ſumma pfectione ipius potẽtie eſt: q: non põt exire in actũ huiuſmodi: quia nõ cõgrueret. Uñ Anſelmꝰ in monologion ait: Qui põt qõ ſibi nõ ꝓdeſt ⁊ nõ debet: tãto magis aduerſitas ⁊ puerſitas poſſunt in illum. Sctũs ꝯo Tho. ſ. parte. q. xlij. ar. vj. ad. iij. dicit: q̃ ſicut eadẽ eſſentia q̃ in pr̃e eſt paternitas: in filio eſt filiatio: ita eadem eſt potẽtia q̃ pr̃ generat ⁊ qua filiꝰ generat. Uñ verũ eſt q̃ q̃cq̃d põt pater põt filiꝰ. Non tñ ſequit q̃ poſſit generare: nã generatio ſignificat relationẽ in dĩnis: hz̃ g̃ eãdẽ potẽtiã quã pr̃: ſz cũ alia relatiõe: q: pr̃ habet eã vt dãs: et hoc ſignificat cũ dr̃ pr̃ põt generare: filiꝰ aũt habet eãvt accipiẽs: ⁊ hoc ſignificat cũ dr̃ poteſt generari. Jdẽ dicendũ eſt de ſpũſancto reſpectu patris et filij.

¶ Quid ſit miſſio in diuinis ⁊ qualiter ſpirituſſanctus mittitur inuiſibiliter ⁊ viſibil'r: ⁊ de ꝓgruitate tpis q̃ ſpũs datus fuit aplis in ſigno viſibili. Cap. ij.

Secundum myſterium contẽplãdum de ſpirituſancto dicitur miſſionis. In quo tres conſiderationes faciemus.

Prima dr̃ quidditatis.
Scõa tempoꝛalitatis.
Tertia qualitatis.

¶ Prima conſideratio dr̃ quidditatis: vbi quid ſit miſſio in diuinis eſt aperiẽdum. Ad qõ ita ait Rich. in. ſ. diſt. xv. ar. ſ. q. ſ. Miſſio eſt perſone emanãtis vel emanatiõis ꝓſone p aliquid ſibi ꝓpꝛiatũ actu vl̃ habitu manifeſtãs. Nã miſſio reſpectu miſſi: duo hz̃ exiõ intellectu emanationẽ ⁊ manifeſtationẽ per effectũ. Uñ Aug. iij. lib. de tri. inq̃t: Mitti eſt cognoſci cẽ ab alio. Et q: pater a nullo eſt: iõ nũq̃ dr̃ miſſus. Sed vt iſta clarius habeantur tria in hac parte dubia ſunt aperienda.

Primum vtrum ſit ponere miſſionẽ in diuinis.

Secundum vtrũ miſſio ſit quid creatum vel increatum.

Tertium vtrũ miſſio dicatur de deo ab eterno vel ex tẽpoꝛe vel vtroq; mõ.

¶ Ad primũ dubiũ reſpondet ſcꝛiptura ſancta. Dicit em̃ ad Gal. iij. Miſit deus filiũ ſuũ. Et ibidẽ. Miſit deus ſpiritum filij ſui in coꝛda veſtra, ⁊ Joh̃. iij. Non em̃ miſit deus filiũ ſuũ in mundũ vt iudicet mundũ. Et. vj. c. Miſit me viuens pater. Et. viij. c. Qui miſit me verax eſt. Et Job. xv. c. Cum venerit paracletus quẽ ego mittã vobis. Et quib⁹ ⁊ ſimilibus pater q̃ filius miſſus eſt etiam et ſpirituſſanctus. ¶ Cõtra hoc tñ quidã obiciũt. Primo q: qui mittitur ab alio quo diſcedit ab eo ⁊ ad aliquem locũ de nouo vadit: ſed in diuinis non põt eſſe loci mutatio: cuz deus ſit vbiq;: ergo in diuinis nõ põt eſſe miſſio. Secũdo quia ne qõ mittit ſeparatur a mittẽte: ſed in diuinis nõ eſt ponere ſeparationẽ vnius perſone ab alio: ergo nec miſſionẽ. Tertio nihil pertinẽs ad inferioꝛitatẽ et ſuperioꝛitatẽ dr̃ de vna perſona reſpectu alterius. Unde dicit Damaſcenus: q̃ filius ꝺm q̃ deus dr̃ obediens vel inobediẽs patri: ſubiectoꝛ em̃ eſt hoc. Cũ ergo ille q̃ mittitur inquãtũ hui⁹ ſit inferioꝛ: q̃ ille q̃ mittit et ille q̃ mittit ſit ſuperioꝛ: nõ dicũtur hmõi noĩa mittere et mitti de vna perſona reſpectu alterius.

¶ Ad ſoluẽda hmõi obiecta notãdus eſt ꝺm Boñ. in. ſ. diſ. xv. q. ſ. q̃ miſſio in diuinis inferioꝛibus hz̃ reſpectũ ad tria: ſcilz̃ ad

principiū: ad terminū: ⁊ ad missum. Ad principiū siue ad mittentē missio hꝫ sub triplici habitudine cōparari. videlꝫ vt ad dantē esse: ⁊ sic mittitur radius a sole. Ut ad dantē virtutē: ⁊ sic mittitur iaculū a ꝓiectore. Et vt ad dantē iurisditionē: et sic mittit̄ nuncius a p̄ceptore. Scd̄m omnē hanc cōparationē est missio in diuinis: qꝛ spūssanctus mittitur a patre ⁊ filio tanq̄ habēs esse ⁊ virtutē ⁊ autoritatē in operādo ab eis. Et ideo missio ꝑm hūc respectū cōpletissime est in diuinis. Silr̄ ad terminū sub triplici habitudine cōparatur. Mittitur enim aliquid alicubi vbi videlꝫ quietatur vt lapis mittit̄ deorsum. Mittit̄ etiā aliquid alicubi vt a quo habeat̄: sicut aliquis mittit alicui domū. Mittitur insuper ad aliq̄d q̄ operetur: et sic mittitur filius vel spūssanctus vt alicubi inhabitādū ⁊ vt alicubi ad possidēdū vt donū ad aliquid scꝫ ad effectū cōferenduꝫ. Et ideo missio ꝑ cōparationē ad terminum reperitur cōpletissime in diuinis multomagis q̄ꝫ in creaturis. Si aūt loquamur de missione in cōparatione ad missum. Sic in his inferioribꝰ ponit triplicem cōditionē imperfectionis. s. separationē: subiectionem: ⁊ mutationeꝫ: que quidē non sunt in diuinis. Est tn̄ aliq̄d perfectionis ibi istis correspōdēs. Et rō huius pꝫ sic. In istis inferioribꝰ separat̄ missus a mittēte: nā cū mitto aliquē romam: qꝛ roma distat a me: ille quē mitto separat̄ a me. In diuinis ꝟo qꝛ deus mittēs est vbiq̄ꝫ nulla est distātia: ideo nulla separatio: loco tn̄ huius est missi a mittēte egressio siue emanatio. Similiter in his inferioribus est in misso subiectio ꝓpter dr̄iam mittētis ad missuꝫ: qꝛ missus differt a mittēte ī sub̄a. Sed in diuinis non est sub̄alis dr̄ia. Et ideo oīa sunt equalis nobilitatis in misso ⁊ mittēte. Sic etiā in his inferioribus est in misso mutatio ꝓpter distātiā missi a termino. Qꝛ ꝟo in diuinis missus nulli loco abest: iō nō est ibi mutatio: sed alicuius effectꝰ de nouo ꝓductio. b̄ Bon̄.

Sctūs ꝟo Tho. j. parte. q. xliij. ar. j. eandē sn̄iam ꝯfirmās asserit: q̄ in rōne missionis duo important̄: quoꝝ vnū est habitudo missi ad euꝫ a quo mittit̄. Aliud est habitudo missi ad terminū ad quem mittit̄. Per hoc aūt q̄ aliq̄s mittit̄ ostēdit̄ ꝓcessio q̄daꝫ missi a mittēte: vel ꝑm imperiū sicut dn̄s mittit seruuꝫ: vel ꝑm cōsiliū: vel si ꝯsiliarius dicat̄ mittere regē ad bellādū: vel ꝑm originē: vt si dicatur q̄ flos mittit̄ ab arbore. Ostēditur etiā habitudo termini ad quē mittit̄ vt aliquo mō ibi esse incipiat: vel qꝛ prius ibi oīno non erat quo mittit̄: vel qꝛ incipit ibi aliquo mō esse quo priꝰ nō erat. Missio ergo diuine ꝑsone ꝯuenire pōt: ꝑm q̄ importat ex vna parte ꝓcessionē originis a mittente. Et ꝑm q̄ īportat ex alia parte nouū modū existēdi in aliq̄. Sicut filius d̄r esse missus a p̄re in mūdū ꝑm q̄ incipit esse in mundo visibilr̄ ꝑ carnē assumptā: ⁊ tn̄ antea in mundo erat. vt d̄r Job. j. Nō ponit̄ ḡ missio in diuinis q̄ fit ꝑm motum localē. Quare nec ibi est separatio: sed sola distinctio originis. Neq̄ꝫ pōt esse minoratio cum nō sit a p̄ncipio mittēte: aut ꝑm īperiū: aut ꝑm ꝯsiliū: qꝛ īperās est maior ⁊ cōsiliās sapiētior. Et vt p̄dictū est missio illa nō importat nisi ꝓcessionē originis: q̄ est ꝑm equalitatē. ¶ Scd̄m dubiū fuit: vtrū missio sit q̄d creatū vel increatū? Ad qd̄ ita respōdet Alex. ī. j. sum. q. lxxj. mē. ij. q̄ missio siue dicat̄ actiue de p̄re respectu filij: siue de p̄re ⁊ filio respectu spūssancti siue dicat̄ passiue de filio vel spūsancto: est q̄d creatum ⁊ idem qd̄ deus. Nam ꝓcessio spūssancti est ipse spiritussanctus ꝓcedens: ⁊ sctīficatio spiritussctī est ipse spūssanctus sctīficans. Sed missio spūssancti est eius ꝓcessio a p̄re ⁊ filio ad sctīficandum creaturam: vtrūq̄ꝫ aūt est quid increatū qd̄ est spiritussctūs: ergo missio qua spūssctūs est missus est q̄d increatuꝫ. Et eadem rōne missio qua filius mittit̄ ⁊ qua p̄r mittit. ¶ Tertiū dubiū fuit vtruꝫ missio dicat̄ de deo ex tp̄e vel ab eterno. Et respōdēt

doctores theologi ꝙ dr ex tpe. Uerūtñ Alex. in. j. sum. q. lxxj. mē. ij. dicit ꝙ ī missione duo sunt. Est em̄ ibi principale significatū qd est q̄d increatuz. Et est ibi aliqd cōnotatū. s. effectus ī rōnali creatura qd est q̄d creatū. Nā missio est processio alicuius ꝑsone manifestata ī creatura: vel manifestatio ꝓcessionis eterne facta rōnali creature: rōne ergo connotati qd tpale est dr missio tpalis. Sz sctūs Tho. in. j. parte vbi. s̄. ar. ij. dicit ꝙ in his que importāt originem diuinarum ꝑsonarū est q̄dā differētia attēdenda. Quedā em̄ in sua significatione importāt solā habitudinē ad principiū vt ꝓcessio ⁊ exitus. Quedā vo cū habitudine ad principiū determināt ꝓcessionis terminū. Quoꝝ q̄dā determināt terminū eternū sicut generatio ⁊ spiratio. Nā generatio est ꝓcessio diuine ꝑsone in natura diuina: ⁊ spiratio passiue accepta importat ꝓcessionē amoris subsistentis. Quedā vo cum habitudine ad principiū importāt terminū tpalē: sicut missio ⁊ datio. Mittit em̄ aliq̄d ad hoc vt in aliquo sit: ⁊ dat ad hoc vt habeat Personā aūt diuinā haberi ab aliq̄ creatura vel esse nouo mō existendi in ea est quoddā tpale. Uñ missio ⁊ datio in diuinis dicunt tpaliter tm̄. Generatio autē ⁊ spiratio soluz ab eterno. Processio aūt ⁊ exitus dicunt in diuinis eternalr ⁊ tpaliter. Naz filius ab eterno ꝓcessit vt sit deus: tpaliter autem vt sit hō ꝑm missionē visibilem: vel vt sit in hoīe ꝑm missionē inuisibilē. ¶ Scda cōsideratio de missione spūssctī dr tpalitatis. In q̄ quo tpe missus fuit aplis pōderare debemus. Naz q̄nquagesima die post xp̄i resurrectionē mysterium istud fuit celebratū. Et hoc quidē ꝯgrue factū esse cōstat. Tum qr in veteri testamēto sic fuerat figuratū: duz q̄nq̄gesima die postq̄ Moyses eduxerat filios isrl de egypto: descēdit deus in igne ī mōte synai. Sic ⁊ quinquagesima die postq̄ xp̄s traxerat patres de inferis: descēdit spūssctūs in linguis igneis. Tuz etiā q̄ in iubileo bñficia ppls accipiebat data fuisse multo copiosiora in xp̄m credētibus a spiritusctō noscant. Ut em̄ colligit ex. xxv. c. Leui. numero q̄nquagenario annoꝝ in iubileo debita remittebātur. Ita spūssctī gr̄a in aplos descēdentis penitentibus pctā ⁊ debita remittunt. Silr in illo iubileo serui donabāt libertati. Ita nūc spūssctūs liberat a seruitute diaboli in spem glorie filioꝝ dei. Adhuc in illo iubileo recuperabantur hereditates amisse. Sic spūssctūs est pignus hereditatis nr̄e. Uenit etiā spūssctūs in die dñica vt esset dies renouationis q̄ fuerat ⁊ creatiōis. Dñica nāq̄ die creatus est mūdus. Hora adhuc qua spūssctūs in aplos descēdit fuit tertia: vt pz ex autoritate ecclie q̄ cantat in hymno. Dum hora cunctis tertia: repēte mūdus intonat orātibus aplis: deū venisse nūciat. Idipm hr̄ ex verbo petri Act. ij. c. Fuit aūt ista hora cōueniēs. Tū qr spūssctūs est tertia in trinitate ꝑsona. Tū qr primi parentes dicuntur in hora tertia perdidisse gratiā: vt ponit in cōpēdio theologie li. j. Uñ cōueniens fuit ꝙ eadē hora aplis redderet. Tū etiā vt īsinuet ꝙ in tertio tpe gratia dei copiose in mundū effusa est. Nā genus humanū sub triplici statu decurrere ponit a doctoribus. Primus fuit legis nature ab adaz vsq̄ ad moysen. Scds fuit legis scripture: a moyse vsq̄ ad xp̄m. Tertius legis gratie: a xp̄o vsq̄ ad cōpletum numerū electoꝝ. ¶ Tertia cōsideratio de missione spūssctī dr qualitatis. Duplex est missio spūssctī. Una inuisibilis q̄ mittit in mētem ad significandū creaturā: ⁊ ista missio fit ad inhabitationē creature rōnalis. Alia est missio visibilis: sicut apparuit sup xp̄m in colūbe specie: ⁊ sup apostolos in linguis igneis. Qui spiritum sanctū inuisibiliter habere cupit opus est vt se conformet aplis in q̄bus septē conditiones describuntur fuisse. ¶ Prima conditio fuit qr erant aīo quieti. Et hoc est qd dr Act. ij. c. Dū cōplerent dies pentecostes, i. dies requietionis. Il-

lud em̄ festū erat ad requiē deputatuz. Jō dixit deus ꝑ Esa.c.lxvj. Sup quem requiescet spūs meus nisi sup humilem ⁊ qetū. Scdo erāt apl'i dilectione vniti: qd notat cuz dr: Erāt oēs pariter. Erat qdē eis cor vnū ⁊ aīa vna. Sicut enim spūs hoīs nō viuificat mēbra corporis nisi vnita: sic nec spūsctūs mēbra spūalia. Tertio erāt apl'i loco secreti: de hoc subdit in eodē loco.s.cenaculo. Quarto erāt orone assidui: iō subdit: Erant ꝑseuerātes vnanimiter in orone. de illis cātat eccl'ia. Orantibus apl'is deū venisse nūciat. Quinto erāt humilitate prediti ex eo ꝙ scribit: qr erāt sedētes.i. humiles. Sexto erāt pace coniūcti: qr erāt in hierl'm que interp̄tat visio pacis. Septimo erāt ꝯtēplatione erecti: ꝑ hoc qd dr: qr receperūt spm̄sctm̄ in supiori cenaculo. Qualiter autē missio illa visibilis in apl'os fuerit cōpleta declarat Act.ij. c.vbi dr: Factus est repēte de celo sonꝰ tanq̄ aduenientis spūs vehemētis: ⁊ repleuit totā domū vbi erāt sedētes. Nico.de ly.sedētes.i.manētes.eo mō quo dr in Deut.c.j. Sedistis ergo in cadesbarne multo tpe.i.māsistis. Nā apostoli tūc erāt in orone: q̄ nō fit sedēdo: sed magis flectēdo genua: vel stādo. Jnsup Lu.vlti.xp̄s dixerat eis: Sedete in ciuitate.i.manete quousq̄ induamini v̄tute ex alto. Et apparuerūt illis dispartite lingue tanq̄ ignis: seditq̄ supra singulos eoꝝ: ⁊ repleti sunt oēs spūsancto ¶ Sed posset aliq̄s querere an apl'i ante istā diē acceperāt spm̄sctm̄? Et respōdēt doctores ꝙ sic: sed nō in tāta copia. Cū em̄ fuerūt vocati ad xp̄i sequelam ⁊ apl'atū receperūt spm̄sanctū ad ꝓpriaz iustificationē ⁊ ꝑsonalē ꝑfectionē. Qn̄ aūt misit eos ad p̄dicādū an̄ suā passionem: tūc receperunt spm̄sanctū ad infirmoꝝ curationē ⁊ miraculoꝝ operationem. Dedit nāq̄ potestatē illis curandi languores: eijciendi demones: sicut ptz Mat.x. Sed qn̄ insufflauit ⁊ dixit eis: Accipite spm̄sctm̄: tūc receperūt eum ad pctōꝝ remissionē ⁊ sacr̄oꝝ ministrationem. Et vt refert Aug.iiij.li.de tri. Flatus ille corporeus substātia spūsscti nō fuit: sed demōstratio ꝑ cōgruā significationē: nō tm̄ a pr̄e: sed etiā a filio ꝓcedere spm̄sanctū. Et spūsctūs ibi nō accipitur ꝓut est tertia in trinitate ꝑsona: sed pro dono spūscti vt sit sensus. Accipite spm̄sanctū.i.donū spūsscti ꝓut exponit Philippus de mōte calerio in euāgelio Johannis. Jsta v̄o die apl'i receperunt spm̄sanctū ad habendā intelligentiam scripturarū: vt declarabimus in sequenti mysterio: ⁊ noticiā oīum linguarū ad audaciā ⁊ fortitudinē: ad oīm meritorū plenitudinē: ad p̄dicationē euāgelij: ad tolerationē martyrij: ad conuersionem populoꝝ: ⁊ coruscationem miraculoruz. Ergo repleti sunt non solum plenitudine sufficientie: sed etiaz plenitudine redundantie.

¶ Qr apostoli faciente spiritusancto loquebant varijs linguis: ⁊ acceperunt scientiā diuinarum rerū: atq̄ fortes facti fuerunt vt non timerent cruciatus: neq̄ mortem. Cap̄.iij.

Tertiū mysteriū cōtēplanduz de spū sctō dr operatiōis. Jnter cetera q̄ppe stupēda que in apl'is est operatus sunt p̄cipua ⁊ singularissima tria.

Primū fuit locutio.
Scdm illustratio.
Tertiū fortificatio.

¶ Primum opus mirabile fuit locutio: nā statim fecit illos loq̄ idiomata oīum gētiū: q̄ tn̄ ante nō didicerāt. Et lz quidam dicere voluerūt ꝙ apl'i lingua propria loquētes intelligebant ab audientibus ac si eoꝝ idiomata ꝓferrēt: tn̄ verior est snīa illoꝝ q̄ tenēt ꝙ ipsi apl'i varia linguarū genera per spm̄sanctū didicerunt. Vn̄ eccl'ia de ipsis cantat: Linguis loquunt oīm turbe pauēt gētiliū: musto madere deputāt quos spūs repleuerat. Et Act.ij.scribit: Ceperunt loqui varijs linguis ꝓut spūsctūs dabat eloqui illis. Erant aūt in hierl'm habitantes iudei viri religiosi.i.in cultu diuino

deuoti ꝺm Nico. de ly. ex oi natiõe que sub celo est: q̃ cõuenerãt in hierlm rõne festi. Naz iudei captiuati p salmanasar regẽ assyrioꝝ nõ redierũt in iudeã. Similiter captiuati p regẽ chaldeoꝝ non redierũt oẽs q̃uis haberẽt licentiã redeũdi: sed remãserũt multi amore filioꝝ quos genuerãt ibi: ꝛ possessionuꝫ quas acquisierãt. Multi adhuc captiuati per Antiochũ regẽ grecoꝝ ꝛ diuersis gẽtib⁹ vẽditi remãserunt. Verũtñ aliq̃ eoꝝ magis deuoti ꝓpter reuerentiã tẽpli aliq̃n in hierusalem maxime in solemnitatib⁹ magnis: quarũ vna erat solẽnitas pentecostes: cõueniebant. Et ꝺr pẽtecostes a penta qꝺ est quinq̃: ꝛ coste qꝺ est decez. Quinquagesima nãq̃ die a pascha celeberrima erat apud iudeos in memoriã beneficij legis date: que fuit data in monte synai quinquagesima die vt superius tactũ est postq̃ filij israel egressi sunt de egypto. Facta igit hac voce. s. spũs vehemẽtis vel vẽti vel tonitrui: q̃ ab alijs audita fuit: vel aplꝝ ꝛ alioꝝ cũ eis existentiũ deũ voce magna laudãtium qui prius timore ducti non audebant loqui: conuenit multitudo ꝛ mente cõfusa est. i. stupefacta: qm̃ audiebat vnusquisq̃ lingua sua illos loquentes dicebant aũt cũ admiratione: Nõne (ecce oẽs isti qui loquunt) galilei sunt: Et quõ nos audiuimus vnusq̃sq̃ linguaꝫ nostram in qua nati sumus: Parthi: et medi: ꝛ elamite: ꝛ qui habitant mesopotamiam: iudeam: ꝛ capadociam: ponꝫ ꝛ asiam: phrigiã: ꝛ pamphilã: egyptuꝫ: ꝛ partes libye que est circa cirenẽ: ꝛ aduene romani. Et dicunt hic romani aduene potius q̃ alij: tũ qꝛ a remotioꝝ partibus venerũt: tum qꝛ mare transierant. Judei quoq̃ ꝛ ꝓseliti. i. cõuersi de gentilitate ad iudaismũ. Cretes ꝛ arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Alij aũt irridentes dicebant: qꝛ musto pleni sunt: ꝓ quibus cantat ecclesia. Musto madere deputant quos spũs repleuerat. Cñ petr⁹ veritatẽ rei per scripturas declarauit. Et illa die apposite sunt. i. baptizate et ad numerũ fideliũ congregate aie circiter tria milia. ¶ Scõm opus mirabile qꝺ spũsctũs in aplis fuit operatus: illustratio ꝺ:: Nã intellectũ eoꝝ illuminauit vt de diuinis q̃ ad salutẽ sunt necessaria nihil penitus ignorarẽt. Hoc promiserat eis xp̃s cũ dixit Joh. xiij. Paracletus aũt spũsctũs quẽ mittet pr̃ in nomine meo ille vos docebit oia ꝛ suggeret vobis oia quecũq̃ dixero vobis. Et xvj. c. Cũ venerit ille spũs veritatis docebit vos oẽm veritatẽ. ꝛ Luce. xxj. Ego dabo vobis os ꝛ sapientiã cui nõ poterunt resistere ꝛ contradicere oẽs aduersarij vestri. Res est ꝓfecto stupenda q̃ tã celeriter ablq̃ doctore spũssancti sola presentia noticiam apli plenissimam acceperunt de oĩbus que a moyse ꝛ prophetis fuerant cõscripta. Vnde Piero. ad Paulinum ait: Pharisei stupent in doctrina dñi: ꝛ mirant in petro ꝛ iohãne quõ legem sciant cũ lras non didicerunt. Quicquid enim alijs exercitatio ꝛ quotidiana i lege dñi meditatio tribuere solet illis spũssanctus suggerebat: ꝛ erant iurta qꝺ scriptũ est docibiles deo. Quinimmo de secretis diuinis magis fuerunt illuminati q̃ prophete veteris testamenti: ꝛ in maiori plenitudine gratiam spiritussancti receperunt atq̃ donum prophetãdi excellẽtius habuerũt. Qꝺ aũt apostoli prophetie munere fuerunt p̃diti ptz Act. ij. c. v. c. vj. c. xj. c. xiij. c. ꝛ. xxvij. c. Cãta aũt fuit in illis vis doctrine q̃ in oẽs gentes ꝛ nationes mãdi p eos lux veritatis effulsit. ¶ Tertiũ opus mirabile qꝺ spũssanctus operat⁹ est in aplis dicitur fortificatio: qꝛ corda eoꝝ adeo fortificauit: vt nullo timore: nullo terrore: nullaq̃ comminatione a christi predicatiõe retardarentur. Ꝺeo in sermone qui legitur in officio apostoloꝝ Grego. ait: Scriptũ est: spũs dñi ornauit celos: ornamenta eĩ celoꝝ sunt virtutes predicantiũ. Que videlz ornamenta paulus enumerat dicẽs: Alij ꝺ dem p spiritum dat sermo sapiẽtie. Alij

sermo scie ꝑm eūdem spiritū. Alij fides in eodē spū. Alij gratia sanitatū in vno spū. Et infra. Quot sunt bona p̄dicātiū tot sunt ornamenta celoꝝ. Vinc rursus scriptum est ps̄. xxxij. Verbo dn̄i celi firmati sunt: ⁊ spū oris eius oīs virtus eorum. Verbum em̄ dn̄i filius est patris. Sed eosdē celos videlꝫ sctōs aplos vt tota simul trinitas ostēdat̄ opata repēte de sctispūs diuinitate adiūgit̄. Et spiritu oris eius oīs virtus eoꝝ. Celorum igit̄ virtus de spū sumpta est: qꝛ mūdi huius potestatibus ꝯtraire nō presumerēt: nisi eos sctīspūs fortitudo solidasset. Quales nanq̄ doctores sctē ecclesie ante aduentum huius spūs fuerint scimus: ⁊ post aduentū illius cuius fortitudinis facti sunt cōspicimus. Certe ipse pastor ecclie petrus quāte debilitatis quāteq̄ formidinis ante aduentū huiꝰ spūs fuerit: ancilla ostiaria requisita dicat. Una em̄ mulieris voce ꝑcussus: dū mori timuit vitā negauit. Et tūc petrus negauit in terra: cū latro confitebat̄ in cruce. Sed vir iste tāte formidinis qualis post aduentū spūs existat audiamꝰ. Fit conuētus magistratuū atq̄ senioꝝ cesis denūciat̄ aplis ne in noīe iesu loq̄ debeant. Petrus magna autoritate respōdit. Obedire opꝫ deo magis q̄ hoībus. Et rursum si in ꝯspectu dn̄i iustuꝫ est vos potius audire q̄ deū: indicate. Libēs beatus andreas ꝑsecutoribus suis respōdit: Tāto em̄ ero regi meo acceptior: quanto ꝑ eius noīe fuero permanens in tormentis constātior: nō enim possumus q̄ audiuimus ⁊ vidimus nō loqui. Et illi quideꝫ ibant gaudentes a conspectu cōcilij qm̄ digni habiti sunt pro noīe iesu contumeliam pati. hec ille. Securus ⁊ gaudens ad crucem properauit petrus: ita ⁊ frater eius andreas: qꝛ spiritussanctus erat in eis. Sic et apostoli ceteri mortem violentā letāter tulerunt: qꝛ spūssanctus oēm ab eis timorem eiecerat. Nec tm̄ aplis hec fortitudo supernaturaliter tributa est: quin immo ⁊ sctis: vt sic dicaꝫ innumeris cōfessoribus: virginibus: ⁊ martyribus. Quisnā fecit tēporaliū bonoꝝ cōtēptores eos q̄ xp̄m nudum nudi secuti sunt nisi spiritussanctus. Quis habitare fecit in solitudine in spelūcis amicos dei vigilantes: orantes: ⁊ carnē durissimis ieiunijs: disciplinis: ⁊ verberibus affligentes: nisi spūssanctus. Quis deniq̄ fecit martyres aīo intrepido tot illata tormēta ⁊ exq̄sitissima cruciatuū genera perpeti nisi spūssanctus. Ubi admirari plurimuꝫ simul ⁊ in fide cōsolidari debemus dū supradicta oīa in sexu fragili mulierū inuenire cōspicimus. O ꝟe stupēda virtus spūssctī: q̄ tot hoīes supra hoīes eleuauit. O gr̄a dei electis copiosissime dispēsata: q̄ terrenos hoīes celestes effecit. O fons indeficiēs bonitatis dei: ad quē cūcti mortales cōfugere securi debēt: qm̄ vt inquit Cyprianus in epl̄a ad donatum. Profluēs largiter spūs nullis finibus premit̄: nec vllis coercentibus claustris intra certa metarū spacia refrenat̄. Manat iugiter: exuberat affluenter: nostrum tm̄ pectus sitiat ⁊ pateat. Quantuꝫ illic fidei capacis afferimus tantū inde gratie inundātis haurimus. hec ille. Supplici corde igit̄ postulemus: vt pijssimus deus spiritusancto suo repleat corda nostra qui sit benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

¶ In festo sanctissime trinitatis sermone. lxxvj. de vnitate diuine essentie ⁊ trinitate personarum quere. j. in tract. diuinorum iudiciorum. sermo. xviij. De cognitione dei.

¶ In solēnitate sanctissime eucharistie seu sacratissimi corporis christi. sermo. lxxvij. de eodē sacramento. quere. s̄. sabbato post dominicam in passione. ⁊ feria. ij. iij. ⁊. iiij. post dominicam in palmis. vbi habes multa ⁊ plura de hac materia.

¶ Et in his explicituꝫ est opus quadragesimale Roberti de Litio.